BIBL NAZ
Vitt Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
F
13(1
NAPOLI

Digitized by Google

5 97638 Racc. Vill. F. 13

LEONARDI RICCII

JURECONSULTI NEAPOLITANI

PRAXIS FORMULARIA

Judiciorum omnium civilium in quatuor tomos distributa

Cum additionibus tam editis

PHILIPPI FERDINANDI DE CARO

JC. NEAPOLITANI BARONIS S. SEVERINI &c.

Quam novis, et adhuc ineditis

R. D. XAVERII GRATIANI


CLARISSIMO VIRO

D. FERDINANDO DATTILO

PATRITIO CONSENTINO, E MARCHIONIBUS S. CATHARINÆ &c.

Dicata.

TOMUS PRIMUS.



NEAPOLI MDCCLXII.

Ex Typographia Vincentii Mazzola-Vocola

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

CLARISSIMO . VIRO

D. FERDINANDO . DATTILO

E . MARCHIONIBVS . SANCTÆ . CATHARINÆ

PATRITIO . CONSENTINO

QVI . GENTILIVM . SVORVM

CAIETANI . DVCIS . ARGENTII

REGII . A . LATERE . CONSILIARII

SACRIQVE . REGII . CONSILII . PRÆSIDIS

ET

FRANCISCI . VENTVRI

COLLATERALIS . OLIM . CONSILII . QVINQVEVIRI

SVPREMIQVE . MAGISTRATVS . COMMERCII . PRÆSIDIS

A . PRIMA . ÆTATE

EXIMIAS . VIRTVTES . ÆMVLATVS

A CAROLO

OLIM . VTRIVSQVE . SICILIÆ

NVNC . HISPANIARVM . NOVIQVE . ORBIS

REGE . POTENTISSIMO

AD.CAVSAS. PRIMVM. IN.REGIIS. AVDITORIIS. IVDICANDAS

MOX. MAGNI. DVCIS. CLASSIVM. AVDITOR. GENERALIS

MAGNIQVE . DEIN . ADMIRATI . IVDEX

ADLECTVS

ET . NVPER . A

FERDINANDO . IV

REGIS . CATHOLICI . F.

VTRIVSQVE . SICILIÆ . REGE . NVNC . PVPILLO

IAMIAM . OPTIMO . PRINCIPE . FVTVRO

IVDEX . M. C. V. CRIMINALIS . CREATVS

FIDEM . IN . IVRE . DICVNDO . INCORRVPTAM
CONSTANTIAM . PRVDENTIAM
MORVM . GRAVITATEM
PUBLICI . PRIVATIQVE . IVRIS . SCIENTIAM
ERVDITIONEMQVE . MVLTIPLICEM
EATENVS . PRÆ . SE . VBIQVE . TVLIT
ET . COLIT . IN . DIES
SENATV . POPVLOQVE . PLAVDENTIBVS
VT . EVM . IPSVM
ÆQVI . RERVM . ÆXTIMATORES
NEDVM . ACCEPTIS . ADHVC . MAGISTATIBVS
QVOS . VNA . TRES . EXEMPLO . FERME . SINGVLARI
EXIMIAQVE . VTRIVSQVE . REGIS . MVNIFICENTIA
RETINET . GERITQVE . RECTISSIME
SED . NOVIS . ETIAM . DIGNITATIBVS
SVBLIMIORIBVS . DIGNISSIMVM
PALAM . ORE . VNO . PRÆDICENT
XAVERIVS . GRATIANVS
PRESBYTER . LONGOBVRGENSIS
LEONARDI . RICCII . PRAXIM . IVDICIARIAM
SVIS . AVCTAM . ADDITIONIBVS
IN . PERPETVVM . OBSEQVENTIS . ANIMI . MONIMENTVM.
D. D.

EMI-

Digitized by Google

EMINENTISS. SIGNORE.

VIncenzo Mazzola-Vocola Padrone di Stamperia in questa Città di Napoli, supplichevole rappresenta a V. E., aver desiderio di ristampare *La Prattica Civile di Lionardo Riccio*, non solo con le aggiunte di D. Ferdinando de Caro date altra volte in luce, ma colle nuove altresì di D. Saverio Graziano finora non publicate. Quindi supplica V. E. per il suo permesso, che riceverà a grazia singolarissima ut Deus &c.

Admodum Rev. U. J. D. D. Januarius Persico Sacræ Theologiæ Professor, & pauperum Patronus in hac Archiepiscopali Curia revideat, & in scriptis referat, Datum Neapoli die 15. *Octobris* 1761.

INNOC. EPISC. PHILAD. VIC. GENER.

Joseph Sparanus Can. Deput.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. DOMINE.

FErdinandi de Caro additionibus, adjectiones ad Praxim Judiciariam Leonardi Riccii Auctore Xaverio Gratiano jussis tuis obsequentissimus, Eminentissime Princeps, intento legi, æquoque animo revolvi. In his nec in orthodoxam fidem, nec in bonos mores tantulum offensum fuit; quin omnibus de jure munus respondendi sustinentibus magno fore usui, exploratum habeo, Quicquid enim novissimis legibus Praxim ipsammet spectantibus decretum est, maxima ex ipsis colligendi ac percipiendi erit facultas, Quapropter Typis committi posse censeo, si ita E. T. placitum erit. Neapoli 16. Aprilis 1762.

Humillimus & addictissimus Subditus.
Januarius Persicus.

Attenta relatione Domini Revisoris imprimatur. Datum Neapoli die 4. *Maji* 1762.

Joseph Sparanus Can. Deput.

S. R. M.

S. R. M.

VIncenzo Mazzola-Vocola Stampatore in questa Città di Napoli, fedelissimo Vassallo di V. M., l'espone, aver desiderio di ristampare *La Pratica Civile di Leonardo Riccio*, non solo con le aggiunte di D. Ferdinando de Caro date altra volta in luce, ma colle nuove altresì di D. Saverio Graziano finora non publicate. Quindi supplica V. M. per il suo Regal permesso, che riceverà a grazia singolarissima ut Deus &c.

Admodum Rever. U. J. D. D. Carolus Gagliardus in hac studiorum Universitate Professor revideat, & in scriptis referat. Datum Neapoli die decima Mensis Novembris 1761.

Nicolaus de Rosa
Episc. Put. Cap. Maj.

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINE:

QUanto sit forensium nostrorum usui praxis judiciaria civilis *Leonardi Riccii*, uberrimis Ferdinandi de Caro Cl. Jureconsulti additionibus locupletata, in quatuor tomos distributa: satis jam superque patet ex multis brevi annorum curriculo vulgatis editionibus, ac frequentia emtorum eam in dies expetentium. Novæ autem, quas jussu tuo attente legi, additiones Xaverii Gratiani quum nonnulla, quæ illo in opere desiderantur, spicilegia & novissima quoque rescripta & leges Regis Caroli olim nostri, nunc Hispaniarum augustissimi, Regisque Ferdinandi D. N. exhibeant, locisque indicent opportunis: dubitari profecto nequit, eas maxime inservituras commodis eorum, qui suam foro operam navant; id quod res ipsa ex sese cuique ostendet investigantium. Oratorem propterea posse voti sui fieri compotem puto. Neapoli 20. Novembris 1761.

Humillim. & obseq. famulus
Carolus Gagliardus.

Die 4. mensis Februarii 1762. Neapoli.

Viso rescripto Suæ Regalis Majestatis sub die 29. proximi elapsi Mensis Januarii currentis anni, ac relatione Rever. U. J. Doctoris D. Caroli Gagliardi de Commissione Rev. Regii Cappellani Majoris ordine præfatæ Regalis Majestatis.

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur, cum inserta forma præsentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Reverendi Revisoris. Verum in publicatione servetur Regia Pragmatica &c.

FRAGGIANNI GAETA SCASSA

Spectabilis Præses S. R. C. Romanus
tempore subscriptionis impeditus.

Reg. 104.

Carulli

Athanasius.

IN-

I N D E X
TITULORUM, ET CAPITUM,
Quæ in hac Prima parte continentur.

TITULUS PRIMUS
De Patentibus Officialium, & de eorum Officiis.

TITULUS SECUNDUS
De Primo Ingressu Officialium.

TITULUS TERTIUS
De Tutelis, & Curis.

TI.

TITULUS QUARTUS

De Contractibus Minorum Auctorandis.

TITULUS QUINTUS

De Præambulis, seu aditione hereditatis.

TITULUS SEXTUS

De variis Formulis diversorum Judiciorum.

Finis Indicis Titulorum, & Capitum Primæ Partis.

IN

LEONARDI RICCII
U. J. C. NEAPOLITANI
PRAXIS FORMULARIA
JUDICII EXECUTIVI,

Una cum formulis Patentalium, & Primi Ingressus Officialium, Tutelarum, Præambulorum, & omnium Actorum, quæ sine Reo fiunt, & ad Judiciorum Præparationem deserviunt; in hac postrema editione mendis diligenter expurgata, & aliquibus Additionibus manus signo ☞ notatis illustrata;

Cum amplissimis item Annotationibus super qualibet Formula.

PARS PRIMA.
De Actis Præparatoriis, quæ sine Reo fiunt.

SUMMARIUM.

Judicium constat tribus personis, num.1.
Senecæ dictum, num.2.
Actor antequam vocet reum, quid facere debeat, num.3.
Judex quis sit, & unde dicatur, num.4.
Actor quis sit, & unde dicatur, num.5.
Reus quis sit in judicio civili, & quis in criminali, & unde dicatur, num.6.
Actoris, & Rei diversitas, num.7.
Caussa quæ sit, & unde dicatur, num.8.
Lis, & Judicium quid sit, & unde dicatur, num.9.
Instantia quæ sit, & unde dicatur, num.10.
Caussa, & glossa quomodo scribitur, & quomodo pronunciatur, num.11.

PRÆLUDIUM.

1 Judicium constat tribus personis; nimirum, Judice, Actore, & Reo, & uno ex istis deficiente, est nullum, *cap. forus de verbor. signif. cap.4. qu.4. cap.1.* nec certamen esse potest, nisi inter duos dissentientes; Unde
2 eleganter Seneca: *Venisti ad olimpiam, Coronam habes, si nemo præter te victoriam non habet.*

3 At quia antequam ad certamen Judicii Actor deveniat, debet venire paratus. Propterea necesse habet facere aliqua acta sine Reo, quæ sunt præparatoria, & præambula Judicii faciendi cum Reo. ideo colligimus in hoc *primo Titulo* omnia acta quæ fieri possunt sine Reo.

Et quæ sint istæ tres personæ, ex quibus constat Judicium, licet omnes Tyrones sciant; tamen in eorum gratiam notare non omittam, quod

4 Judex est, qui judicat; sive Jus dicit inter Actorem, & Reum, & sic a Jus dicendo *Judicem* appellamus, quasi *Jus dicentem*.

5 Actor est, qui petit; idest causam agit, sic dictus ab *agendo*.

6 Reus est in Judicio civili, a quo res petitur, & coram Judice vocatur, & dicitur *Reus* a re, de qua convenitur. Unde qui stipulatur, *Reus stipulandi*, qui spondet, seu promittit, *Reus spondendi*, seu *promittendi* dicitur, *l.1. & tot. tit. ff. de duobus Reis*; Et qui credit, *Reus credendi*; qui recipit, *Reus debendi*; qui satisdat, *Reus satisdandi*; & qui accipit, *Reus accipiendi* appellatur, *l.34. §. quædam ff. de solut.*

Reus vero in Judicio criminali denominatur a reatu, de quo in *Prax. Crim.* dicemus.

7 Hinc fit, ut Actor agit, petit, instat, & Reo neganti, vel excipienti, instat.

Sed Reus non agit, nec replicat; sed negat, & Actori replicanti, excipit, & opponit.

Et cum Judiciariam praxim aggredimur Tyronibus tradere, præmittere duximus, quod licet Aliqui confundant Judicium, litem, caussam, instantiam, tamen sunt termini distincti.

8 Caussa enim generale nomen est, capitalia, & civilia comprehendens, & sumitur pro hypothesi, vel negotio, ex quo lis nata est: Hinc disputatur ab *Accurs.* An caussa, & actio eadem sint; & proprie primum negotium significat, contractum, sive obligationes a *Chaos* dictum.

9 Lis vero civilem tantum actionem comprehendit.

Judicium est actus legitimus, quo mediante Judex de caussa proposita cognoscit, & secundum æquitatem judicat.

Et huc pertinent tria illa verba, *Do, Dico, Abdico*; Do judicium postulantibus, Dico sententiam post litem contestatam, & cognitam; Abdico rem victori, & exequor sententiam, transferendo rerum dominium; & in his versatur omnium Judiciorum vis, atque potestas, ut omnia latius habes in *Lexicon Juris*.

10 Instantia est executio Judicii, incipiens a litis contestatione ubi fit, & a primo actu, qui fit post executionem, in executivis usque ad sententiam, ita *Cemia in Rit. Siciliæ cap. 37. num. 2. casu 1. Amm. ad Franch. dec. 210. num. 1.*

11 Verum hoc non omittam advertere Tyronibus, quod *Caussa* duplicato SS scribitur, sed simplici S, pronunciatur: Ita etiam *Glossa*; ut in lingua Italica scri-

bitur.

Digitized by Google

bitur *Scarlatto*, *Pignatta* duplicata litt. TT, licet pronuncietur explicata una T, sicut advertit *D. Altobellus Gaglianus in suo Ortographia Italica*, & passim videmus a doctis viris servari.

Et dum in hac Prima Parte tradituri sumus Praxim Actorum, quæ sine Reo fiunt ad præparationem judicii faciendi pro faciliori intelligentiâ eam distribuimus in sex Tit. v3.

TITULUS PRIMUS

De Patentibus Officialium, & de eorum Officiis.

Dum hæc Prima Pars consistit in Judiciorum præparatoriis, quæ sine Reo fiunt; & inter hæc connumerari potest Commissio, quæ datur Officiali, qui dicitur actus præparatorius ad judicia exercenda, & ab ipsis Judex, & omnis Officialis sumit initium; merito, ut hæc praxis a patentibus quoque sumat initium, in hoc Primo Titulo collocavimus Formulas Commissionum Patentalium, quæ a Baronibus solent dari Officialibus, cum Annotationibus super qualibet Commissione.

ISTE PRIMUS TITULUS dividitur in XII. CAPITA v3.

CAP. PRIMUM.

De Offic. Capit. Idiotæ, seu *di Spada, e Cappa*.

Formula Patentis Capitanei Idiotæ, seu ut vulgo dicitur, di Spada, e Cappa, num. 1.

Magistratus expressis Regni juribus non poterant antiquitus nisi a legum DD. exerceri, num. 2.

Magistratus hodie qui debeant esse Doctores, & qui non, num. 3.

Officiales Idiotæ, imo etiam Doctorati, sed non approbati, non possunt carcerare, excarcerare, nec alium actum judiciariam facere absque voto Doctoris approbati, num. 4.

Officiales in aliquibus Civitatibus, & Oppidis non admittuntur nisi Doctores sint approbati in Regia Juncta, num. 5.

Officialis quibus pœnis puniatur, ubi sine Assessoris consilio aliquem actum fecerit, & enucleantur omnia jura Regni super hoc, nu. 6. & 9.

Acta quæ firmari debeant a Judice, & quæ a Capitaneo, num. 7. & 8.

Acta facta absque voto Consultoris, vel Assessoris sunt nulla, num. 9.

Acta facta cum voto alterius Doctoris, ubi est Consultor a Barone electus in Curiis Baronalibus, vel a Vicerege electus in Curiis Regiis, sunt nulla, num. 10.

Consultor quomodo eligi debet in defectu ordinarii Consultoris, num. 11.

Formula procedendi cum voto ordinarii Consultoris, n. 12.

Monitio ad audiendam provisionem non valet, quando ferenda est sententia diffinitiva, sed expresse debet fieri ad sententiam, ibid.

Formula procedendi, ubi non est ordinarius Consultor, num. 13.

Formula electionis Consultoris in defectu ordinarii Consultoris, num. 14.

Expensis petentis trasmittendus est processus ad Consultorem, num. 15.

Judex Idiota potest cogere partes ad depositandum salarium pro adhibendo Consultore, num. 16.

Processus clausus, & sigillatus mittitur, & remittitur inter Officialem, & Consultorem, num. 17.

In quibus casibus non est necessaria monitio ad Consultorem, nec electio Consultoris, num. 18.

Consulter, & Actuarius solo juramento potest recusari suspectus re integra, secus non integra, num. 19. *quod fallit*, num. 20.

Formula Patentis Capitanei Idiotæ, vulgo *di Spada, e Cappa.*

T. de T. Baro Terræ T. &c.

1 MAgnifico Viro T. de T. Gratiam nostram, & bonam voluntatem, &c. Cum nobis sit onus providen-

videndi de Capitaneo in Terra nostra T. pro justitiæ cultu, & subditorum nostrorum bono regimine; confisi admodum ab experto de tua fide, integritate, & sufficientia Te prædictum T. constituimus, facimus, & tenore præsentium deputamus Capitaneum Terræ nostræ T. per annum incipiendum a die adeptæ possessionis; & deinde in antea ad nostrum beneplacitum, cum mero, & mixto Imperio, gladii potestate, & omnimoda jurisdictione, & cognitione primarum caussarum civilium, criminalium, & mixtarum, cum quatuor literis arbitrariis, & cum solita provisione ducatorum . . . . . . Tibi solvenda de proventibus criminalibus, per Te faciendis, & cum omnibus aliis juribus, præeminentiis, prærogativis, honoribus, & dignitatibus, gagiis, lucris, & emolumentis ad dictum officium spectantibus, prout tui prædecessores Capitanei gavisi fuere. Præstita per Te fidejussoria cautione de stando, & parendo Syndicatui, juxta formam juris, singulis conquerentibus æqua lance justitiam ministrando. Pœnas vero corporales in pecuniarias nullo modo commutare possis absque licentia nostra in scriptis obtenta, nec ad actum irretractabilem procedere nobis inconsultis. Et in caussis omnibus cum consilio tui Ordinarii Consultoris procedas, servata forma Regiæ Pragmaticæ, per nos eligendi. Mandamus propterea, Sindico, Electis, & hominibus dictæ Terræ nostræ, quod inspectis præsentibus Te ad dictum Officium admittant; Tibique pareant, & formam præsentis nostræ Commissionis ad unguem observent pro quanto gratiam nostram charam habent; pœnamque ducat. mille si cupiunt evitare. In quorum fidem has patentales literas nostra propria manu subscripsimus, nostrique sigilli impressione munitas jussimus expediri ex nostro Baronali Palatio Terræ T. die, &c.

2 PLuribus nostri Regni Neapolitani legibus cautum est, ne ad Magistratus promoveantur, nisi legum Doctores fuerint, ut per duas Pragmaticas Regis Ferdinandi, quæ incipit, *Sua Majestas*, sub data 2. Octobris 1486. Altera incipit, *Avendo*, sub data 5. Maii 1490. Alia per Bartholomæum della Cuova Cardinalem Regni Proregis, quæ incipit, *Intendendo*, sub data 25. Januarii 1559. Quæ jura fuerunt declarata procedere respectu illorum, qui per rescriptum doctorabantur, ut testatur *Borrell. lib. 1. de Magistrat. edict. cap. 8. num. 22.* Sed quia hoc diu recessit ab usu, merito non est hic immorandum.

3 Hodie vero viget in hoc nostro Regno Pragmatica publicata 28. Julii 1631. quæ est 23. sub tit. *De Officialibus, &c.* per quam statuitur, ut non possit quis Magistratum exercere, nisi sit legum Doctor in Regia Juncta examinatus, & approbatus; quod servatur indistincte quoad Regios Consiliarios S.R.C. Neapolitani, & quoad Civiles, & Criminales M. C. Vic., & quoad Auditores Regiarum Audientiarum Provincialium, & quoad Assessores, sive Judices, & Consultores Capitaneorum Civitatum, & Terrarum, & etiam in parvis Villis hujus Regni. Sed non servatur quoad Præsidentem Regiæ Cameræ Summariæ, ubi eliguntur Præsidentes Idioti, vulgo dicti, *di Cappa Corta*, licet non habeant potestatem votandi; dum adsunt Præsidentes togati, qui non possunt eligi, nisi sint Doctores, ut supra, & illi votant. Neque servatur in Proregente M. C. Vic., qui eligitur similiter Æques, non Doctor. Et Præsides Regiarum Audientiarum Provincialium adhuc eliguntur, etiam si non sint Doctores. Et Capitanei, tam in Civitatibus, & Terris Regiis, quam Baronalibus eliguntur homines, etiam qui signo Crucis Decreta subscribunt, ut passim videmus, & testatus fuit etiam *Borrell. ubi supr.*, & ii vocantur Idiotæ, seu di *Spada, e Cappa*.

4 Et hujusmodi Officiales non possunt carcerare, nec excarcerare, nec citare, neque aliquem alium actum Juridicum facere absque voto Doctoris approbati.

Imo etiamsi sit legum Doctor, & non sit examinatus, & approbatus, eget voto Doctoris approbati; & ita fuit interpretata dicta Pragmatica in Regno, & usu recepta, ut concludit *Danza*, qui super dicta *Pragmatica* plures fecit considerationes in *tomo 1. de pugna Doctor. consid.* 20. Sed ad Officia Baronalia possunt approbari in Regiis Audientiis, *Pragm. 24. de Officialibus, &c.*

Verum sunt aliquæ Civitates, & Oppida, ubi, vel ex Privilegio, vel ex Consuetudine non admittunt in Capitaneum, nisi legum Doctorem approbatum, qui fungitur officio Judicis, & Capitanei simul, & ipse solus exercet utrumque munus.

5 Aliæ non admittunt talem unum, sed perniocesse volunt duas personas, scilicet, unum, qui officio Capitaneatus, seu Gubernatoris fungatur. Alterum, qui officium Judicis, seu Assessoris exerceat, & tunc licet Capitaneus esset Doctor approbatus, adhuc subjacet consilio sui Assessoris.

Aliæ Civitates, & Oppida sunt, quæ nulla ex dictis privilegiis gaudent, sed admittunt, qualemcumque habebunt; & tunc si Officialis erit Doctor approbatus, non subjacet consilio alterius Doctoris approbati.

Et in hac formula apponitur illa clausula: *Et in caussis omnibus procedatur cum voto Ordinarii Consultoris, juxta Pragmaticas, Ritus, Consuetudines, & Capitula Regni.* Imo si dicta verba non essent apposita in Commissione, adhuc intelligerentur pro appositis, quia semper Commissio intelligitur data secundum jura Regni, & non aliter.

6 Et ut Tyrones non insudent in quærendo, quæ sint, *dicta Pragmatica, Ritus, & Capitula Regni*. Dico, quod in Regno habemus duo Capitula, unum, quod incipit: *Item quod Præfati Justitiarii, & Capitanei*, ubi statuitur, quod Præsides Provinciarum, & Capitanei Terrarum non audeant aliquem actum judiciarium exercere absque consilio sui Judicis, & in casu quo aliter fecerint, teneantur Judices eis resistere, & si non resipuerint, denuncient Domino Regi, seu Reg. Coll. Cons.

Alterum incipit: *Item caveant Justitiarii*, cum his concordat *ritus M.C.V. 39.*

Postea fuit edita *Pragmatica* in anno 1610. quæ est 18. sub tit. *de Officialibus, & his, quæ eis prohibeantur.* quæ incipit: *A nostra notizia è pervenuto, &c.* continens, quod ad notitiam venit supradicta jura in desuetudinem venisse, & Capitaneus Provinciæ Terræ laboris absque voto Consultoris Ordinarii procedebat via facti; Ideo sub pœna ducatorum mille, & alia corporali pœna ad arbitrium S. E. in omnibus causis civilibus, & criminalibus non procedant absque voto Consultoris Ordinarii.

Postea in anno 1621. ex Madrid, fuit edita alia *Pragmatica*, quæ est 52. sub tit. *de Offic. Magistr. Justit.* ubi *in §. 1.* itidem dicit Rex, quod ad notitiam suam venit absque consilio Judicis procedi per Regentem M. C. Vicariæ; Ideo non audeat amplius id facere.

Ultimo fuit edita *Pragmatica* 28. Julii 1631. quæ est 23. sub tit. *Pro examine Doctorum*, ubi statuitur, necessario judicari causas per Doctores approbatos, ut super *d. Pragmatica Danza in sua pugna Doctorum tom. 1. consid. 20. num. 111.* explanat, & adaptat.

Et indubitanter hodie sic servatur in hoc Regno, quicquid de jure communi disputarunt *Doctores*, quod in omnibus decretis tam civil. quam criminal. a primo ad ultimum requiritur consilium Doctoris approbati; Idem concludit *Scialoy. in prax. for. cap. 12. num. 73.* ita *Rovit. in Pragm. 1. num. 8. de offic.* Ita *Novar. tom. 1. de gravam. vassall. gravam.* 190. *num.* 3. ubi narrat, quod dum ipse *Novar.* esset Judex in Civitate Amalphitana, habuit differentias cum suo Capitaneo, & ha-

Digitized by Google

hito recursu ad Reg. Coll. Cons. fuit decisum, quod in civilibus penitus se intromitteret Capitaneus, sed solum Judex; verum in sententiis, & actis, quæ fiunt Curia pro Tribunali sedente, & in ultimis contumaciis, &c. interveniant Judex, & Capitaneus simul, nam Curia pro Tribunali sedente tunc dicitur, quando sedet Capitaneus, Judex, & Actuarius.

Et ubi Capitaneus non tenet assessorem, sive Judicem, sed tenet Consultorem, tunc ipse solus Capitaneus sedet pro Tribunali.

7 Itaque in Regno de hoc non amplius dubitatur, & sic servatur, ut in civilibus procedit, & firmat solus Judex, sive Assessor; in sententiis diffinitivis firmat tam Judex, quam Capitaneus, & literæ executoriales firmantur a solo Capitaneo.

In criminalibus actis firmat tam Judex, quam Capitaneus.

8 Solum in Terra Ebuli Provinciæ Principatus Citra ex Consuetudine practicavimus, quod primum decretum, seu quælibet prima provisio in civilibus firmatur, tam a Judice, quam a Capitaneo; sed in Civitate Nuceriæ Paganorum, & aliis semper practicavi, ut Ego Judex solus firmavi tam primum actum, quam omnes alios actus civiles, excepta sententia diffinitiva, ut supra, ubi mecum firmavit semper Capitaneus quoque.

Et ubi non eligitur Judex, seu Assessor, ibi firmat semper Capitaneus præcedente voto Consultoris, ut late dicemus in *Cap. 12. de Assessore, & Consultore, &c.*

9 Sufficiat hic advertere, quod ubi Capitaneus procederet absque voto sui Assessoris, non solum acta sunt nulla, sed incurrit Capitaneus in pœnam ducatorum mille, & aliam pœnam arbitrariam per jura, ut supra.

Nec obstat, quod *Rit. 33. & Pragm. 52.* supra allegata, loquantur de Regente M.C.V. tantum, & *Prag. 18. de Officialib.* loquatur de Provincia Terræ laboris tantum; Quia dicta statuta fuerunt interpretata, ut extendantur per omnia loca Regni ex identitate, & majoritate rationis; Nam ratio in *d. Ritu, & Pragm.* illa fuit, ne injustitia fiat, & inconvenientia evitentur; ibi: *Dal che ne nascono molti inconvenienti, &c.* Quæ ratio si militat in Regente M. C. V. & in Capitaneis Terræ laboris, multo magis militat in aliis Regni Curiis; & Statutum semper extenditur ad casus, ubi militat eadem ratio, *Campana resol. 15. num. 18. Rovit. in pragm. 1. de assassin. nu. 43.*

Imo dicta jura loquuntur solum de Regente, & Capitaneis Terræ laboris, quia ipsi non observabant Ritum, & jura prædicta, ut ex præfatione dictorum jurium carpitur, sed in aliis partibus Regni servabant Capitula Regni, per quæ idem erat statutum.

10 Unum nolo omittere, quod advertant Capitanei, ut si habeant Assessorem, vel Consultorem ordinarium electum a Barone in Terris Baronalibus, & a Vicerege in Terris Regiis, coguntur illius consilio uti, & non alterius Doctoris, alias acta sunt nulla ex defectu jurisdictionis, *Straer. ad Sanfelic. decis. 345. nu. 3. Annot. ad Stat. Parmæ fol. 33.* & latius nos in *cap. 12. de Assessore.*

Ideo in hac formula apponitur illa clausula: *Et in causis omnibus procedatur cum voto Ordinarii Consultoris, juxta Pragmaticas, Ritus, Consuetudines, & Capitula Regni.*

Imo si dicta verba non essent apposita in Commissione; adhuc intelligerentur pro appositis; quia semper commissio intelligitur data secundum jura Regni, & non aliter.

11 Ubi vero Assessorem, vel Consultorem non habent Ordinarium electum a Barone, vel Vicerege, tunc in quolibet judicio debent facere præceptum partibus, ut dent listam suspectorum, & de non suspectis eliget, quem sibi melius visum, vel debet eligi de consensu ambarum partium.

Alias si eligitur, non citatis prius partibus ad dandam listam suspectorum, acta sunt nulla, *Capiblanc. tom. 1. pragm. 3. num. 214. & tom. 2. cap. 17. num. 1. de Baron. Scialoy. de foro competenti, cap. 9. de foro suspecto, num. 121. & in praxi forjudicatoria c. 12. num. 33. Danza de pugna Doctor. tom. 1. super Pragmat. de examin. Offic. considerat. 22. num. 122.* ita decisum apud *Vivium decis. 263. num. 10. Capyc. dec. 138. in fine.*

Alia de Assessore, & Consultore latius videbis in *Cap. de Offic. Assessoris, & Consultoris.*

Formula procedendi cum voto Ordinarii Consultoris.

De mandato Curiæ Castri T.

12 Quoniam Curia Castri T. ejusque Capitaneus intendit super retroscripta comparitione, & omnibus in eo contentis cum voto Domini Ordinarii Consultoris providere; Ideo moneantur partes, quatenus prima die juridica post &c. cum continuatione legitime compareant coram D. U. J. Doct. T. de T. ordinario dictæ Curiæ Consultore in T. Civitate, loco ejus residentiæ ad dicendum, & allegandum quicquid, &c., & deinde in antea cum continuatione in d. Curia coram dicto Dom. Capitaneo ad audiendam provisionem ex voto dicti Dom. Consultoris proferendam, alias &c. Data in Castro T. die T. &c.

Advertatur, quod si fuerint per partes hinc inde factæ oppositiones, ubi dicitur *super comparitione, & omnibus in ea contentis*, debet dici, *super dicta comparitione, & omnibus hinc inde prætensis.*

Advertendum etiam, quod ubi esset ferenda sententia diffinitiva, expresse debet fieri monitio ad sententiam audiendam, nam si diceretur *ad audiendam provisionem faciendam*, vel *ad audiendum votum*, aut *voluntatem Judicis*, sententia est nulla, ut ex doctrina *Dec. & Felyn.* concludit *Grammat. ad Vestr. lib. 5. cap. 1 num. 8.* Et ad audiendam provisionem fit, quando ferenda est interlocutoria.

Formula, quando proceditur, ubi non est Ordinarius Consultor.

13 Quoniam Curia Civitatis T. intendit in præsenti Causa eligere Consultorem, stante absentia, vel morte, vel infirmitate, &c. Ordinarii Consultoris; vel stante quod Curia ipsa vacat Ordinario Consultore; ideo moneantur ambæ partes, quatenus infra biduum nominent, & de communi consensu eligant Consultorem sibi ipsis non suspectum; vel infra eundem terminum dent listam suspectorum ad finem, ut Curia ipsa possit unum de non suspectis eligere; alias dicto termino elapso, nulla alia citatione, nec termino expectato, sequenti die cum continuatione compareant ad videndam dictam electionem faciendam, moneantur, & referantur in forma. Data in Civitate T. die, &c.

Fiat relatio qualiter partes sunt citatæ, & si habent aliquem suspectum, poterit dari lista, hoc modo vz.

T. de T. dicit neminem habere suspectum, nisi Doctores T. Castri; ac Doctorem T. de T. & ita, &c.

Formula Electionis Consultoris in defectu Ordinarii Consultoris.

14 Die, &c. Per Curiam Terræ T., ejusque Dom. Capitaneum provisum, & decretum est, quod in præsenti causa eligatur, prout eligitur Dominus U. J. Doct. T. de T. Civitate Consultor in præsenti causa, proinde ambæ partes prima die juridica post, &c. cum continuatione legitime compareant coram præfato Domino Consultore electo in dicta Civitate T. loco suæ residentiæ ad dicendum, & allegandum quicquid, &c. & deinde in antea similiter cum continuatione, hora solita caussarum in dicta Curia coram dicto Dom. Capitaneo ad audiendam provisionem ex voto dicti Consultoris electi proferendam, alias, &c. hoc suum, & intimetur.

Pro-

Digitized by Google

Provisum die quo supra in Terra T. Curia, &c.

Vel potest fieri decretum electionis separatum a monitione, hoc modo vz.

Per Curiam Terræ T. fuit provisum, quod eligatur, prout eligitur Dominus U.J.D.T. de T. in præsenti causa Consultor, cum voto cujus legitime procedatur ad actus incumbentes, hoc suum, & expediatur monitio in forma. Provisum, &c.

Deinde extendatur monitio ad comparendum coram dicto Consultore electo juxta formam, ut supra.

Et dicta electio fieri debet post terminum elapsum, *Capyc. decis.138. in fin. Anna sing.274. per text. in cap. statuimus de rescript. in 6. Carrab. sing.39. & 83.*

15 Et monitis partibus ad comparendum coram Consultore transmittendus est processus dicto Consultori expensis illius, qui petit consilium, *Novar. quæst. for. 97. par. 2.* ubi allegat *Bart. in l. si postulantis col.2. ff. de adulteriis, Jason. in l. ad egregios n.2. ff. de jurejur.* Idem *Nov. in allegat.* inserta per *Riccium decis. 208. num.9.*

16. Verum ubi neutra pars petit, sed expedit, ut ipse Officialis Idiota consulet peritum, potest Officialis cogere partes ad faciendum depositum salarii tam pro voto Consultoris, quam pro Nuncio, *Muscatell. gloss. condemnando par. 7. num.24. per text. in l.3. §.2. ff. finium regundor.* & ex doctrina *Bart. in l. ait Prætor. §. fin. ff. de re judic.*

17 Et processus mittitur ad Consultorem clausus, & sigillatus; & a Consultore sic clausus, & sigillatus remandatur ad Officialem; nec votum suum publicet ipse Consultor, sed Officialis Idiota deinde extendit votum, & publicat in Curia.

18 Advertat demum Officialis Idiota, quod tunc fit electio Consultoris in causa prævia lista suspectorum, vel de consensu partium, & tunc fit monitio ad comparendum coram Consultore, quando vocatus est in judicio reus.

At dantur multi casus, ubi non fit electio, nec monitio, sed mittitur causa ad Consultorem ordinarium, & in defectu Ordinarii mittitur ad quemlibet Doctorem approbatum pro habendo voto consultivo. Et si quis vellet facere præambulum, in quo non est contradictor, tunc examinatis testibus super morte, & proximitate hæredis mittitur processus ad unum Doctorem, absque quod eligatur Consultor, & absque monitione; quia non est contradictor.

Si quis præsentet instrumentum liquidum via ritus M.C.V: tunc Offic. Idiota mittet dictum instrumentum ad unum Doctorem sibi melius visum, in defectu tamen Consultoris ordinarii, nam si habet ordinarium, ad eum mittere debet, absque tamen monitione, & dictus Consultor viso instrumento dabit votum suum, ut debitor citetur super tenore illius instrumenti, si judicet esse liquidum, & cum omnibus requisitis necessariis. Alias dabit votum, ut procedatur civiliter.

Tunc habito voto, Officialis Idiota expediet citationem super tenore, & faciat mentionem in dicta citatione, quod eum citat ex voto Talis Jurisperiti, & sic in aliis similibus causis, quia jurisperitus debet judicare, si instrumentum præsentatum est liquidum, & cum debitis requisitis, vel non.

Ita quoque in causis criminalibus capta informatione Officialis Idiota non potest citare ad informandum, nec ad deponendum, nisi cum voto sui ordinarii Consultoris, & in ejus defectu, cum voto alicujus Jurisperiti approbati, & quia ille processus informativus fit ad instructionem Curiæ inaudito reo; ideò non est necessaria, ut moneatur reus ad comparendum coram Consultore, nec ad eligendum Consultorem in defectu ordinarii Consultoris; sed tali casu potest Offic. Idiota mittere dictam informationem pro habendo consilio, an adsint indicia, & requisita necessaria pro citando reo, & quæ species citationis erit facienda.

19 Verum Rei citati tam in causis criminalibus ut supra, quam præsentatione instrumenti, vel præambuli, aut aliis actis, quæ fiunt sine reo, & deinde supervenit reus, poterit solo juramento uti suspectum recusare Consultorem, re tamen integra, idest antequam consentiant partes, sive tacite per plures actus, sive expresse in illum Consultorem; secus re non integra, idest postquam fuerit per partes acceptatus, & admissus ille Consultor; tunc non poterit suspectus allegari, nisi suspicio supervenerit, & urgens sit, & ita quoque intelligitur de Mag. Actorum, qui similiter potest juramento recusari re integra tantum, *Rovit. in prag. 1. de suspicion. num.7. post Alex. cons.104. vol.5. Guazzin. defens.1. cap.19. num.19. Donna de Pugna DD. cap. 9. num.141. Vivo decis.363. num.41.*

20 Fallit dicta conclusio, ubi solus Procurator consenserit in Judicem, quia tunc principalis poterit recusare illum, *Novar. collect. 1. de suspect. num.5. ex Mohedan. decis. 1. de offic. Delegati.*

Formulas votorum, & praxim extendendi vota habebis in *Cap. de Assessore, & Consultore*, ubi alia plura dicemus.

C A P. II.

De Offic. Judicis, & Capitanei simul.

S U M M A R I U M.

Formula in lingua Italica Commissionum Patentalium Judicis, & Capitanei simul, nu.1.

Formula in lingua latina earumdem Patentalium ejusdem, nu.2.

Officialis ubi, & quando potest utrumque munus exercere Capitanei, & Judicis simul, nu.3.

Doctor, qui non est approbatus ad officia exercenda, non potest exercere, nisi cum voto Doctoris approbati, nu.4.

Officialis, qui reperitur electus ante locationem, non poterit per conductorem recusari, nu.5.

Baro habet jurisdictionem in potentia, non autem in exercitio; Ideo ad illam exercendam cogitur eligere Officialem, nu.6.

Officiales debent esse annales in Regno, quod fallit in Supremis Tribunalibus, & in parvis Oppidis, nu.7.

Officiales non possunt non finito anno renunciare, nec post finitum annum confirmari, nu.8. & 10. *Verum non possunt discedere, nisi expectato successore,* nu.13. & 16. *sed quando evitent pœnam,* nu.17.

Roviti *limitatio, quæ reprobatur,* nu.9.

Capiblanc. *limitatio approbatur,* nu.11.

Magister actorum potest per plures annos continuare officium, nu.12.

Baro si dolose differat provisionem successoris quomodo vassallis succurratur, nu.14.

Officialis, cui etiam potestas aggratiandi est concessa, si post annum continuat, in tacita illa prorogatione, non comprehenditur dicta potestas aggratiandi, sed cum anno expirato, censetur expirata potestas illa extraordinaria, nu.15.

Officiales constituti ad beneplacitum quando poterint ad simplicem constituentis nutum removeri, num. 18. & *quando censentur perpetui,* nu.19.

Gladii potestas quid importet in patentibus Offic. nu.20.

Merum, & mixtum Imperium declaratur, n.21.

Pœna meri Imperii, nu.28.

Pœna mixti Imperii, nu.23.

Pœna simplicis Jurisdictionis, sive Imperialis, nu.24.

Rex Alphonsus Primus cœpit vassallagia concedere cum mero, & mixto Imperio, nu.25.

Quatuor literæ arbitrariæ si non sunt in investitura, Baroni concessæ intelligantur, num.26. & *quæ sint* num. 27. & 29.

Offi-

Digitized by Google

Officiales Regii non possunt componere, nec transigere sed Baronales tantum, nu.28.

Fidejussio, & juramentum præstandum per Officialem in primo ingressu declaratur, nu.30.

Baro potest mandare, ut in tali causa procedatur summarie, & hoc de jure nostri Regni, secus vero de jure communi, nu.31.

Baro non potest facere patentales commissiones Officiali cū limitata potestate, nu.32. *nec potest mandare ut faciat sic, sed tantum potest jurisdictionem excitare*, nu.34.

Barones quas limitationes, & conditiones poterint, & solent in Patentalibus Commissionibus apponere, nu.35.

Formula in lingua Italica Commissionis Patentalis Judicis, & Capitanei simul,

Tale di T. Duca di &c.

Magnifico D. T. de T. salute.

1 SPetta a Noi la cura, che li nostri Vassalli siano governati con la dovuta rettitudine della giustizia, così perchè i buoni godano i suffragj della quiete, come perchè i Rei restino castigati, secondo il merito de' proprj delitti. Quindi siamo risoluti di destinar nuovo Governatore nello Stato T., acciò voglia essercitar tutta la Giurisdizione, che spetta a detto officio: Pertanto confidati nell'integrità, e bontà di voi suddetto T. di T., vi destinamo, nominamo, e deputamo nostro Governatore nel suddetto Stato T. per un anno intiero dal giorno della vostra possessione avanti, e da indi in poi a nostro beneplacito, colla solita provvisione di duc. . . . . che riceverete tertiatim da' provventi giustamente da Voi amministrandi, de' quali l' ultima terza non introiterete, se prima non avrete dato in fine del vostro ufficio lo giurato Sindicato, e quello ottenuto mediante nostra espressa licenza. E intanto vi conferiamo tutta l' autorità, e potestà bastante, e sufficiente, dandovi vices, & voces nostras, ac gladii potestatem, cum mero, & mixto imperio, con le quattro lettere arbitrarie, acciocchè possiate a tutti equa lance somministrare la dovuta giustizia, facendovi partecipe di tutti gli onori, essenzioni, prerogative, privilegi, gagi, lucri, ed emolumenti, che hanno solito godere li vostri predecessori in detto officio. Perciò ordinamo, ed espressamente comandamo alle persone del Governo universale di detto Stato, e a tutti li Cittadini Vassalli, che data da voi la pleggiaria di bene, e fedelmente essercitare detta carica, e di dar sindicato alla fine dell'officio, vi ammettano alla reale possessione di quello.

Ordinamo ancora, che nelle cause di Chiese, persone Ecclesiastiche, orfani, poveri, pupilli, debbiate procedere con riguardo, e particolar carità, somministrandoloro una celere, ed espedita giustizia sommariamente.

Nelle cause poi criminali, nelle quali si converrà venire alla pena corporale afflittiva tantum, volemo, che non procediate ad atto alcuno senza farne espressamente intesi Noi, o la persona, e procuratore in nostro luogo destinata alla sopraintendenza di detto Stato.

Ordinamo similmente, e comandamo tanto alle persone del Governo di detto Stato, quanto alli Cittadini di esso, e ad ogni altro, a chi spetta, che in riguardo della vostra persona così vi trattino, riconoschino, stimino, e reputino, per quanto hanno cara la grazia Nostra, e sotto pena di docati mille d' applicarsi alla nostra Camera Ducale. In testimonio di che si è spedita la presente dal nostro Segretario da Noi sottoscritta, e col suggello delle nostre solite armi munita, consultata in Palagio nella Città T. die &c.

Duca T.

T. Secretario. Adest Sigillum.

Ordina S.E. l'espedizione della Patente del Governo dello Stato T. in persona del Mag. Dott. T. come sopra, &c.

Alia Formula in lingua Latina Commissionum Patentalium Judicis, & Capitanei simul.

Talis de T. Utilis Dominus Terræ T.

Mag. Viro U. J. D. T. de T. salutem, &c.

2 UT exequutio Justitiæ vigeat, providi sunt providendi Præsides; Confisi itaque de tua fide, sufficientia, ac integritate, Te prælatum T. facimus, eligimus, & deputamus nostrum Capitaneum in dicta nostra Terra per annum integrum, incipiendum a die ingressus dicti tui officii, & deinde in antea ad nostrum beneplacitum, amoto quovis alio forsitan ordinato, sine ejus infamiæ nota, cum mero, mistoque imperio, gladii potestate, ac quattuor litteris arbitrariis, vicibus, vocibusque nostris, & cum solita provisione ducatorum . . . . . , quam tertiatim accipere possis ex proventibus per Te rite, ac recte faciendis, ultima tertia retenta, quam minime accipere valeas, nisi prius in fine tui officii syndicatum dederis, nostramque licentiam obtinueris.

Adveniente igitur tempore hortamur, ut personaliter Te conferas ad dict. nostras Terras ad exercendum officium prædictum, præstita prius fidejussoria cautione de bene, & fideliter exercendo, syndicatuique stando, prout juris, omnibus, & singulis justitiam ministrando, neminem vero quavis causa, & occasione gravando, Ecclesias, Viduas, Pupillos, aliasque miserabiles personas juxte protegendo, cum omnibus gagiis, lucris, immunitatibus, præeminentiis, prærogativis, & honoribus ad dictum officium spectantibus, & pertinentibus, edicta, banna, quæ rite, ac recte tuleris rata habentes inviolabiliter exequi volumus, pœnas, mulctas a transgressoribus irremissibiliter exigi mandamus.

Verum quoad definitionem causarum criminalium, vel mixtarum, nec ad actus irretractabiles, nec ad Commutationem pœnarum corporalium devenias, nec a dicto Officio discedas nostra non obtenta licentia; mandamus denique Syndicis, Electis Universitatis, hominibusque dictæ nostræ Terræ, qualiter Te præfatum T. ad dictum officium honorifice recipiant, & admittant, Tibi pareant, & contrarium non faciant, si indignationem nostram, pœnamque ducatorum mille cupiunt evitare; datum ex nostro Palatio die, &c.

Subscribatur, apponatur sigillum, & sequens summarium in calce vz. Litteræ Patentales Capitaniatus Terræ in personam Mag. U. J. D. T. de T. ut supra.

Ubi supra dicitur, *nostra non obtenta licentia*.

Aliqui dicunt, *nobis inconsultis*;

Alii dicunt, *nisi habito nostræ voluntatis oraculo*.

NOtabis super hac prima formula Patentali Cōmissionis Judicis, & Capitanei simul, ibi: *Siamo risoluti destinar nuovo Governatore*; Et ibi: *Destinamo nostro Governatore in questo Stato*: Illa verba non videntur cōplectere officium Judicis; sed solum Capitanei, sive Gubernatoris, & hoc non obstante, utrumque officium potest exercere, & ne de hoc Tyrones dubitent, sciendum est, quod

3 In Regno aliquæ Civitates, & Terræ ex speciali privilegio, vel consuetudine gaudent prærogativa, ut in eis destinetur Judex, sive Assessor separatus a Capitaneo, sive Gubernatore; & in hujusmodi Civitatibus, talis commissio, quibuscumque verbis concipiatur, non admittitur unus ad utrumque officium, etiam quod Gubernator sit Doctor approbatus ad officia.

At ubi talis consuetudo, vel privilegium non est, quibuscumque verbis concipiatur commissio, Gubernator destinatus potest exercere utrumque officium, scilicet Gubernatoris, & Judicis, dummodo habeat privilegium Doctoris, & approbationem Regiæ Junctæ ad exercenda officia.

4 Et quando Gubernator non habet approbationem Regiæ Junctæ ad officia exercenda, tunc dicitur Officia-

lis

[illegible] Google

lis Idiota, non obstante, quod habeat privilegium Doctoratus, & non potest exercere utrumque officium; sed omnia acta tenetur mittere ad consilium Doctoris approbati, qui Consultor vocatur illius Capitanei, & cum voto dicti Consultoris officium exercebit, ut late dicemus in Praxi Judicil, quod fit cum voto Consultoris.

4 Nota itaque circa hoc, quod non attenduntur verba literarum Patentalium, sed attenditur mens Baronis destinantis Officialem in dicto loco, juxta Pragmaticas, & Constitutiones Regni, & privilegia, & consuetudines dictæ Universitatis, licet rectius diceretur in dicta commissione: *Siamo risoluti destinar Governatore, e Giudice; pertanto vi destinamo per Governadore, e Giudice in detto Stato*. Et semper Officialis provisio intelligitur, prout jus intelligit, *de Franch. decis. 409. n. 4. in summ.*

5 Et facta electione a Barone, officialis electus non potest recusari per conductorem jurisdictionis, quia debet inceptum annum complere, ita decisum refert *de Franch. decis. 216. Rov. cons. 81. lib. 1.* ubi relicit *Viscont.* qui dixit ob venditionem feudi expirare jurisdictionem, sicuti expirat jurisdictio Vicarii, Episcopo mortuo; *Reg. de Marin.* late *lib. 1. resol. 39. num. 5.* ubi ampliat cum *Rovito.*

Etiamsi consignatis patentibus ante captam possessionem, Jurisdictio alienetur, etiamsi dicta officialis provisio fieret, antequam officium vacaret: Si tamen est de proximo vacaturus, quia attenditur tempus factæ electionis, ita *de Marin. & Rovit. ubi supr.*

6 Ultimo nota hic, quod pernecesse Baro cogitur eligere officialem ad Justitiam ministrandam, quia ipse per se exercere jurisdictionem non potest, licet Dominus sit, & Officialis Regius, & perpetuus; Baro namque habet jurisdictionem in potentia, non autem in exercitio, *Borell. de magist. edict. lib. 4. cap. 8. num. 24.* & aliis relatis per *D. Cons. & meritissimum Reg. Petra rit. 264. num. 7. fol. 509. tom. 2.*

Nota etiam, ibi: *Per un' anno intiero.*

7 Quod Officiales in Regno debent esse annales, ita sancitum in *pragmat. 1. §. 2. & prag. 2. §. 4. de offic. Judicum prag. 5. de Baronibus, Anna sing. 169. Mastrill. decis. 188. de Franch. dec. 409. Carrab. sing. 189. & per Constit. Regni occupatis, & per Constit. Judices ubi supr. locorum*, & ita etiam sancitur *de jure comm. in l. neminem, de susceptoribus lib. 10. & l. 1. C. ut omnes Judices.* Quæ tamen conclusio limitatur in parvo oppido ob officii tenuitatem, *D. Cons. Petra rit. 2. n. 25. ex Natta cons. 58. nu. 4. lib. 1. Mastrill. lib. 1. cap. 2. num. 2. Capibl. in prag. 3. tom. 1. n. 228. de Baron. & aliis ibi.*

Fallit quoque in Judicibus M. C. V. & Auditoribus Provincialibus, qui biennio durant, & Præsides Provinciales triennio, *d. prag. 1. prag. 2. de offic. Judic.* & Præsidentes R. C. Summ. & Consiliarii perpetui.

8 Et si Officiales Baronales intra annum velint renunciare, & desistere, etiam consentiente Barone, reluctante tamen Universitate non potest discedere, *De Franch. decis. 409. nu. 4. Tap. in pragm. 5. de Baron. Scial. de for. comp. cap. 33. num. 237. de Pont. de potest. Prorog. rubric. de elect. offic. n. 1. fol. 84.* citati a *Carrab. sing. 179.*

Et finito anno non potest confirmari, nec prorogari pro sequenti anno in eodem loco, per *Text. in l. neminem*, ubi *Bart. de suscep. lib. 10.* & per *cap. Regni 173. 202. 234. & 283.* & per *Constitut. Regni, Occupatis nobis*, & per *Constitut. Judices ubique locorum, & est Pragm. 1. §. 1. & 2.* & *pragm. 2. §. 4. & 5. de officio Judicis*, etiam universitate consentiente. Sed quanto tempore exercuit, tanto tempore vacare debet ab ipsis, vel aliis similibus officiis *d. Prag. ut sup.*

9 Quod limitat *Rovit. in d. pragm. 1. num. 9.* quando in actu confirmationis nemo contradiceret ex *decis. de Franch. 609.* sed hæc limitatio mihi non arridet; nam consensus Universitatis non potest dispensare *Regias Pragmaticas*, & alias *leges*. Ideo ultra consensum Universitatis, requiritur dispensatio Reg. Coll. Cons.

10 Ampliatur dicta conclusio, ut non possit confirmari ultra annum etiam sub alio nomine Locumtenentis, vel Delegati, ita decisum testatur *Anna sing. 479.* per *Glos. in l. 1. C. de privil. scholar. lib. 12.*

Ampliatur secundo, ut pro sequenti anno in eodem loco, nec Assessor, nec Consultor, nec Judex secundarum caussarum esse possit; *de Franch. decis. 479. Mastrill. decis. 188. num. 2.* idem *Mastrill. de magistr. lib. 1. cap. 23. num. 62. & 65. & par. 2. lib. 4. cap. 17. num. 19. & decis. 288. Ricc. coll. 317. Scial. de for. compet. cap. 33. num. 135. Capiblanc. pragm. 5. nu. 134. Thor. verb. Officialis, qui par. 2. annot. 3.* hanc *secundam limitationem*

11 sublimitat, *de Luca in d. dec. de Franch. 479. nu. 5. quando fuisset electus Auditor Provinciæ, ut judicatum fuit in Civitate Cosentiæ, ubi Judex illius, finito judicatu fuit Auditor in illa Provincia, & in eadem Civitate, Capiblanc. ubi supr.*

Ea ratione forsan, quia Auditor eligitur a Vicerege, qui censetur tacite in hoc dispensasse, quod Baroni non est permissum dispensare.

12 Sublimitatur secundo in Actuariis, sive Magistris Actorum, qui ubi rationem reddunt singulis annis, possunt in eodem loco per plures annos continuare, *Rovit. pragm. 7. de offic. Judicis, & aliorum Official., & sic decisum refert inter Universitatem Castri S. Viti, & Dominum illius; & inter Castrum Turris Octava, & Comitem, rubric. 10. Dom. Petra to. 1. rit. 2. sub n. 62.*

13 Verum licet Officialis non possit confirmari, nec prorogari in officio, ut supra dictum est; tamen finito anno, non potest officium deponere, vel a loco recedere usque ad adventum successoris, ut statuitur in *Pragm. 8. de officio Judicum.* & in *cap. Regni 234. & de Jure communi in l. meminisse, ff. de Offic. Procons. & in l. 1. §. administrationem autem. C. ut omnes Judices, Meroll. in Theol. moral. lib. 3. disp. 7. cap. 13. post num. 295. De Franch. dec. 393. n. 3.*

Alias discedens non expectato Successore, vel non obtenta licentia ab Excellentissimo Prorege, si est in Terris Regiis, vel a Barone, si est in Terris Baronalibus, punitur in sex uncias auri, per *d. cap. Regni 234.* & incurrit ipso jure in pœnam inhabilitationis ad exercenda similia officia, ut in *Pragmat. 8. de Offic. Judicum.* Ubi legitur vz: *non ostante qualsivoglia privilegio, che si pretendesse in contrario.*

14 Ideo solent Barones dolose differre provisionem Successoris, & Officiales solent se excusare, quod expectant adventum successoris. Tunc quilibet Civis solet adire Regiam Audientiam, vel M. C. Vicariæ, vel R. Collaterale Consilium, & obtinere provisiones, quod post finitum annum non exerceat; sed Baro alium eligat, & interim Locumtenens exerceat, ne fiat fraus legi prædictæ. *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. fol. 153. claus. 4. glos. 10. num. 99. Capiblanc. in addit. ad pragm. 5. num. 140. Scial. ubi supr.* & ita Ego practicavi in causa Doctoris Stephani Sollazzo Capitanei Status Laurini.

Verum anno 1698. fuit per Reg. Coll. Cons. expeditus ordo circularis pro observantia *dictæ Pragm. 8. de offic. Judic.*, ne Barones substituere valeant Locumtenentes, qui interim exerceant, donec venerit successor.

Sed omnino debet expectare successorem, juxta supplicata per Procuratorem Fiscalem, ad instantiam cujus fuit emanata dicta Pragmatica: ibi: *E perchè in molte parti del Regno tal Prammatica non si osserva, perche finito l'anno non permettono, che gli officiali amministrino più giustizia, benchè non sia venuto il successore, ma interim se ci deputano uomini dello medesimo Università, dal che nascono molti inconvenienti.*

15 Officialis ordinarius deputatus a Barone per annum, juxta *Constitutiones, & Pragmaticas* Regni, si ultra consuetam formam, per aliam commissionem separatam habebit potestatem faciendi gratias, ac si esset propria per-

Digitized by Google

persona ipsius Baronis; Si post annum continuat; an virtute tacitæ prorogationis poterit uti etiam illa potestate extraordinariâ aggratiandi, non comprehensa in potestate ordinaria? Negativè respondet *Rovit. prag. 1. de syndic. num. 37. ex Alberico, ut ibi.*

16 Ampliatur antecedens conclusio, ut non possit discedere ab officio, etiam relicto Substituto, sive Locumtenente; quia omnes Officiales debent personaliter residere, ut *Pragm. 2. §. 7. & 8. de offic. Judic.* Alias puniuntur pœna bismille ducatorum, ut in *d. Pragm. 2. in fine.* Et ultra dictam pœnam, possunt officio privari, a Barone, si est Baronalis, & a Prorege, si est Regius, *D. Cons. Petra rit. 7. num. 92. Paris de Put. de syndic. verb. licentiam, cap. 1. num. 1. Vivius decis. 356. Capiblanc. tom. 2. cap. 18. num. 6. de Leonard. in pract. offic. cap. 8. num. 1. 2. & 3. de Franch. decis. 451.* Et perdit salarium per *cap. Regni 211. Rovit. in pragm. 2. de offic. Judic. Caravit. rit. 71. D. Cons. Petra loc. citato*; Et Officiales Regii nec extra Civitatem pernoctare possunt, præsertim ex novissima prohibitione facta per Excellentissimum Proregem Comitem de Pinnoranna, relata a *D. Cons. Petra rit. 7. num. 3.*

17 Et ut evitet pœnam, debet obtinere licentiam a Domino Prorege, si est Regius, vel a Barone, ubi est Baronalis, *Pragm. 8. de Offic. Judic. & rit. M.C.V. 7. Anna cons. 42. num. 25.*

Imo Baro per modicum tempus potest dare licentiam; quod modicum tempus volunt *DD.* non transcendere mensem, *Mastrill. de magistr. tom. 1. cap. 29. n. 24. Capibl. tom. 2. cap. 18. n. 3. & 4.*

Verum Officialis, cui commissum est aliquod servitium Regium, sine licentia potest ab officio abesse, cum præsumatur habere tacitam dispensationem, *Capibl. tom. 2. cap. 16. n. 5.*

Nec perdit salarium, quando pro justa causa abest, etiamsi stipendium pro viatico lucretur, *Capiblanc. sing. 137.* per *text. in l. hac lege, C. de proc. sacri scrinii lib. 12.*

Insuper nota, ibi: *E da indi in poi a nostro beneplacito.*

18 Certum est, quod commissiones hujusmodi ad beneplacitum Baronum judicantur annales, non obstante dicta clausula, *Amen. ad Franch. dec. 109. num. 1.* & dicta verba essent frustratoria, & contra notata in antecedenti annotatione; sed quia adest *Pragm. 8. de offic.*, in qua sancitur, quod Officialis post finitum annum neque possit a loco recedere, sed compellitur exercere jurisdictionem usque ad adventum successoris, ut dictum est supra, alias discedens, non expectato successore, vel non obtenta licentia incurrit in pœnam sex unciarum auri, *per dictam Constitutionem Regni 234.* & incurrit in pœnam inhabilitationis per *d. Pragm. 8. Niger in Constitut. Regni, item caveant justitiarii, & in Constitut. scire volumus num. 4. Borrell. de magistr. edict. lib. 1. cap. 12. n. 65.*

Ideo dicta verba non sunt frustratoria, sed respiciunt ordinata in dicta Pragmatica, ut finito primo anno, continuet usque quo placuerit Baroni successorem advenire facere, nisi ei fuerit ab Universitate, vel ab alio contradictum; quia in tantum Baro poterit differre successorem, in quantum subditi non contradicant, juxta tradita per *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 284. nu. 5. & de Franch. dec. 600.* relata per *D. de Luca observ. ad dec. 409. num. 3.*

Et licet magistratus constituti ad beneplacitum dicantur perpetui, ut in *l. juris peritos, ff. de excus. tutorum*, cum allegatis per *Boer. decis. 149. num. 25.*

Tamen quia in Regno adest Pragmatica mandans, ut sint annales, & alia Pragmatica, ut finito anno, expectent successorem; illud beneplacitum ad præscriptum dictarum Pragmaticarum intelligitur.

Et de jure communi Magistratus constitutus ad beneplacitum, potest ad simplicem constituentis nutum, & placitum revocari, concludit *Borrell. de magistr. edict. lib. 1. cap. 12. nu. 68. argumento Constitut. si gratiose de rescript. in 6. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 150. Jo. Calderin. cons. 3. tit. de rescript. Bald. in cap. 1. in princ. num. 4. de feudo guardiæ, & Castald. Govian. in d. cap. si gratiose*, quos sequitur *Franc. Marc. dec. 796. in fin. vol. 1.* faciunt scripta per *Capyc. decis. 106.* & per *Afflict. in Const. ea quæ.*

Et dicta perpetuitas intelligitur, ut non intelligatur in eis præfinitum tempus aliquod. Sed non idcirco erit, quin ad constituentis voluntatem removeri possint, ut *d. Borrell. ubi supra.*

19 Nec me latet contrariorum sententia, dicentium Officiales ad beneplacitum Principis creatos, censeri perpetuos ea perpetuitate, ut non possint amoveri sine culpa, vel saltem sine causa, ut late calamo more suo *doctiss. D. Carolus Petra rit. 308. num. 275. Et Sanfelic. sect. 3.* Tamen id poterit absolute habere locum in Principe; nam in Principe, sive in Rege paria sunt non decere, & non posse, omnisque indecentia in eo habetur impossibilitas, *Petrus Calyst. in analytica, tract. de leg. Reg. §. 30. num. 41.* citatis a *dict. Cons. Petra ubi supra num. 277.*

Propterea Consiliarii Sanctæ Claræ in hoc nostro Sacr. Reg. Consi. Neapolitano, & Præsidentes Reg. Cam. Summ. creantur ad Regis Beneplacitum, & ideo sunt perpetui, *D. literarum Pelagus Reg. & Cons. Petra rit. 2. n. 57. Sanfelic. dict. sect. 3.*

Secus in Barone, & Principe subordinato, qui destinat Officiales uni Comitatui, vel Civitati, ubi si diu duraret potestas judicandi, fierent tanquam concives in loco, & aut nimia indulgentia parcerent, aut odio præter morem castigarent, & merito annales esse sancitur, itaut, finito anno, non censentur confirmati; sed ad nutum sunt amovibiles, & huic sensui adaptantur illa verba. Dum Baro non potest creare Officiales ad beneplacitum, *sapientiss. D. Cons. Altim. rubr. 20. qu. 12. num. 17.*

Et si in patentalibus non apponeretur clausula, *per un'anno intiero*, sed simpliciter constitueretur Officialis a Barone ad beneplacitum, reduceretur ad annum præfixum, ita concludit *D. Cons. Petra rit. 2. n. 51.* ex adductis per *Franch. decis. 409. & 419. Boer. decis. 149. Franc. Marc. dec. 19. part. 2.*

20 Ibi: *Gladii Potestatem:*

Gladii potestas data a Baronibus ad suos magistratus, late declaratur per *Borrell.* ex antiquorum, & novissimorum penetrabilibus, ad quem curiosus recurrat, *lib. 1. de magistrat. edict. cap. 1. num. 144.*

Sed ut nos secundum nostrum institutum brevius, quam possumus Tyrones instruamus, concludimus, quod gladii potestas in dictis commissionibus significatur potestas asportandi gladium, idest arma ad malorum vindictam, & bonorum custodiam, & tutelam; Idcirco gladium portant potestates seculares materialem, quia iræ Dei in malefactores ministri existunt, *cap. quæsitum, & cap. sicut in fin. 23. qu. 4. & cap. sunt quadam 25. ibid.*

21 ibi: *Mero, & Mixto Imperio.*

Necesse est in Patentali commissione Magistratus, ut a Barone apponatur concessio meri, & mixti Imperii.

Nam sine expressa concessione dicti mixti, & meri imperii, censeretur simpliciter concessa jurisdictio absque mero, & mixto imperio, ut relatis hinc inde diversis Doctorum opinionibus concludit *Borrell. in lib. 1. de magistr. edict. cap. 1. nu. 114. & 127.* ubi per distinctiones concordat opiniones hinc inde contrarias.

Ubi agitur de donatione, aut concessione feudali, tunc concessa jurisdictione, omnia concessa intelliguntur, cum mero, mixtoque imperio.

Ubi verò fit concessio jurisdictionis, non per viam

insu-

Digitized by Google

infeudationis, vel investituræ, sed ad magistratum gerendum, & ministrandam Justitiam, tunc censetur simpliciter concessa jurisdictio absque mero, & mixto imperio; & ideo in commissionibus, quæ a Barone expediuntur ad administrandam Justitiam, apponitur specialis concessio dicti meri, & mixti imperii.

Licet hodie si omitteretur dicta clausula, quia de stylo in Regno semper apponi solet; ut testatur *Borrell. ubi supra num.* 128. & ego quoque testari possum, qui infinitas vidi istiusmodi commissiones; intelligeretur proposita.

Sed concordantia opinionum relata per *Borrellum* intelligitur de jure communi, ut advertit *Lagan. ad Rovit. in pragm. 8. de Baron. num.* 15. ubi secundum *Feltyn. & Capyc.* aliter concordatur, nempe, quod si Jurisdictio in magistratum conceditur, venit merum, & mixtum imperium; si in proprietatem, non venit merum, & mixtum imperium. At quicquid sit de jure communi, tamen de jure Regni, Barones non possunt merum, & mixtum imperium exercere, nisi in privilegiis sit expresse concessum, vel ex legitima præscriptione eis liceat, alias usurpatæ jurisdictionis crimen incurrunt, ita sancitur in *d. Prag. 8. de Baron. per Laganar. ad Rovit.* Imperium enim triplex est, nempe, merum, mixtum, & imperiolum: Merum est separatum a pecuniarum commodo, & in coertione consumatur, etiamsi confiscatione utatur, *l. Imperium*, ubi *Bar. & Jason. ff. de Jurisd. omn. Jud. l. solet, ff. de offic. Proconf. Afflict. in proœm. Constitutionis Regni quæst. 6. Verd. ad Gallup. in prax. p. 1. cap. 2. num.* 18.

22 Pœnæ meri imperii sunt capitales, quæ in tria capita rediguntur, nempe mors, exilium, relegatio, remigatio, & tortura, & sic consistit in pœnas capitales imponere, membra mutilare, delinquentes carcerare, & similes corporales punitiones exercere, quæ nullum pecuniarum commodum afferunt: sed tantum bonum publicum, quo Remp ub. a noxiis hominibus liberat.

Mixtum vero pecuniarum etiam commodum admiscet coertioni, *l. 1. & fin. ff. de offic. ejus, l. 1. ff. quod vi, aut clam, l. jubere cavere, ff. de jurisd. omn. jud. Ver de ubi sup.*

23 Et sic ad mixtum imperium pertinent bonorum possessionem dare, in possessionem mittere; jubere, cavere, pupillis tutores dare, & omnes aliæ pœnæ graves, præter pœnas capitales, mutilationem membri, &c.

Et sic relegatio, fustigatio, & similes, quæ non concernunt mutilationem, aut capitalem pœnam ad mixtum imperium spectant.

Et quæ sunt mixti imperii, potissimum spectant ad bonum privatum, eaque expediunt Judices ex officio nobili.

24 Imperiolum, sive minus imperium, vel simplex jurisdictio est, quod levem exercet corporis punitionem, & competit omnibus Judicibus inferioribus, *l. levia, ff. de accusat. l. Magistratus, ff. de jurisd. omnium jud. Bart. in dict. l. Imperium, Verde ubi supra. Vide Capibl. tom. 2. cap. 36.* ubi aliter distinguit de jure communi, aliter de jure Regni torturam, exilium perpetuum, remigationem, sive ad tempus, sive perpetuum esse fere statuit de mero imperio.

Exilium vero temporale, fustigatio cum sit pœna momentanea sunt de mixto imperio, & licet pro perjurio, & contra percutientem gladio sit pœna truncationis manus, tamen cum dicta pœna non sit in observantia, sed de generali stylo imponitur pœna pecuniaria, vel exiliaris ad tempus, dicuntur de mixto imperio, & ad civilem jurisdictionem spectant in Regno, quod secus est de jure com. *Capibl. ubi supr.*

Et hæc, quæ sunt simplicis jurisdictionis expediuntur a Judicibus officio mercenario, & tendunt ad bonum commune, ut late *Jodocus Damhouder, in prax. cap. 4. in fin. fol. 7.*

Et hæc sufficiant pro Tyronum praxi, quorum gratia hæc annotavimus breviori, quam potuimus calamo; Sed qui velit melius sibi satisfacere, videat *Lagan. ad Rovit. in pragm. 8. de Baron.* ubi est inserta allegatio fiscalis contra Baronem Abscilliani inquisitum in Regia Camera de usurpata jurisdictione; ex quo in concessione dicti feudi prætenderet Fiscus non fuisse concessum merum, & mixtum imperium; quod nisi sit concessum a Rege secundum jus Regni, & terminos Constitutionis, *ea qua ad speciale decus*, & secundum *Prag. 8. de Baron.* editam tempore *Caroli V.* 1536. & Rex Al-

25 phonsus Primus cœpit Vasallagia concedere cum mero, & mixto imperio, & gladii potestate, ut dicit *Lagan. ad Rovit. in Pragm. 8. de Baron. num. 13.* post *Afflict. in Constit. Regni Contingit in 3. not. & in Constit. ea qua ad notab. Caravit. rit. 49. num. 5. de Franch. dec. 370. n. 8. de Ponte conf. 53. n. 6. vol. 2.*

Dom. tamen Agata ad Moles §. 1. de Reg. fisc. lib. 1. fol. 172. *num.* 117. dicit ex *Bald. & ex Galeot. resp. fisc. 23. ex nu.* 207. *&* 511. fuisse quatuor literis arbitrarias a Rege Carolo I. & Rege Roberto ad Barones concessas cum mero, & mixto imperio, ac juramento ligii homagii, rejectis *de Ponte, de Franch.* & aliis, dum ex capitulis Regni constet Regem Robertum dictam concessionem fecisse, eamque postea fuisse confirmatam per Regem Alphonsum I. ut in capit. & privilegiis Neap. *c. 9. fol.* 5.

Ibi: *Con le quattro lettere arbitrarie.*

Quatuor literæ arbitrales, seu potius arbitrariæ sunt illa quatuor capitula, seu jura Regni nostri facta per Regem Robertum, ut in *cap. Regni*, quæ mox dicemus. Namque.

26 Ante omnia est advertendum, quod si in investitura, Baroni non fuerint specialiter concessæ quatuor literæ arbitrariæ, ille Baro non poterit illas concedere suo officiali in commissione patentali, ut dicit *Capyc. in invest. feudi, & feudorum clausula, in verbo, cum quatuor literis arbitrariis*, quem citat, & sequitur *Borrellus in lib. 1. de magistr. edict. cap. 1. num.* 151.

Dictæ quatuor literæ arbitrariæ sunt infrascriptæ v3.

27 Prima est, quod Judex Baronalis componere potest delicta in aliquibus causis, *cap. exercere volentes* 221.

Secunda est, quod insignes latrones possunt torqueri, etiam in die Paschatis, *cap. provisa juris sanctio* 222.

Tertia, quod contra insignes latrones possit procedi absque figura judicii, omni appellatione remota, *cap. juris censura* 223. Et *Niger. in d. cap.* dicit esse, ex hoc capite, sive ex hac litera concessam potestatem Officialibus Baronis torquendi delinquentes, ex processu informativo; quod tamen hodie non servatur in practica. Nam ut curia Baronis possit ex processu informativo torquere, requiritur licentia Excell. Proregis, & licet legitima non præcedant indicia, *Novar. par. 2. qu. for. 67. num. 3.* & sic absque indiciis potest torquere insignes latrones per *cap. Regni si cum sceleratis.*

Quarta est, quod cessante parte, in delictis, in quibus pœna mortis civilis, vel naturalis, abscissionis membri venit imponenda, potest ex officio procedi: Sic etiam per humana flagitia commissa in personam Clerici, vel miserabilis personæ, *cap. ne hominis* 237.

28 Ultimo hic notandum duco, quod licet per *Prag. 2. & 4. de composit.* prohibeatur, ne Officiales possint componere, nec transigere, ubi est pœna mortis naturalis, vel civilis, vel membri abscissionis, relegationis, aut alia quæcumque corporalis pœna afflictiva. Sed debent consulere Proregem quando aliqua justa caussa inesset commutandi, vel transigendi pœnas.

Et in aliis delictis levioribus, ubi non pœna corporis afflictiva, sed simplicis exilii erit, poterit quicumque Officialis componere, & permutare pœnas, *Pragm. de Offic. Judicis num. 13. vulgo detta delli 29. capi, edita anno 1616. & Pragm. 4. de composit. edita anno* 1556.

Tamen in hoc largiores habent habenas Curiæ Baro-

nales ex supradictis quatuor literis arbitrariis Baroni concessis, ut concludit *Manson. de contrabannis q.16. num.22.Carav. rit.272. num.8. Foller. super d. Prag. de composit.*

Quia Officialis Baronis in omnibus delictis ex potestate dictarum literarum arbitralium, non obstantibus Pragmaticis prædictis, possunt componere, & transigere, consulto tamen Barone, & præcedente partis remissione, ut late dicemus in *cap.12.in quæst.inter Assess.& Capit.*

29 Unde gratiam facere non potest Baro, nec compositionem, quando specialiter in suo privilegio non est concessa potestas, sive non fuerint specialiter concessæ quatuor literæ arbitrariæ, quia dicta facultas componendi,& aggratiandi,non pervenit ex ipsa jurisdictione simplici, nec per merum imperium, sed ex quatuor literis arbitrariis specifice concessis ad beneficium Baronis, ut late *D.de Luca ad Franch.obs.370.num.1.*

Ibi: *Data da voi la pleggiaria.*

30 Fidejussio est præstanda per Officialem de fideliter, & bene exercendo officium, & parendo syndicatui; alias poterit ei denegari possessio, ideo de hac fidejussione dicemus in 2. *tit. de primo ingressu Officialis, cap.3.de fidejussion.*

Hic sufficiat adnotare, quod si in commissione omittatur dicta clausula, & non exprimatur, ut præstet dictam fidejussionem, adhuc intelligitur apposita, quia censetur data commissio, ad præscriptum R.Pragmaticæ, sive statuti nostri Regni, & non aliter, & in Regno est sancitum per *Pragm.1.§.6. & Prag.5. de offic. Judic.* ut Officialis in ingressu officii dictam fidejussionem præstet, & propterea, sive in commissione dicatur, sive non, cogitur semper dictam fidejussionem præstare, alias Universitas denegare potest possessionem.

Adnotetur quoque hic, quod fidejussio, ac juramentum in principio magistratus præstitum, ad prorogatum etiam tempus extenditur, *Hostiens.ex Jo:Andrea in cap. præterea requisisti de appell. Bald.in cap. venerabilem col. pen. de elect. posc. Bart. in l. unica Cod. de nov.oper.nunc.Cefal.cons.74.num.25. volum.1. Bertazol.cons.crim.63.num.13.vol.1.*quos citat, & approbat *Borrell. de magistr. edict. lib.1. cap.12. num.58.* rejecto *Napodano in cap.Regni, item statuimus, ut tam Justitiarii num.41. & Luc. de Penna.in cap. Regni, electionem in forma tenentibus*, debere Officialem firmatum de novo jurare, novam cautionem præstare, & prius syndicari, quia hoc non servatur, maxime in Regno nostro Neapolitano, ubi per *Pragmaticam incip.Regiæ Majestati*, quæ est prima, *de Syndic. Offic.* in fine, in qua cavetur Officialem si ultra annum in officio confirmetur, non syndicari, nisi in fine totius officii, quando in totum fuerit ab officio licentiatus.

Et demum notabis, quod Officiales Regii debent quoque jurare coram uno Reg. Collat. Consiliario, quod nil dedit, nec dare promisit pro Officio obtinendo, quod juramentum debet inferi in dicta commissione, de quo juramento habebis formam in *cap.12.de officio Assessoris*, ubi latius dicemus, & debent præstare cautionem in Regia Camera Summ.de stand. synd.in fine officii, *Prag.1. §.6.* ubi vide marginem *tit.15. de offic. judic. fol.820.* Et de producendo fidem in eadem Regia Camera infra 4.menses post completum officium, per quam constet syndicatui stetisse, vel caussam pendere, *Prag.41. tit.167.de offic. Procur.Cæsar.fol.931.& Prag.3.de offic.Justit.*

Sed officiales Baronales hoc juramentum, & hanc fidejussionem præstare non tenentur, quia dicta jura observantur solum a Regiis, & ita practicatur, teste *Capibl.pragm.4.num.3.de Baron.*

Ibi: *Alle Cause di Chiese debbiate procedere sommariamente.*

31 Licet de Jure communi Baro non posset mandare, ut procedatur in tali caussa Summarie; tamen de Jure Regni potest, ut fundat *D. Cons. D. Carolus Petra rit. 228.num.24.*& nos in *Præludio 2.tit.*dicemus.

Ibi: *Nelle Cause criminali non procediate senza farne intesi Noi, &c.*

Hæc verba improprientur, ut sensus sit, ne procedat inaudito Coadjutore pro interesse Cameræ Baronalis.

32 Nam Baro non potest facere commissionem Capitaneo, & Judici cum limitata Jurisdictione, sed eos tenetur instituere libere, qui eorum nomine omnem jurisdictionem ordinariam, & delegatam exerceant, cum non possit Baro per se jurisdictionem exercere, sed totam jurisdictionem in Officiales creatos transmittit, & ipsi Barones remanent spoliati exercitio Jurisdictionis, & remanet in eis Jurisdictio in potentia, & fructu.

Unde clausula apposita in Commissione, quod non possit procedere ipso Barone inconsulto, habetur pro non apposita ad finem, quod non impediatur cursus Justitiæ, & ita intelligenda est decisio relata ab *Amen.ad Franch.decis.511.* inter Terram Peschipagani, & ejus Baronem, relatus per *Novar. quæst.forens.164. par.1. & tom.2.de gravamin. vasall. gravam.291.* & per *D.Cons.Altim. rubric.10. qu.13. num.5. de nullit.*

Licet contrarium teneant alii, ut sunt *Mastrill.Avil., Cancer.*, & alii relati per eundem *Novar. ubi supra.*

33 Insuper operatur dicta clausula, quia Officiales non possunt facere compositionem, vel transactionem, nec gratiam de pœnis fiscalibus in præjudicium Baronis ipso Barone, vel ejus Vicario inscio, & inaudito, cum spectet hoc ad Baronem, *de Franch. decis.198. num.3. Capiblanc.de Baron.pragm.6. Novar.quæst.56. num.114.* & ad hunc finem dicta clausula in patentibus non erit frustratoria.

34 Nec Baro potest facere rescripta, ut Officialis faciat sic; sed tantum potest Justitiam excitare, *D. Cons. Altim.ibidem loc.supr.cit.post Capiblanc.in pragm.3.num. 22.& pragm.8.num.258.tom.1.& cap.42.tom.2.*

Solent etiam Barones alias clausulas apponere in Patentibus, v3.

35 *Potestatem insuper concedendi licentias asportationis armorum nobis reservamus.*

Vidi etiam in Patentibus Capitanei Status Gifuni apponi clausulam, v3.

E di più dichiaramo, e volemo, che le cause criminali degli Affittatori della Camera Ducale debbiano essere riconosciute dal nostro Erario como Giudice Competente, con doversi servire del voto del Giudice Ordinario, e del Mastro d'Atti di detto Stato, ne in quello vi dovesse intromettere senza riceverne il nostro beneplacito.

Alii dicunt, v3.

Proviso tamen, quod in caussis concernentibus affictus, & consimilia nostra Baronalis Cameræ, nullo modo Te intromittas, etiam in casibus carcerationis, sive excarcerationis, quæ omnia, & singula nobis, & nostro pro tempore Ærario reservamus.

Quæ clausulæ an valide apponi possint per Barones in Patentalibus, diffonæ reperiuntur *DD.* opiniones. Aliqui enim putant non teneri Capitaneum eis obedire, quia Baro nullatenus potest mandare, ut Capitaneus non se intromittat in aliquas caussas; nam tota jurisdictio in Capitaneum transmittitur, *Capiblanc.pragm. 6.de Baron.num.189.*& *in pragm.3.num.208. Amend.ad Franch.decis.511.num.8.*ubi refert decisum, quod non solum Baro prohibetur exercere jurisdictionem, sed nec commissionem vinculatam facere Officiali inter Universitatem Peschipagani, & Dominum illius, *Novar.de gravam.Vassall.tom.1.gravam.295.*

Et quod Baro minuere nequit jurisdictionem Capitaneo, per *text.in l.Titium, aut Mævium.ff.de admin. tutor.* & ibi *gloss.* cum *Bart.*, ubi cavetur, quod testator non potest restringere potestatem legalem tutori, & ita pariter Baro non potest restringere potestatem

Ca-

Digitized by Google

Capitaneo a lege concessum.

Et jurisdictio est individua, & scindi non potest. DD. in l. judicium solvitur, ff. de judic. nec jurisdictio potest insolidum stare in diversis, Bart. in l. inter tutores, ff. de admin. tutorum, Caravit. rit. 233. num. 7.

Contrarium putarunt alii. Nam Baro, qui dat jurisdictionem potest jubere, ne illa in aliqua caussa utatur Officialis per ipsum electus, Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 7. num. 15. Cancer. variar. resol. 13. lib. 3. num. 276. & decisum refert Fontanell. de pact. nupt. clausf. 4. glos. 10. num. 155. part. 1. ex Cyn. Bald. Jasone, Rebuff. Avil. & aliis citatis per Novar. par. 1. quaest. for. 164. n. 8.

Qui tamen Novar. num. 9. distinguit, quod Baro in principio, & tempore collationis Magistratus posset limitare jurisdictionem, & secus post translatam jurisdictionem in Capitaneum, absque ulla conditione; & sic prima opinio procedit, ut Baro post translatam jurisdictionem prohibeatur illam limitare, argum. tex. in cap. quamvis de offic. delegati in 6. Ubi sancitur, non posse per Subdelegantem aliquid prohiberi circa usum jurisdictionis Subdelegatae, postquam translata est totalis jurisdictio in Subdelegatum.

Secunda opinio procedit, ut Baro in commissione possit limitare quicquid velit, per text. in l. solet, ff. de jurisd. omnium Jud. ibi: Solet Praetor suam jurisdictionem mandare, & aut omnem mandat, aut speciem unam. Nam, & is, cui mandata jurisdictio est, fungitur vice ejus qui mandavit, non autem sua. Ut perpulchre hanc distinctionem tradit Novar. d. q. 264. num. 10.

Itaque hac opinione attenta, dictae clausulae valide apponuntur in Commissione.

Solet quoque apponi clausula, vz. Insuper tibi interdicimus, atque prohibemus a praedicta Terra discessum, absque nostra expressa licentia; Vel denegamus etiam facultatem alium in tui loco substituendi, vicesque tuas alteri quomodolibet committendi. Vel a dicto Officio discedere, aut alium substituere penitus interdicimus. Vel, Porro, quia Officialium absentia multorum solet esse caussa malorum, ab officio abesse non audeas, nisi per octo dies, absque nostra licentia in scriptis sub poena privationis.

Supradictae clausulae adhuc valide apponuntur in Commissione, quia Baro potest mulctare Officiales delerentes officia, & praesertim poena privationis illorum, D. Cons. Petra rit. 7. num. 2. fol. 105. & Vit. decis. 356. lib. 1. Et de Consiliariis Regiis loquitur Borr. de author. Magn. Consil. num. 153. & de Auditoribus Provinciarum est Pragm. 7. 8. & 17. de Offic. Jud. & vide de Franch. decis. 451. & Addentes.

Et quod nullus Officialis valet per substitutum servire, statuitur in Rit. M. C. Vic. 2. & 309. Prag. 1. de Administr. Regis Ferdinandi & prag. 2. eod. tit. Caroli V. & Pragm. 1. de Actuar. & 4. de offic. Judic. & proptorea dictae clausulae sunt secundum jus, & valent.

Alia clausula solet apponi vz. De Proventibus vero, & panis tres conficias libros, unum penes Te, unum penes Erarium, & alium penes Curiae Actuarium.

Et hoc merito, ne fiatus fiat proventibus Baroni spectantibus.

Alias a te ipso poteris inquirere: & hoc sufficiat pro praxi clausularum Commissionum Patentalium.

C A P. III.

De Offic. Locumtenentis.

S U M M A R I U M.

Formula Commissionum Patentalium Locumtenentis constituti a Barone, & conductore Baroniae, num. 1.

Formula Patentis Locumtenentis constituti ab ipso Capitaneo, num. 2.

Locumtenens non potest substitui a Barone sed a Capitaneo tantum secundum opinionem aliquorum, num. 3.

Locumtenens in Regno Neapolitano fit tam a Capitaneo, quam a Barone in Terris, ubi unus solus destinatur Officialis, alius secus ubi destinatur Officialis cum Assessore, num. 4.

Locumtenens constitutus a Barone praefertur illi, qui a Capitaneo constituitur, num. 5.

Locumtenens a Capitaneo fit per modicum tempus non ultra quindecim dies, num. 6. & num. 8.

Et potest esse patriota, quando destinatur ad modicum tempus, num. 7.

Locumtenens a Barone potest etiam ad longum tempus deputari, sed non potest esse Civis, num. 8.

Locumtenens an, & quando sit competens in criminalibus, num. 9.

Locumtenens electus ab Officiali, non habet merum imperium, & ideo non potest torturam inferre, num. 10.

Acta facta a Locumtenente in caussis meri, & mixti imperii sunt nulla, num. 11.

Locumtenentis acta valida sunt, quando Capitaneus rediit in territorio, sed non advertit in locum Curiae, & enucleantur Doctores de hoc nimis confuse loquentes, num. 12.

Locumtenens non potest exercere, quando impedimentum Capitanei potest evitari, num. 13.

Locumtenentis acta non valent, si de ejus commissione non constat, quam tenetur ostendere opponenti, num. 14.

Locumtenens quando tenetur cavere de stando syndicatui, & quando non, num. 8. & 15.

Locumtenens delinquens, quando punitur a Barone, & quando a M. C. V. num. 16.

Locumtenens non potest alium Locumtenentem facere, quia habet potestatem delegatam, non ordinariam. n. 17.

Patente di Luogotenente, che si costituisce dall'Affittatore d'una Città, o Terra.

T. di T. util padrone della Terra T. mediante affitto.

Mag. T. di T. salute, &c.

1 DOvendosi da Noi provvedere l'officio di Luogotenente, che regga la giustizia nella nostra Terra T. nell'occorrenze, che il Mag. Governatore per assenza, infermità, o altro legittimo impedimento verrà impedito.

Pertanto confidati nell'integrità, ed esperienza, che tenemo di voi predetto Mag. T. di T. vi destinamo, costituimo, e deputamo Luogotenente nella suddetta nostra Terra T. in luoco, e vece del Governatore, durante però la sua assenza, o altro impedimento per tutto il tempo, che durerà detta assenza, o impedimento, ed a nostro beneplacito con tutta la potestà, ed autorità bastante, dandovi le voci, e voci nostre, la potestà della spada, mero, e misto imperio, con le quattro lettere arbitrarie, e con tutti gli onori, essenzioni, prerogative, privilegi, gagi, lucri, ed emolumenti, che hanno soluto godere i vostri predecessori in detto officio.

Però volemo in tutte le cause, che procediate col voto dell' ordinario Consultore di detta Corte, e nelle cause criminali, non procediate ad atto irretrattabile, senza farne inteso Noi; o la persona, che occuperà il nostro luoco in detta Terra.

E tenerete particolar protezione, e riguardo alle cause di Chiese, Orfani, ed altre miserabili persone.

Ordinamo perciò, che data da voi la pleggiaria di esercitar bene, e fedelmente detta carica, e di dar sindicato in fine dell' officio, li magnifici del Reggimento, Cittadini, ed altri a chi spetta, vi ammettano nella reale possessione di detto officio, per tale vi riconoschino, obbediscano, e stimino per quanto si ha cara la grazia nostra, e sotto pena di doc. mille alla nostra Camera Baronale. Data, &c.

Digitized by Google

Patente di Luogotenente della Terra T. in persona del Magn. T. di T. ut supra.

Patente di Luogotenente, che si sostituisce dal medesimo Capitanio.

T. di T. Marchio Civit. T. &c.

T. di T. Governatore dello Stato di T.

Magn. T. di T. salute, &c.

2 PErchè devo per legittime, ed urgenti cause portarmi nella Città di Napoli, per la quale assenza dovemo sostituire in nostro luogo persona, che regga la giustizia in questo Stato di T., avemo perciò risoluto sostituire, sin come per la presente sostituimo, e deputamo nostro Luogotenente nella sudetta Corte di T. il Mag. T. di T. durante la nostra assenza con tutta la facoltà, ed omnimoda potestà, col mero, e misto imperio, quattro lettere arbitrarie, voci, e veci nostre, e con tutti gli onori, esenzioni, prerogative, privilegi, e gagi, che hanno soluto godere tutti li Predecessori vostri in detto officio.

Ordinamo perciò, che per tale sia dalli Magnifici del Reggimento, Cittadini, ed ogni altro a chi spetta, ammesso, riconosciuto, stimato, ed obbedito, come fosse la nostra propria persona, senza fare il contrario, per quanto si ha cara la grazia dell'Eccellentiss. Signor Marchese Padrone, e nostra, sotto pena di doc. mille d'applicarsi alla Marchesal Camera. Data in T. Città, &c.

T. Governatore.

T. di T. Mastrod' atti.

Patente di Luogotenente dello Stato di T. in persona del Mag. T. di T.

3 LOcumtenens quandoque eligitur a Barone, quandoque ab ipsa Universitate, licet secundum aliquos Baro non potest substituere Locumtenentem suo Capitaneo, sed Capitaneus tantum, ut *Bovadill. lib. 2. cap. 16. num.* 202. Et Universitas in casibus mortis, vel absentiæ in partes longinquas *Bovadill.* refert. *lib. 1. cap. 2. num.* 24. relatus a *Rovit. in prag. 5. de syndic. offic. num. 7.*

4 Sed quicquid de hoc sit, in puncto juris servatur in Regno nostro, quod quandoque Baro, quandoque Capitaneus deputat Locumtenentem, *Rovit. in prag. 1. de syndic. num. 54. de Franch. dec. 98. Reg. Constant. in l. nullus, tom. 48. C. de decurion.* & hoc intellige in Terris ubi unus Officialis solus destinatur, secus ubi destinatur Officialis cum Assessore, seu Judice, nam ibi Officialis non potest substituere Locumtenentem, sed mortuo, vel impedito Officiali Judex exercebit utrumque munus, ex dispositione juris communis, & Regni, ut late videbis in *cap. de Assessore quæst. 12.*

5 Imo Locumtenens constitutus a Barone præferatur Locumtenenti constituto a Capitaneo, *Rovit. in d. prag. num. 5. & Borrio dec. 152.*

6 Locumtenens a Capitaneo non potest eligi, nisi ad modicum tempus; Quod modicum tempus communiter interpretatum fuit in provisionibus, quæ quotidie fiunt per S.R.C. ut infra quindecim dies, & sic modico tempore cujus absentia duratura, & tunc Locumte-

7 nens potest eligi etiam de Civibus, ut omnia hæc concludit, & auctoritate *Rovit. in pragm. 5. de Syndic. offic. num. 4. ex decis. de Franchis 98. in fin.* & auctoritate *Bald. in l. certa forma, num. 4. C. de jure fisci lib. 10. Jo. de Plat. in l. nullus apparitor, num. 2. C. de divers. offic. & appar. Jud. lib. 12. Afflictus in Constitut. Mag. Camer. num. 10. Par. de synd. cap. an substitutus n. 3. Avendan. de exeq. mandat. part. 1. cap. 3. num. 5. vers. vicinus, Aviles cap. 4. Guttierez pract. quæst. 34. lib. 1. Bovadill. lib. 1. cap. 17. num. 27.* Et hoc quando destinatur ad modicum tempus, in subsidium eligitur Civis, si alienigena non existat, vel non sine maximo sumptu, potissimum in parvis Oppidis, ut notat *D. Cons. Petra rit. 2. num. 49. & rit. 63. num. 15. & rit. 309. n. 8.*

8 Locumtenens vero quando eligitur a Barone potest etiam ad longum tempus deputari, verum hoc casu non potest esse Civis, sed debet esse advena, ut idem *Rovit.* firmat ubi supra *num. 4. ex eadem decis. de Franch. 98. Thesaur. decis. 268.* & ut dicit *D. Cons. Petr. rit. 309. num. 9.* cives malunt ab extero Officiali condemnari, quam a Compatriota absolvi, & difficile illi parerent. Et hoc ex *Textu in l. ubi qui ff. ex quibus caussis Majores 25. annis*, ubi *Gloss.* assignat rationem: Quare Cives prohibentur in *dicto Textu §. ob suspicionem*, ne quid gratiose ageretur? Item quia non timeretur, cum nemo Propheta acceptus sit in patria sua.

Nec admittitur Locumtenens Civis, ut interim exerceat, dum venerit Successor, nam omnino debet expectare Successorem; alias Officialis deponere non potest officium, etiam quod sit finita annata, ita sancitur in *Pragm. 8. de offic. Judic.*, & fuit renovata observatio *dictæ Pragmaticæ* Anno 1698. ut dixi in *cap. 2. num. 14.*

Limitatur hæc observantia in parvis Terris, seu Villis, ut etiam Patriotæ possunt esse Officiales, *Capiblanc. Prag. 3. num. 226. ex Afflict. in constit. Justit. Thesaur. dec. 268.*

Item dictus *Capiblanc.* ibidem *num.* 222. dicit vigere Consuetudinem in Civitate Consentiæ, ut Magister Juratus sit Locumtenens semper, quoties vacat officium Gubernatoris, & Judicis. Et posse ex consuetudine, & privilegio hoc acquiri; Et *num.* 221. dicit servandam esse consuetudinem, *Reg. Tapp. in constient. Regni. Quia de Vicariis*; Idem Firmat *Danza de pugn. Doctor. tit. de offic. in genere num. 10., & de offic. Actuarii num. 26. Petra rit. 63. num. 13.*

Et quotiescumque absentia Officialis est duratura ultra dies 15. semper Locumtenens deputatur a Barone, & tenetur præstare cautionem de stando syndicatui, ut concludit *Rovit. in pragm. 1. de syndic. offic. num. 56. ex Borr. decis. 162.* & Sacr. Reg. Cons. pluries decrevit, quod ponantur Exteri, & quod Civis non sit nisi spatio dierum quindecim, ut testatur *Borrell. in lib. 1. de magistr. edict. cap. 5. num. 39.*

9 Locumtenens an sit Judex competens in criminalibus caussis meri imperii; variæ fuerunt Doctorum sententiæ.

Alii enim simpliciter dicunt, quod Locumtenens substitutus a Judice ordinario possit delinquentes in contumaciam condemnare ad pœnam ultimi supplicii, ita *Angel. Aret. de malef. vers. hac est quædam sententia, num. 1. Boss. pract. crim. tit. de sententiis, num. 24. Scaccia de jud. lib. 1. cap. 13. num. 17.*

Alii simpliciter volunt, quod Locumtenens non possit procedere; unde sententia forjudicationis sit nulla, *Scialoya prax. for. cap. 2. num. 29. Sanfelic. decis. 361. num. 10. Lanfranch. decis. 50. Novar. tom. 3. gravam. 94. num. 32. Guid. Pap. decis. 524. de Nigris in Cap. Regni, Quia de Vicariis, num. 11.* Unde infert, quod Locumtenens torturam inferre non potest, quia est meri Imperii. Et exercens, quæ sunt meri Imperii, potest puniri pœna usurpatæ jurisdictionis. Idem *Novar. num. seq.* & allegat *Afflict. in Constit. Regni duram, & diram, num. 6. Paris. de syndic. in verbo substitutus cap. 2. num. 7.*

Alii voluerunt, Locumtenentem creatum a Barone cum speciali tamen concessione meri, & mixti imperii, posse procedere indistincte in caussis criminalibus, *Scialoya, ubi supra d. cap. 2. num. 39.* ubi allegat *de Nigris in Capit. Regni, Quia de Vicariis, num. 11.* Et idem *Scial. de for. compet. cap. 33. nu. 165.* Ubi ita intelligi vult *Merolla in Theologia mor. lib. 4. disp. 7. cap. 3. num. 71. Rovit. in pragm. 5. de syndic. offic. num. 5. & 7. Borrell. de magistr. edict. lib. 1. cap. 1. num. 223.* & consequenter citatus a Barone habet potestatem dandi torsu-

Digitized by Google

turam; *D. Conf. Petra rit.409. num.4.*

Locumtenens vero de Jure Canon. potest expedire, quæ sunt meri Imperii, quando de Consuetudine servari ait *Topat.variar sentent. tit.73. de offic. Locumtenentis fol.*119. & idem *Novarius* sequitur ubi supra.

10 Locumtenens vero creatus ab Officiali non habet merum Imperium, *Rovit. in pragm.2. de synd.* ex *Bald. in Auth. de novo Jure in princ. C. de servis fugitivis, Cassaneus in Catalogo gloria Mundi par.7. consider.* 25. Hanc distinctionem approbat *Danza tom.2. tit. de Offic.cap.6.num.*14. Et ideo non potest torquere, quia potestas torquendi est meri Imperii, *Foller.in pract.crim. part.3. versic. Et si confitebuntur num.79. Scialoy. in foro offic.ubi supra cap.33.num.165. Niger in cap.Regni, Quia de Vicariis, num.11. rub. de non ordin. Vicar. D. Conf.Petra rit.309.num.4.*

Et dans torturam, vel de aliis caussis cognoscens, quæ sunt meri Imperii, non solum tenetur in Syndicatu, sed puniri potest pœna usurpatæ Jurisdictionis, ita *Carrab.sing.*114. *Afflict.in Constitutione duram, & diram, num.6. Paris.in verb. substituens, cap.2. num.7.*

11 Et acta facta a Locumtenente in caussis meri, & mixti imperii sunt nulla, *Sanfelic.decis.362. num.*11. & rationem assignat, quia in Locumtenente transfertur ab Offic. solum jurisdictio delegata, & non ordinaria. Unde caussæ omnes criminales, licet non capitales non sunt delegabiles, & proinde dictæ caussæ criminales cum sint meri, & mixti imperii, non veniunt in commissione Locumtenentis, & ultra jura communia ibi allegat *Const.Regni, In pecuniariis, §.ad hoc prohibemus, Niger.in Constit.Regni, quia de Vicariis, num.*12.

12 Locumtenens si in loco Judicii fecerit acta, quando Capitaneus non est in loco, in quo Curia regitur, sed tantum in Territorio, acta valent, & sustinentur, ne ex ista modica variatione decipiantur partes, *Boer. decis.149. sub num.15. Mar. Giurb. dec. Sic.l.9.num.*7. qui dicit, sic fuisse decisum; concordat *Palma diversf. jur. glos.15. num.*45. vide *Bovadill. tom.1. Polit. lib.12. num.18.& 26.& lib.2.cap.9. num.*31. quos allegat, & sequitur *Danza de pugn. Doctor. cap.6. num.17. tom.1. Rovit. pragm.5. num.6. Scialoya de for. comp. cap.33. num.*165. quod intellige tantum sobrie; & cum judicio, quando scilicet post regressum Capitaneus antequam ad locum Judicii perveniat, quasi durat Locumtenens in possessione exercendi jurisdictionem, etiam quod Capitaneus sit regressus, & perventus ad territorium, donec perveniat ad locum judicii, in quo loco sit palam omnibus; prout in Tribunalibus Collegiatis si commissa sit caussa alicui ob absentiam ordinarii Commissarii, Caussæ commissio non expirat per reditum Commissarii in Civitate, vel Territorio, antequam ipse Commissarius accedat ad Tribunal, *Rovit.dec.61. Danza de pugna Doctor. tom.2. tit. de absentia, cap.1. num.7. & Scial.ubi supra*, sed quando Capitaneus vadit per Suburbia, vel Casalia, vel aliquod agendum per territorium, tunc acta Locumtenentis non valent, quia nullus Officialis potest exercere per substitutum, sed personaliter debet servire, ut *Cap.Regni, Item quod præsentia Officialis, & Cap.Regni, Quia de Vicariis, Sanfel. decis.362. cum tribus seqq.* est etiam *Pragm.2.§. 7.& 8.de offic.Judic.* & per plures *Prag.sub tit.de administration.*. Et cuilibet Officiali prohibitum est per substitutum servire tam de jure civili, quam canonico, quam Regni, probat *D.Consil.& Regens Petr.* vir natalibus, & doctrina clarissimus in *Rit.309. num.*11.

13 Locumtenentis substitutio valet in casu absentiæ modicæ, vel necessariæ ex justa caussa caussatæ; nam quando impedimentum potest evitari, tunc etiam si Capitaneus sit absens, Locumtenens non potest exercere ultra modicum tempus, puta 15. vel ad summum 20.dierum, *Capiblanc.de Baron. tom.2. cap. 18. num. 7. cum seq. Scial.de foro official.cap.33. num.*164. adde aliam rationem, quia jurisdictio non potest stare insolidum in diversis, *Bart.in l. inter Tutores, ff.de administr.tutorum, Andr.in Const.Regni Statuimus, in vers. generalia, & ibi Afflict.num.13. Caravit.rit.233.num.7. Staiban. cons. 74. sub num.9. Capiblanc. tom.2. cap.15. num.8.*

Et licet hoc raro servetur in Regno, quia Baronum voluntas non potest a vassallis expugnari, in tantum crevit eorum immunitas; tamen reverentia vassallorum, ubi irruit, ibi observantia legum reviviscit.

14 Locumtenentis acta non valent, nec executioni demandantur, nisi constet de ejus commissione, & locumtenentia, *Gaid.Papa decis.*321. secus in Delegato, & Judice ordinario, qui sufficit, ut sit in possessione exercitii jurisdictionis, *Danz. de pugn.DD.cap.6. num. 16. tom.1.* Ideo si opponeretur non esse Locumtenentem, tenetur ostendere suam commissionem, & si non ostendit, ultra nullitatem actorum, punitur pœna usurpatæ jurisdictionis, *Merend. cons.10. num.2. Severin. ad Sanfel. dec.*362.

15 Quando Locumtenens destinatur a Barone tenetur cavere de stando syndicatui, *Boer. decis.*152. quia de culpa Locumtenentis non tenebitur Officialis in syndicatu, sed ipse Locumtenens, *D.Petra rit.309.num.*3.

At quando destinatur ab ipso Officiali, non tenetur cavere de stando syndicatui, quia ipse Officialis substituens de Substituti culpis tenetur in syndicatu circa concernentia ipsum officium, non vero de culpis extra officium, *de Marin.ad Revert. decis.206.num.5. & decis.530. Rovit. cons.*87.

Et eodem tempore, quo Officialis syndicatur, tenetur ipse Locumtenens substitutus ab ipso Officiali stare syndicatui, *Prag.5. de syndic. D.Petra d. rit.309. num.3. & 14.*

Et Officialis potest repetere a Locumtenente per ipsum substituto si fuerit condemnatus, & passus ex culpis Substituti, dummodo non fuerit particeps fraudis, idem *D.Petra ubi sup.num.*15.

16 Nec Capitaneus, nec Baro potest procedere contra suum Locumtenentem delinquentem, *Sanfelic.decis.62. num.*13. ubi allegat *Bovadill.in sua polit. lib.1. cap.12. num.60. ex text.in l.fin. C.ubi Senator, vel clarissimus.*

Tamen in Regno hoc habet locum, & intelligitur in delictis tantum intuitu officio commissis tam active, quam passive. Quia in delictis intuitu officii Locumtenens comprehenditur sub dispositione *rit.*149. ut sola M. C. V. cognoscat, *Danza de pugn. DD.tit. de offic.in genere, cap.4.& tit.de præem. Reg. Aud. cap.1.num.22. Sever.ad Sanfel.dec.345.tom.3.*

In aliis delictis non intuitu officii commissis Capitaneus procedit contra Locumtenentem; nam verba *rit.* sunt clara: *Tapia in Constit. Magist. Justit.lit.C. de offic.Magistr. Justit. Rovit. rub. de offic. num.* 10.

Et generaliter, & indistincte Baro potest contra quoscumque officiales procedere, & illos punire, si extra officii materiam deliquerint, quicquid dubitanter dicat *Capibl. in pragm.5. num.*66. & ita in praxi receptum, ut post *Tap.in Constitut. Magistr. Justitiarii lit.C.de offic.Magistr.Justit. Rovit.rubr.de offic.num.* 10. & hoc clare fuit in Regno declaratum per *Pragm.47. de offic. Mag. Justit.* ut in delictis circa exercitium jurisdictionis tantum sola M. C. procedat, non in aliis delictis extra exercitium jurisdictionis:

17 Et Locumtenens non potest alium Locumtenentem facere, *D. Petra rit.2. num.*49. ex doctrina *Visconti in conclus.jur.verb.Locumtenens, Novar. tom.3. de gravam.vasal.gravam.94.num.*34.

Et ratio esse potest, quia ubi Officialis potest facere Locumtenentem, non transfert ordinariam, sed delegatam jurisdictionem, *Sanfelic. decis.362. num.* 11. ex doctrina *Alex.in rub.ff.de offic.ejus l.4. Marant.p.4.dist. 5. num.12. & 20.*

CAP.

Digitized by Google

C A P. IV.

De Officio Actuarii, seu Magistri Actorum.

S U M M A R I U M.

Formula Patentis Actuarii, num.1.

Actuarii possunt continuare per plures annos, reddita tamen ratione singulis annis in syndicatu. Et durante syndicatu tantum desistit ab officio, num.2.

Acta in Regno omnino scribi debent per Actuarium, vel saltem subscribi, quod limitatur in parvis Oppidis, & minimis causis, num.3.

Actuarius, Actorum Magister, & Notarius sunt synonima, num.4.

Actuarius dicitur Officialis mediatus, & quos actus Jurisdictionis exercet, num.5.

Actuarii onus, est acta custodire, num.6.

Depositum fieri prohibetur penes Actuarium, sed permittitur penes Officialem, num.7.

Actuarii, & Notarii Officium est plenum decore, & fide, num.8.

Actuarii delicta tam active, quam passive etiam intuitu Officii an puniantur a Barone, an vero a M. C. V. qua procedit in delictis officialium, referuntur opiniones, num.9.

Et quid de Scribis, & Birruariis, & aliis personis, qui comitantur cum illis in aliquo servitio Curiae, ibidem.

Patente di Mastro d'Atti.

T. di T. Duca, &c.

1 PEr buon governo de' Vassalli bisogna, che non solo si provveda di Vigilante Governatore, che regga la giustizia, ma di provvido Mastro d'Atti, che scriva gli atti, e tenga pensiero di quelli.

Perciò confidati alla puntualità, sufficienza, ed integrità di voi predetto Mag. Gio. T. vi deputamo, facemo, e costituimo Mastro d'Atti in detta nostra Corte di T. per un' Anno intiero dal dì dell' ingresso del detto vostro officio, con tutta la potestà bastante, e con tutti gli onori, esenzioni, prerogative, gagi, lucri, pannette, ed emolumenti soliti, e consueti godersi da' vostri predecessori in detto officio,

E con la potestà ancora di far mandati penali, e carcerare nelli casi permessi dalle leggi, e d' asportare tutte sorti d'armi permesse a gente baronali di Corte, e nell'occorenze da ognuno vi si dia ajuto, e vi si soccudisca per servizio di detta nostra Corte.

Ordiniamo perciò, che fatto prima l'obbligo al nostro Erario di corrispondere, e pagare per l'affitto predetto docati ducento, terza per terza in tre paghe, servata la forma in omnibus dell'offerta, ed atto dell'accensione della candela, e data anco pleggiaria d'essercitar bene, e fedelmente detto officio, e di ricevere le scritture mediante inventario, e riconsegnarle in fine del vostro officio con tutte l'altre scritture, che in detta vostra annata si faranno, e di osservare la pannetta, stilo, consuetudini scritte, e non scritte di detta Corte, ed in fine dell' anno dar syndicato, secondo comandano le Regie Prammatiche, ed altre leggi del Regno, siate al possesso di detto officio ammesso, e per tale stimato, e riconosciuto così dal Reggimento, e Cittadini di detta Terra, come dagli officiali di nostra Corte, ed ogni altro a chi spetta, senza farsi il contrario, per quanto si ha cara la grazia nostra, e sotto pena di docati mille d'applicarsi alla nostra Camera Ducale. Data dal nostro Palagio, &c.

Patente di Mastro d' Atti dello Stato di T. in persona del Mag. T.

2 ACtuarii licet de jure communi annales esse debent, *Anna sing.369. Isernia in Constit. Occupatis nobis*, *Revit.pragm.5.de offic.num.*1. Tamen si singulis annis rationem reddunt, tunc possunt in eodem loco per plures annos continuare, ita *Revit. dict. pragm.5. de offic.Judic.& aliorum officialium*, & refert decisum in Collat. Consilio inter Universitatem Castri Sancti Viti, & Dominum illius, & inter Castrum Turris Octaviae, & Comitem Ruborum, *Petra tom.1. Rit.2. sub num.61*.

Et *tom.4. rit.295.num.6.* refert decisum, quod consuetudo non excusat a syndicatu Actuarium, *Afflict. in Constit.Regni minoribus, num.25.*

Rejecto *Capibl. in Pragm.5. de Baron. num.177. & Didaco de Mari dec.24. num.7.* contra Actuarium Terrae Campibassi, non obstante immemorabili consuetudine allegata per Excellentiss. Ducem Jelsi Anno 1683. in banca Albani.

Et durante syndicatu debet ab officio desistere, illoque completo, & obtentis litteris liberatorialibus potest ad munus redire, *D.Cons.Petra rit.295. num.7.*

Et ad instar officialis non potest esse in propria patria, *Petra ubi supra*. Fallit in parvis oppidis, ut infra.

Et quod Actuarius non potest esse in propria patria, refert decisum *de Franc. decis.98. de Marinis alleg.74. Novar.decis.94.& gravam.203.* etiam uno Cive dissentiente, *Petra rit.63.num.24.*

Limitant in parvo oppido habente focularia 150. circiter, vel ubi esset consuetum exercere patriotas, *de Alexio ad de Marinis d.alleg.75.& de Luca ad Franch.d.decis.98.* quibus adde *Danza tit.de offic.*

3 Acta in Regno omnino debent scribi per Actuarium, vel saltem subscribi, & non per Officialem, nam subscripta per Officialem tantum sunt nulla, *Trent. var. resol.tit.de Judic.resol.1. Vivius dec.48. Viscont. in conclusione jurium, verbo Actuarius in fin. Novar. p.2. quaest.forens.23.num.9. Mastrill.lib.1. cap.23. num.8. D. Cons.Petra rit.311.num.13. & 14.*

Fallit in minimis, quia tunc potest Judex subscribere, ut Judex, & ut Notarius, ita *Ursil.dec.3. num. 8.* & allegat *Folin.in cap.in praesentia, 1.columna de probat. Granmat.cons.civil.66.*

Fallit quoque in parvis Oppidis, ubi ipsemet Officialis fungitur officio Judicis & Actuarii. Exigua enim non sunt in consideratione, nec subjacent regulis, ita concludit *Capiblanc. in Pragm.3.num.221. & in prag. 8.de Baron.*

Suppositam conclusionem intellige tamen, ut Actuarii possint manu Scribae, sive alterius extendere acta, ipsi vero tenentur subscribere, ut docet *D. Petra*, ita dictantibus *rit.M.C.*34.36.& 161. quod limitatur in obligationibus penes acta, quae debent scribi, & subscribi per ipsum Actuarium, & non possunt extendi per alium, ut *D.Petra rit.2. num.42. & rit.29. num.15. & pragm.9. de act.* & latius in *par.3. cap.5. de obligat.num.7.*

4 Actuarius, Actorum Magister, & Notarius synonima sunt, *D. Petr. rit.311. num.19. ex §. Notarium de rescriptis in 6.l.Actuarii, C.de erogat. milit.lib.12. Perier. de jure fisci tit.2.num.16.*

5 Magister Actorum licet non exerceat immediate jurisdictionem; est tamen officialis, & illam exercet mediate, quia ipse est persona mediata, per quam pervenitur ad actum jurisdictionis. Est patrator, & conservator actorum, exercet jurisdictionem circa ordinatoria judicii: Nam capit fidejussiones, & obligationes, exhibet partibus juramentum respectu dictarum fidejussionum, & obligationum. Recipit testes, eisque juramento exhibet. Obligationes, & fidejussiones incusat.

Quae omnia sunt actus jurisdictionis; Et sunt partes istius corporis mystici, quo mediante exercetur ipsa jurisdictio, & Judex sine Magistro Actorum esse non potest, & sic pars quotativa Judicii, quod tribus personis constare debet, scilicet, Judice, Actore, & Reo. Et proinde nil mirum si Regina Joanna illos numerat inter Officiales, ut haec omnia dicit *Giurar. dec.24.* relata

per

per *D. Conf. Petra d. rit. 311. num. 13.*

6 Et Actuarii onus est acta custodire, *Petra rit. 294. & seq. num. 107. & num. 307. in fin.*

Et processus originales perpetuo conservari debent penes Magistrum Actorum, ut disponit *rit. M. C. 26. & 96. & pragm. 13. de ord. Judic.* & sic servatur in Regno nostro, ubi cessat illa quæstio, quis præferatur in conservando originalem processum, Judex, vel Magister Actorum. Dum deberet servari penes Magistrum Actorum, juxta *cap. quoniam contra de probat,* seu apud Judicem, juxta *cap. fin. eod.* ut advertit *Petra d. rit. 96. num. 1.*

Et licet in ore omnium sit illud proverbium *Caravit. in rit. 311. Est Actuarius ergo est latro*, & *Glos. in l. quicumque, C. de apoch. publ. lib. 10. verb. Actuarius*, notat, *quod Actuarius dicitur, qui cum Astu, & Calliditate extorquet*, & sic est astutus in extorquendo, & alia adducit *D. Conf. Petra d. rit. 311. num. 4.* & præsertim quod

7 Deposita penes ipsos fieri prohibentur ob præsumptam illorum avaritiam; & dilationem expeditionis, *Pragm. 79. num. 19. de Offic. S. R. C. Rovit. in Prag. 4. num. 12. de infirmo. liquid.*

Sed legitime fieri posse depositum penes Judicem tam de jure communi, quam de jure Regni docet *D. Petra rit. 308. num. 319.* Idem *Rovit. ubi supra.*

8 Tamen idem *D. Petra ibid. num. 20.* concludit Officium tam Notarii, quam Actorum Magistri esse plenum decore, atque fide, quia eorum subscriptio authenticat processum, sententiam, & omnes scripturas. Et quod aliquorum ingluvies non debet cedere in communem injuriam omnibus Actuariis, dum in omni genere personarum sunt boni, & mali.

9 Actuarius licet comprehendatur appellatione Officialium, tamen in delictis etiam factis intuitu officii tam active, quam passive, & indistincte cognoscitur per Baronem, & non per M. C. Vicar., quia in hac materia, ut odiosa contra Barones, appellatione Officialium veniunt stricte Officiales, qui habent jurisdictionem, & non Actuarii, *De Luca ad Franch. observ. 407. num. 6. ex Sanfelic. dec. 61. num. 7. Thor. in verb. Actuarius an Officialis tom. 2. Gizzar. dec. 24. Rovit. dec. 70. num. 5. Annasing. 48. & Scial. cap. 33. de for. Offic. num. 99.* ubi allegat *de Franch. decis. 407. Caravit. rit. 49. num. 21. Foller. pract. crim. rubr. audiantur excusatiores, num. 138. Carrab. de syndic. part. 1. num. 161. Danza tom. 1. de Offic. cap. 3. in fine*, licet semel Actuarius non fuit remissus, tamen multoties postea fuisse remissos testatur. Et *Sever. ad Sanfelic. decis. 345. tom. 3.* concludit, quod licet diversimode fuit decisum ex Auctoribus ibi per eum citatis, tamen indistincte modernis temporibus fuisse decisum Actuarios non comprehendi sub *rit. 49.* & aliis *rit.* dictis, ubus solam M. C. cognoscere de delictis intuitu officii commissis, & testatur *Novar. super Prag. in tit. de Actuar. coll. 1. num. 5.* & melius in *rubr. de Offic. & his qua eis, &c. num. 7.* Et *Petra ad Gram. decis. 40. num. 17.* integerrimus, ac nunquam satis laudatus *D. Conf. Altim. in suo aureo, & insigni tract. de nullit. rub. 9. q. 23. num. 35.*

Sed contrarium substinet doctissimus *D. Conf. & Reg. Petra in rit. 49. num. 9.* dicens, receptam esse opinionem, communemque esse sermonem in nostris Tribunalibus Actuarios comprehendi, omnesque servientes Curiarum Baronalium delinquentes intuitu Officii tantum, & sic in sequelam exercitii jurisdictionis, & allegat *Rovit. in rubr. de Offic. & his, qua eis prohib. num. 4. Gizzarell. decis. 24. Thor. in compend. par. 3. verb. Remissio petita, Ascia determ. 107. Viscont. in conclus. verb. Actuarius, Ricc. p. 6. coll. 2285.*

Et ampliat etiam ad Scribas, & Birruarios, & alias personas privatas, quæ cum ipsis comitantur in aliquo servitio Curiæ exequendo.

Unde in hoc opinionum conflictu illa potest dici vera opinio, quæ prævalebit in voluntate Judicantis.

C A P. V.

De Offic. Coadjutoris.

S U M M A R I U M.

Formula Commissionis Patentalis Coadjutoris Curiæ, num. 1.

Baro in suis Terris habetur uti Rex, num. 2.

Baro non habet Fiscum, sed loco Fisci habet Coadjutorem, num. 3.

Coadjutore inaudito, acta, & sententia sunt nulla, num. 4.

Baro solet Ærarium destinare pro Curia Coadjutore, & cogere Vasallum ad Ærarium, & Coadjutorem, num. 5.

Fallit ubi contraria consuetudo viget, ubi acta valent non citato Coadjutore, num. 6.

Coadjutor intervenire an possit in testibus examinandis, num. 7.

Coadjutor non appellat, sed de nullitate dicit, & per viam recursus ad superiores recurrit, num. 8.

Patente di Coadjutore.

T. di T. Duca della T. Terra.

1 VAcando l'officio di Coadjutore della nostra Corte della Terra T. e tenendo buona contezza della persona di voi T. di T. vi eleggemo, e deputamo in ciò con la debita facoltà di potere assistere a fare le parti fiscali nel banco della Corte nelle cause, che occorreranno, dandovi con questa per tal effetto la facoltà bastante, N. S. vi guardi. Dal nostro Palagio della Città T. &c.

2 HIc nota, quod licet Baro in suis Terris habeatur uti Rex, & habeat illam potestatem in suo Vasallagio, quam potest, & habet Imperator in suo Regno, *Sanfelic. tom. 3. decis. 348. num. 20. & Severin. in addit. ibid. post Muscat. part. 7. glos. sententiam num. 58.* & Baro Regis personam repræsentat in loco sibi infeudato, & dicitur Procurator Regis, sed in rem propriam, *Lagan. ad Rov. in Pragm. 1. de receptatoribus delinquentium, num. 2.*

3 Tamen non habet Fiscum, *Sanfelic. d. decis. 338. tom. 3. num. 20. Sever. ad Sanfel. d. decis. Capibl. Pragm. 8. n. 283.*

Verum loco Fisci habet Curiæ Coadjutorem, ut advertit *Dom. Petr. rit. 258. num. 23. Severin. in addit. ubi supra post Capiblanc. Novar. & alios ibi citatos.*

Et omnia, quæ dicuntur de Fisco, procedunt in Coadjutore, *Petr. ad Grammat. dec. 14. num. 8.* quem citat, & sequitur *D. Petr. fun. rit. 258. num. 24.*

4 Qui Curiæ Coadjutor in omnibus caussis potest intervenire, & audiri pro interesse Baronis, alias potest dicere de nullitate, *Sever. ubi supr. Capiblanc. de Baron. prag. 8. part. 1. num. 73. Vivius dec. 378.*

Nam in criminalibus ob interesse Baronis, & ob publicam vindictam, quæ Reipublicæ expedit, si caussa expediretur, Coadjutore inaudito, acta essent nulla, ut de jure communi, & de jure Regni fundat *Novar. d. gravam. 160. num. 3.* ubi licet de Fisco loquatur, idem intelligendum est de Coadjutore.

5 Et Baro potest compellere unum vasallum, qui saltem pro uno Anno ei serviat pro Aerario, & idem solet destinari pro Curiæ Coadjutore, *Capiblanc. pragm. 16. de Baron. num. 15. Staiban. resolut. 27. & 90. num. 22. & 25. Novar. tom. 2. gravam. 18. & 19. & alii citati per Sever. ubi supra.*

6 Verum ubi adesset Consuetudo legitime præscripta, quod Baro non consuevit eligere Coadjutorem, tunc non poterit Coadjutor constitui, & si constituitur, non tenentur Rei, ipsum citari facere, ut decisum refert *Capiblanc. in pragm. 8. part. 1. num. 242.* inter Universitatem Petræ Paganæ, & ejus Baronem, *Novar. de gravam.*

Digitized by Google

tam Vassall. grav. 160. *num.* 2. *tom.* 1.

Et ratione, quia ipsimet Officialis, & Actuarius fiscales partes gerunt in criminali: unde audivi adagium in quibusdam Curiis Baronalibus; quod *Coadjutor manet sub banco Curiæ*.

7 Coadjutores Curiarum Baronalium non possunt intervenire tempore, quo testes examinantur, quia funguntur officio querelantis, ita *Novar. grav.* 190. *num.* 1. & 6. *tom.* 1.

Sed contrarium firmavit *Capibl. in pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 242. ex *Foller. in pract. crim. canon. vers. denunciatione*, *num.* 12.

8 Coadjutores non possunt appellare, imo nec assistere, post caussam introductam, ad superiores Regios, quia ibi adest Fiscus, qui assistit, *Novar. d. grav.* 160. *num.* 4. sed potest assistere ad Judicem secundarum caussarum, & tertiarum, quando idem Baro dictas Jurisdictiones habet.

Verum possunt dicere de Nullitate, & possunt per viam recursus, & querelæ adire superiorem, *Novar. grav.* 161, *num.* 9. 11. & *tom.* 2.

C A P. VI.

De Officio Ærarii.

S U M M A R I U M.

Formula Patentis Ærarii, num. 1.

Ærarii in jure vocantur quæstores, & ejus officium durat Anno, num. 2.

Ærarii Officium est introitus Baronum exigere, num. 3.

Ærarii potestas in quo consistat, num. 4. & 5.

Locationes, & introitus quando periculo Ærarii, & quando periculo Baronis pereunt, num. 6.

Ærarius non cogitur exigere nisi fructus feudales intra territorium, & non extra, num. 7.

Ærarius non tenetur pecuniam, & alia mittere Neapolim, nec extra, num. 8.

Ærarii officium, & alia servitia solitis, & non aliis injungere Baro potest, num. 9.

Baro criminalis Ærarii electionem non habet, num. 10.

Baro, an Universitas teneatur de mala electione Ærarii, num. 11.

Syndicus Anni præcedentis quando potest cogi ad Ærariatum in Anno sequenti, num. 12.

Electus uno, eodemque tempore ad Ærariatum, & ad Syndicatum, quæ electio prævaleat, num. 13.

Formula Patentis Ærarii.

T. de T. Duca, &c.

1 ANtonio T. della Città T. nostro carissimo: Dovendosi da Noi provvedere l'Officio d'Erario in detta nostra Città T. Perciò confidati nella diligenza, integrità, e fedeltà di Voi predetto Antonio T. vi abbiamo voluto con la presente eleggere, e deputare, siccome vi eleggemo, e deputamo per nostro Erario in detta Città T. per un'Anno, cominciando dal 1. di Settembre primo venturo del presente Anno T. e finiendo all'ultimo d'Agosto T. con tutti gli onori, pesi, immunità, prerogative, gagi, lucri, ed emolumenti a detto Erariato spettanti, ordinandovi, che debbiate esercitare dett'officio legalmente, come si conviene, con far libro d'introito di tutte l'entrade, e rendite della nostra Camera Ducale, proventi della nostra Corte, ed ogni altra cosa, che pervenirà, come anco degli esiti, che farete di nostro ordine, con la facoltà, che possiate esigere dette nostre entrade, ed esigenze da tutti debitori, contro i quali essendo renitenti, non solo possiate eseguire, e fare eseguire, incusare obbligazioni, liquidare istromenti, e produrre tutte altre scritture, far mandati penali, carcerare, e far scarcerare, sequestrare, dissequestrare, e possiate locare, seu dare in affitto, e dislocare tutti li beni, o nostre entrade, con fare precedere li debiti bandimenti, e subastazioni; ricevere gli obblighi de' Conduttori, fare polizze de recepto, & altre scritture, che saranno necessarie, attendendo con la dovuta diligenza, e fedeltà alla conservazione, ed aumento delle nostre rendite, affitti, ed esazioni, quali anderanno a vostro carico, acciò possiate quelle maggiormente reggere, e governare; vi diamo anco facoltà di comandare, e far comandare gli Operarj, ed altri, che bisogneranno per servigio nostro, e delle nostre entrade con ordine penale; e contro i disubbedienti tirar le pene, dandovi tutta la potestà bastante, anco di potere con altri due di vostra comitiva andare armati d'armi permesse dalle Regie Prammatiche; purchè non siano quelli inquisiti, nè contumaci; stabilendovi la solita provvisione di duc. T. quali vi riteneréte da dette nostre entrade; Ordiniamo perciò al Magn. Governatore, e tutta la nostra Corte, Sindici, Eletti, e a tutti altri di detta nostra Città, che per tale vi ricevano, e trattino, senza che nessuno s'intrometta, nè v'impedisca in detto vostro Officio, ma da ognuno nell'occorrenza vi si dia obbedienza, ajuto, e favore, per quanto hanno cara la grazia nostra, e sotto pena di ducati mille; consultata nel nostro Palazzo della Città T. Oggi, &c.

2 ÆRarii in Jure quæstores nominantur, *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de quæstor. lib.* 12. *Caravit. rit.* 45. Officium ejus durat Anno, ita in terminis *Fran. Marc. dec.* 703. *num.* 5. & sic judicatum in Sacr. Cons. inter Universitatem Pesticii, & Baronem, ut post Annum neque teneatur tenere, nec vendere frumentum in suo officio collectum, sed successori tradere, nisi consuetudo antiqua esset in contrarium, *Capibl. prag.* 16. *num.* 87. licet indistincte, quod munus Ærariatus sit annuale, & finito Anno continuare non teneatur, voluit *Novar. grav.* 167. *tom.* 1.

3 Officium Ærarii est introitus Baronum exigere, & liberam procurationem a lege habent ad exigendum, *Franc. Marc. decis.* 207. *par.* 2. *Capibl. dict. Prag.* 16. *num.* 89.

4 Hoc tamen auctore prætore est faciendum, ad *Text. in l.* 2. *C. de Can. larg.* ubi *gl. Montan. pragm. de administr. Univ.* §. 11, *Capiblanc. ubi supra n.* 77. nec potest carcerare, ut decisum pro Universitate Lauri refert dictus *Capibl.* Verum in negotiis liquidis habet hanc modicam jurisdictionem ex *l. missi*, *vers. Judicas C. de exact. tribut. lib.* 10. *Capiblanc. ubi supra n.* 98. *Novar. tom.* 1. *de grav. vassal. grav.* 241.

5 Verum non habet Ærarii potestatem demandandi capturam personæ pro exactionibus Baronis, sive Assessoris Capitanei. Adeo quod per M. C. Vic. fuit absolutus Senninus de Francisco accusatus de exemptione Cæsaris Fratris [illegible] manibus multorum, qui eum carceratum tenebant, ut refert *D. Cons. Petr. rit.* 38. *num.* 5. post *Capiblanc. in prag.* 16. *num.* 96.

Non habet potestatem vendendi victualia, & exacta, nisi in commissione dicta potestas ei data sit, vel nisi essent bona, quæ facile corrumpi possent, juxta *text. & gl. in l. procuratorem*, *C. de Procur. Marcian. cons.* 46. Si Baro sine competenti cautione locavit,

6 ipsius Baronis periculo exigit, nam cum Baro male contraxerit, de ejus facto Ærarius non tenetur.

Secus ubi Ærarius locavit, & fuit in culpa; & ubicumque culpa Ærarii inexigibiles evasissent, Ærarii damno computantur, & ubi sine culpa Ærarii, tunc Baronis damno cedunt; ita decisum pro Universitate Theani cum ejus Principe, refert *Capibl. d. Pragm.* 16. *num.* 90.

Et Ærarius, qui infra Annum suæ administrationis exigere neglexerit, sibi est imputandum, ad *Text. in l. missi opinatores*, *C. de exact. Trib. lib.* 10. *Lanar. cons.*

99. Ca-

99. *Capiblanc. ubi supr. Novar. prav. 169.*

7 Et solum de fructibus feudi, non autem de Burgensaticis cogitur Ærarius curam habere, & dummodo fructus feudales exigantur intra Territorium, *Camer. rit. 45. in fin. Capiblanc. ubi supra. n. 12.*

8 Nec tenetur Ærarius pecuniam, & alia mittere Neapolim, ut alibi extra tenimentum feudi, nisi expensis, & periculo Baronis, *Guid. Papa decis. 68. Capiblanc. pragm. 16. num. 94.*

9 Baro tam officium Ærariatus, quam alia servitia, & onera habilibus injungere, & non aliis potest, & attendendum est solitum.

Adeo quod ubi nobiles sint soliti, & ubi Idiotæ, sic debet observari, ut decisum pro Universitate Cotroni cum ejus Barone in Banca de Ferrariis, refert *Capibl. prag. 16. n. 94. ex text. in l. 1. C. ne quis lib. invitus, actum, &c. lib. 10. Mastrill. lib. 4. c. 17. n. 69.*

10 Baro, qui criminalem dumtaxat habet jurisdictionem, non potest eligere Ærarium, nec cogere Cives ad servitia, & munera personalia, nisi ad illa servitia concernentia jurisdictionem criminalem tantum, mediante salario, ut decisum fuit in S.C. contra illustrem Comitem Policastri, cum Universitate Terræ Boschi, *D. Cons. & Reg. Petra rit. 45. n. 3.*

11 Ærarius in aliquibus locis eligitur a Barone, & invitus cogitur exercere munus, & tunc si decoquitur, ipsi Baroni imputatur, qui fecit malam electionem. In aliquibus locis nominatur, sive eligitur ab Universitate, & confirmatur, sive acceptatur a Barone, tunc electio cedit in damnum Universitatis, quæ in subsidium tenetur Baroni. Et in hoc Consuetudo locorum erit servanda; ut post multos hinc inde citatos concludit in suis optimis, & laboratis Commentariis *D. Cons. & Reg. Petra d. rit. 45. num. 3.* ex doctrina *Capyc. add. in dec. 118. num. 9.*

12 Et in illis locis ubi electio fit per Universitatem non potest eligi Ærarius, qui Anno antecedenti fuit Syndicus, sed debet gaudere triennio, prout gaudent omnes in muneribus subeundis Universitatis. At ubi electio non fit per Universitatem, sed per ipsum Baronem, ibi Syndicus antecedentis anni cogitur exercere munus Ærariatus in sequenti anno, & è contra; qui fuit Ærarius, cogi potest sequenti anno ad munus Syndici, vel alterius Officii Universitatis, *Capibl. tom. 2. cap. 72. n. 22. in prag. 10. de Baron.*

13 Et si uno, eodemque anno quis fuerit electus Ærarius a Barone, & Syndicus ab Universitate, vel Electus, tunc cogitur servire potius Universitati, quam Baroni, & excusatur ab Ærariato, ita decisum refert *Rovit. cons. 73. vol. 1. Prat. ad Pascal. de patr. potest. par. 4. cap. 10. vers. fuit quoque alias, &c.*

C A P. VII.

De Officio Jurati, sive Alguzerii.

S U M M A R I U M.

Formula Patentis Jurati, seu Alguzini, num. 1.
Alguzini plura synonima, num. 2.
Alguzini, sive Jurati debeat habere commissionem, num. 3.
Alguzini ubi, & quando debent propriis manibus subscribere relationes, num. 4.
Alguzini etiam Supremorum Tribunalium possunt Carcerari ab Officialibus Baronis, ubi non ostenderent commissionem, vel eam excederent, num. 5.
Citatio verbalis potest committi Famulo Judicis, vel famulo Partis, imo ipsi Parti, num. 6.
Citatio realis, sive captura inquisiti non potest committi Adversario, num. 7.
Citatio fieri non potest nisi præcedente Judicis commissione, sed sufficit generalis commissio, num. 8.
De qua commissione creditur Nuncio, num. 9.
Nuncio creditur in omnibus circa citationem, secus de aliis, num. 10.
Nuncio adeo creditur, ut si citatus neget, præsumptio est contra citatum; nu. 11. *imo etiamsi ipse Nuncius negaverit post factam relationem, Relationi ipsius potius, quam Nuncio neganti creditur*, num. 12.

Formula di Patente di Giurato, seu Algozino.
T. Duca, &c.
T. Governatore, &c.

1 Tenendo bisogno per servizio di questa Corte della Città T. di Giurato, seu Algozino per effettuare le citazioni, così civili, come criminali, occorrentino per servizio di essa Corte, che però essendo informati dell' abilità, e lealtà di voi T. di T. della Terra T., vi deputamo per Giurato, seu Nunzio di questa Corte, con facoltà di potere citare, far relazioni, eseguire, e fare tutti gli atti necessarj, e opportuni, attenenti al detto vostro officio, con che abbiate a godere tutti i lucri, prerogative, ed emolumenti spettanti al vostro officio.

Come anco per l' asportazione dell' armi non proibite dalla Regia Prammatica per dentro, e fuori l' abitato, con lume, e senza, e per tale vogliamo, che siate da tutti reputato, e alle vostre relazioni sia prestata total fede.

E perciò vi abbiamo fatta la presente, firmata di nostre proprie mani, e con il nostro solito suggello suggellata, valitura per un' Anno da oggi, o per Mesi &c. Da T. Città, &c. T. Mese ed Anno, &c.

2 Alguzinus, Nuncius, Porterius, Juratus, Bajulus, Serviens, Curiæ lictor, sunt synonima idem significantia, sed in Regno Porterios proprie vocamus illos, qui citant, & exequuntur mandata Supremorum Tribunalium in Civitate Neap. ut Porterii Reg. Coll. Cons., Sacr. Reg. Consilii, Regiæ Cameræ Summariæ, M. C. Vic., & etiam illi, qui serviunt Civitati, dicuntur Porterii Civitatis; & Regiæ Audientiæ adhuc tenent Porterios, quasi servientes ante portas Tribun. pro citando intra Tribun. & intra Portas Civitatum.

Qui vero foris serviunt in Regiis Audientiis Provincialibus, vulgo appellantur *Alguzini*, vel Nuncii, aut Viatores, vulgo *Corrieri*, qui mittuntur per Provinciam ad enunciandos, vel notificandos ordines circulares, & particulares; Qui vero serviunt Curiis Baronalibus, vulgo appellantur *Jurati*.

Qui vero serviunt Judicibus Ecclesiasticis solent vulgo appellari *Cursores*, vel *Pedelli*.

Et sic variis vocantur nominibus secundum variam locorum nostro in Regno nomenclaturam, ut notat *Mascatell. in gl. intimato, num. 10. p. 2. ex Specul. ibi cit.*

Tubitta habet officium separatum in Tribunali Collegiato, nam ipse appellatur quoque executor litium, quia pignora exequitur, & res vendendas ordine Judicis subhastat, contumaces in ultimo peremptorio vocat, banna, & edicta ad sonum Tubittæ publicat, *D. Cons. Petra* late in *rit. 38. & 110.* in Curiis vero non Collegiatis in locum Tubittæ habetur Præco, sive Bannitor, qui præconizat, & bannitur, seu alta voce publicat banna, & edicta per plateas; & omnia facit ad vocem præconizantem, quæ Tubitta facit ad sonum Tubæ & in parvis civitatibus: qui exercet munus Jurati, exercet quoque munus Præconis; verumtamen ad utrumque officium eliguntur viles personæ, non tamen infames, *D. Cons. Petra d. ritu 38. num. 2.* ex *Foller. ibi citato.*

3 In Regno habemus duos *ritus*, nempe 112. & 114. in quibus statuitur, ut litteræ citatoriæ non committantur, nisi habentibus officium publicum citandi, & habemus *Prag. 2. de ord. Jud. &c.* quæ mandat, ut citatio

fiat

fiat per Nuncium præcedente Judicis commissione, & habemus *prag. 34. de offic. Mag. Justit.*, in qua plura statuuntur circa eorum officium, & signanter quod non possint dictum officium exercere, nisi sint approbati, & descripti, ut in *d. Prag.* §. 11. & idem videtur dispositum in dictis *ritibus*, *ut supra*.

4 Statuitur quoque in *d. Pragmatica*, ut sciant scribere, ut in citationibus faciendis relationes propria manu scribere possint, & teneantur, ut §. 8. Sed hoc requisitum non est necessarium in Curiis extra Neapolim, quia relatio scribitur per Magistrum Actorum, vel per Notarium publicum, nam *d.* §. 8. *in dict. Pragm.* loquitur tantum de Porteriis intra Neapolim, ut supra.

Verum ubi citandus erit debitor super liquidatione instrumenti, tunc erit nullitas, si citaretur per Nuncium scribere nescientem etiam in Curiis extra Neapolim, quia hoc est unum de specialibus requisitis ad validitatem liquidationis instrumenti, ut in *Cap. De liquidatione instrumenti* dicemus latius.

Et nota, quod de citationibus exequendis per Alguzerios loquitur *Pragmatica* 2. *de ord. jud. prag. 7. de citat. pragm. 34. de offic. Mag. just. prag. 8.* §. 6. *& prag. 9. de instr. liquid.* vide quæ nos dicemus *in tom. 2. in Pr. Specie Jud. tit. 1. cap. 9.*

Et licet per dictam *Prag. 2.* requiritur subscriptio duorum testium, non servatur hoc, quia, sive sciant scribere, sive non, sufficit, quod Relator referat in relatione citasse præsentibus T. de T., & T. de T. *Morill. de grad. citat. fol. 15. num. 14. Rovit. in dicta prag. 2.*

5 Insuper in *d. pragm. 34.* §. 12. mandatur, ut debeant ostendere commissionem, vel patentales litteras ubicumque per Regnum ibunt ad exequendum citationes, vel alia, etiam quod sint cujuscumque Tribunalis superioris, alias in casu contrario possint a Curiis Baronalibus carcerari, & inquiri, de qua re vide in *Cap. de citatione tom. 2.* quem successive in lucem dabimus.

Et proinde merito fecimus hanc formulam Commissionis Alguzini, sive Jurati Curiæ.

6 Hic advertendum duco, quod licet ex dictis *ritibus*, ac dictis *Pragmaticis* habemus citationes esse committendas Nunciis matriculatis, & patentatis; Tamen potest Judex, si velit, concedere potestatem alii, quam Nuncio ordinario, ut possit citare, vel alia exequi. Imo potest committere non solum famulo ipsius Partis, sed ipsimet Parti, ut probat *D. Cons. Petra d. rit. 112.* ex doctrina *Bald. in cons. 345. lib. 1. num. 2. Tusch. concl. 524. lit. E.* & increpatur *Caravita a D. Petra*, quod admiratus sit de Judicibus committentibus capturam possessionis famuli Partis.

7 Quam conclusionem limitat idem *D. Petra* in citatione reali, ut non possit committi Parti capturam Rei. Imo in mandato de capiendo cauti Judices apponunt verba expressa, dummodo non accedant Partes offensæ, *D. Petr. d. rit. num. 6. & Petra senior ad Gram. decis. 41. num. 11. Marcell. de Maur. alleg. 93. Foller. in prax. crim. rubr. Notatos capiat de persona num. 14.* Imo ipsis Alguzeriis, si essent inimici, neque est committenda captura, *idem Petra junior ubi supra*.

8 Et licet in *d. Prag. 2.* statuitur, ut citetur præcedente Judicis commissione, & de jure communi quoque sic disponatur, ut non valeat citatio, nisi præcedat Judicis commissio, quam Judex facit, & per illam censetur generaliter committere omnes citationes, ut concludit *Muscatell. par. 2. gl. intimato num. 13.*

9 Et Nuncio referenti se citasse de commissione Judicis creditur, *Verd. ad Galupp. part. 2. cap. 2. num. 44. ex Franch. decis. 322. Menoch. 2. præsumpt. 22. Urs. decis. 183. lib. 3.* & aliis ibi citatis.

10 Et Nuncio creditur dicenti se domi citasse, licet non addat solitæ habitationis.

Et demum creditur in omnibus circa citationem, tanquam de re spectante ad officium suum.

Non tamen creditur de aliis, *Verd. ubi sup. ex Roman. cons. 497. num. 5.*

Unde regulariter non creditur super eo, quod deponit citatum respondisse, cum non concernat officium suum circa responsionem citati, *Postius de manutent. observ. 278. num. 8.*

Limitat in possessorio interim, in quo Judex potest ex officio informationem capere ab ipso Nuncio referente se præceptum præsentasse, & citatum respondisse tali modo, *Post. ubi supra*.

Et Nuncio dicenti se injuriam passum non creditur, nisi testibus probet, *Verd. ad Gallupp. d. par. 2. cap. 2. num. 44. ex Rovit. pragm. 3. num. 19. de citat. gl. in c. Venerabilis de sentent. excom. in 6.*

11 Relationi factæ per Nuncium se citasse aliquem, adeo creditur, ut si citatus neget, præsumptio est contra citatum, *Panorm.*, *Decius*, *Innoc. & alii in cap. cum parati 19. de Appell. Afflict. in d. Constitut. edictorum, num. 5.*

12 Imo etiam si post scriptam relationem, ipse Nuncius negasset, adhuc scriptæ relationi creditur potius, quam Nuncio neganti, secundum *Canon. in cap. ad audientiam de rescript. Bald. in l. si quis decurio, C. de fals. Trois. in pragm. 2. tit. de forma citandi reum, num. 33.* ratio est; quia præsumitur Nuncius subornatus.

C A P. VIII.

De Officio Barricelli.

S U M M A R I U M.

Patentes Barricelli, num. 1.
Barricellus quis sit, num. 2.
Barricelli quando possunt sine Judicis mandato carcerare, num. 3.
Captura nec etiam Capitaneo est permissa absque Judicis mandato, num. 4.
Barricelli malæ conditionis, & vitæ probibentur in Regno nostro, num. 5.
Barricelli delinquentis quis est Judex competens, num. 6.
Barricellorum, & birruariorum dispositiones an, & quando fidem faciant, num. 7. & 10.
Famulis Curiæ quando credatur, num. 8.
Superiori Birruariorum creditur, num. 9.

Patente di Barricello.

T. di T. Marchese, &c.

1 LA Pace, e quiete pubblica de' Popoli nasce dall'osservanza delle Leggi, e le Leggi mai si osservano, se la Potestà non è fortificata con l'armi. Però ogni rettor di Giustizia deve provvedersi di Barricello, non men valoroso, che giudizioso, e puntuale per poter estirpare li delinquenti, atterrire li tristi, ed assicurare li buoni.

Onde essendoci informati del valore, giudizio, e puntualità di voi T. di T. avemo risoluto conferire a voi la carica predetta di Barricello, siccome con la presente ve la conferiamo, con la potestà di asportare ogni sorte d'armi permesse a' Barricelli di Corte Baronale, così voi, come otto altri vostri Compagni, che non siano inquisiti, nè contumaci, e siano prima registrati al registro della nostra Segretaria, e con quelli unitamente, e separatamente possiate attendere di notte, e di giorno alla persecuzione de' malfattori, e custodia di questo Stato di T. dentro, e fuori l'abitato, suo territorio, e distretto, ed esseguire quanto da Noi, e dalla nostra Corte vi sarà incaricato a voce, ed in scriptis, effettuare le carcerazioni, e li carcerati subito riponerli nelle nostre carceri.

Ordiniamo perciò, che li Magn. del Reggimento, Cittadini, o altri a chi spetta, per tale vi trattino, stimino,

mino, e riconoschino, e nell'occorrenze ognuno vi dia ajuto, e favore, senza farsi il contrario, per quanto si ha cara la grazia nostra, e sotto pena di docati mille d'applicarli alla nostra Camera T. Consultata dal nostro Palagio T. oggi, &c.

2 BAro tenet Familiam armatam, quam vocamus *Barricellos*, qui in aliis Tribunalibus appellantur *Satellites, Birruarii, Littores, Apparitores, Milites Campanea*.

Barricelli destinantur a Barone ad persequendos malefactores, & in terrorem malorum, & securitatem bonorum, & ut teneant Civitatem, & Territorium purgatum a malis hominibus.

3 Proinde possunt, & debent in infraganti delicto repertos carcerare, *Farin. q. 32. & q. 21. n. 138.*

4 Imo neque Capitaneo, seu Officiali licet mandare capturam alicujus, nisi antecedat mandatum Judicis, seu Assessoris, vel Consultoris, *D. Cons. & Reg. Petra d. rit. 38. num. 6.* ubi refert decisum quoque fuisse per M. C. V. obsolutum Senninum de Francisco inquisitum de exemptione sui fratris a manibus multorum, qui eum carceraverunt de ordine Ærarii. Dum Ærarius non habet potestatem demandandi capturam pro exactionibus Baronalibus.

5 Unum noto, quod in nostro Regno statutum est, ut nullus Justitiarius, aut quivis Officialis possit tenere servitutes, & familiares suos homines malæ conditionis, & vitæ, neque criminosos, ut in *cap. Regni*, *Remedia, L. span. ad Rovit. in Pragm. 2. de citat. nu. 12.*

6 Si Barricelli delinquant, an Curia Baronalis sit competens, an vero comprehendantur sub *rit. 49.* per quem statuitur, ut M. C. V. procedat in delictis Officialium active, & passive? *Rovit. in rubr. de offic. num. 5. D. Consil. Altim. rubr. 6. de nullit. qu. 23. num. 37.* tenet, quod M. C. cognoscit etiam de delictis illorum, qui associantur cum Barricello, seu familia Curiæ ad capiendum malefactorem, quod semper intelligendum est, quando delinquunt intuitu officii tantum in ipso exercitio officii, & non aliter.

Tamen quia Actuarius non comprehenditur secundum veriorem opinionem; Qua attenta, neque familia comprehendi debet sub *d. ritu*, ex traditis *in cap. de Offic. Actuarii*, ubi vide.

7 Barricellis, sive Birruariis, Alguzeriis, aliisque ministris capientibus delinquentem in infraganti crimine non creditur, ad finem condemnandi sive convincendi; sed ipsi creditur ad finem torquendi tantum, & ita decisum refert *de Franch. dec. 379.* in caussa Octavii Baronis, qui dum fuit condemnatus per M. C. V. ad pœnam mortis, vel ducatorum bis mille juxta *Reg. Prag.* ex depositionibus birruariorum deponentium illum cepisse cum archibuscetto. Fuit in S. R. C. revocata dicta sententia, & mirati fuere de dicta condemnatione, & fuit illata tortura reo, qui nil confessus, fuit liberatus sub cautione in forma; Hanc decisionem approbat *Novar. quæst. 16. part. 1.* cum nonnullis aliis ibi citatis, post *V. scont. Amendol. & Ricc.* ad dictam *decisionem*, & rationem assignat perspicaciss. *D. de Luca ibidem*; Quia satellites, & birruarii, sunt viles personæ, & infames reputantur ex *Vermighol. cons. crim. 114. num. 1. Prat. respons. crim. 19. num. 29.* & quia sunt loco accusatoris, non possunt esse Testes; maxime si offensos in captura se asserant, vel mercedem aliquam reportent, ex *Guazzin. & Giurb.* apud dictum *D. de Luca citatos*. Item credi non debet eis ratione affectus ad capturam ex *l. 3. §. 1. ff. de testib.* & propterea numeros dictorum birruariorum testificantium non supplet, defectum, *D. de Luca ibidem*.

Sed contra dictam *decisionem* fenuit *Campanil. in divers. jur. Canon. rubr. 4. num. 21.*

8 At dictas opiniones differentientes concordat idem *de Luca*, ut *decisio de Franch.* sit vera in casu suo, quando venit pœna corporalis imponenda, & sic in gravibus delictis. Et opinio *Campanilis* sit vera similiter, prout seipsum declarat, in levibus delictis, in quibus non venit imponenda pœna corporalis, ut quando repertus cum armis, levi pœna veniret mulctandus, ex *Farin. quæst. 108. num. 151. Tusc. lit. D. conclus. 185. nu. 74.* Et ita etiam de famulis Curiæ intelligendum esse concludit *D. de Luca ibidem*, ubi declarat *Afflict.* & alios tenentes indistincte credi familiæ Curiæ, quod intelligendum sit in levibus, ut supra.

9 Suprapositâ *dec. de Franch.* sive conclusio, quod non datur plena fides birruariis, aliisque servientibus, imo etiam ministris Curiæ; limitatur a *Novar. in dict. quæst. for. 16. part. 1.* in superiore birruariorum, qui vulgo dicitur in hac Civitate Neapolis, *Capitano di Guardia*, & in barricellis Baronum, vulgo dicitur *Caporale*.

Et concludit plene credi prædictis, prout de Barricello Lucensi tradit *Ludov. dec. 1. num. 4.*

10 Limitat idem *Novar. in Cursoribus Archiepisc. Curia Neap. ex decis. Ricc. 59. Thor. in compend. decis. verbo delictum, & in compend. decis. Curia Archiepiscop. verb. an credendum sit. Genuens. cap. 2.*

Limitat etiam *de Luc. ubi supra*, in casu quo apprehensus cum armis, negare non posset arma esse sua, ex *Menoch. casu 182. lib. 2. & Farin.* ibi, tunc etiam unico satelliti creditur.

Limitatur etiam, ut Scribæ Fiscales assistentes capturæ delinquentis, idonei testes sint ad probandam apprehensionem cum armis prohibitis, *D. de Luc. ad Franch. d. dec. 379. n. 3. ex Sanf. dec. 98.*

Limitatur in illis, qui deputantur ad custodiam passus, ut prohibeant in caussis interceptorum, in deputatis ad inveniendum, & capiendum portantes arma, *de Luca ubi supra ex Rocc. Guazzin. Mans. Danza, & aliis*.

Limitatur demum, ubi cum birruariis concurrat depositio alterius testis notæ, & spectatæ fidei, tunc plene probatum dicitur crimen ex depositione capientium birruariorum, unita cum depositione illius testis integri, *Giurb. cons. crim. 98. num. 18. de Luca ubi supra num. 2. in fine.*

C A P. IX.

De Officio Camerlinghi.

S U M M A R I U M.

P*Atentes Camerlinghi*, num. 1.

Camerlinghi ubi destinantur, & quam potestatem habent, num. 2.

Merus executor, & mixtus quomodo differunt, num. 3.

Camerlinghi latini Camerarii destinantur etiam in Casalibus Neapolis cum quatuor fratribus juratis, num. 4.

Camerlinghi delinquentis, quis sit Judex competens, num. 5.

Patente di Camerlengo.

F. de T. Principe della Città T.

Magn. T. di T. salute, ec.

1 TEnendo Noi la Carica di reggere la giustizia in questo Stato di T., che per essere diviso in diversi Casali, e Ville separate una dall'altra non possiamo opportunamente accorrere alli disturbi, che sogliono anco talvolta succedere in un medesimo tempo in due, e più luoghi.

Pertanto volendo in ciò rimediare, come dovemo, abbiamo risoluto sostituire, siccome con la presente sostituimo, e destiniamo voi predetto T. di T. per nostro Camerlengo, e Luogotenente nel Casale T. coll'autorità bastante di poter ne' delitti infraganti, nelle risse, ed ogn'altro disturbo accorrere.

2 Con la potestà di carcerare, fare mandati penali,

trattenere i cadaveri, persone ferite, ed in qualsivoglia modo offese, e robe furtive, e quelli riconoscere con li Chirurgi, ed altri Esperti, ed accapare il delitto in genere, ricevere denuncie, ed inquirere ex officio tutti li delitti, e quelli subito riferire a Noi.

Ordiniamo perciò, che ognuno vi accudisca, ed ubbidisca, dandovi ogni ajuto, e favore, conforme da voi sarà richiesto, anco con la potestà di sonare la Campana all'armi bisognando, e fare emanare banno penale, che ognuno vi soccorra coll'accudimento di gente armate, senza farsi da nessuno il contrario per quanto si ha cara la grazia nostra, e della nostra Corte, e sotto pena di docati mille d'applicarsi alla nostra Corte T. die, &c.

2 CAmerlinghi destinantur in Comitatu, & Villis, vel Casalibus, ut vigilent, & presto sint ad accurrendas improvisas rixas, carcerationes, & alia, quæ occurrunt in Casalibus, in quibus non residet Capitaneus.

3 Merus executor est ille, cui post latam sententiam, & post integram causæ cognitionem committit Judex nudam executionem. Ut in commissione, quæ fit Alguzerio, & iste vocatur merus executor, & nullam habet cognitionem, *l. si ut propon. 6. l. executorem*, 8. C. *de execution. rei judic.*

Mixtus Executor est, cui Judex committit executionem sententiæ, antequam cognoscat super exceptionibus, ut sunt Judices ordinarii requisiti ab aliis ordinariis, vel delegatis, *Bart. in l. a Divo Pio ex num. 15. Carleval. lib. 1. tit. 3. disp. 17 num. 9.*

Merus executor nullas exceptiones potest admittere, aut de illis cognoscere, *Carlev. ubi supr. num.* 10.

Mixtus Executor idem est, ac Judex requisitus, ut diximus in *tit. de Judice requisito, sive de Brachio.*

4 Camerlinghi vocantur latine *Camerarii*, qui destinantur etiam in Casalibus Neapolis, qui tenentur delicta in Casalibus patrata statim nunciare D. Regenti, & Fisci Patrono sub pœna ducatorum decem in casu omissionis, ut sancitur in *prag. de Actuariis*, 6.30.

Et quia Camerarii dictorum Casalium, tum quia unus in quolibet Casali, tum quia Concivis non poterat carcerationes effectuare, propterea delicta non evitabantur, & delinquentes libere deambulabant. Ideo fuerunt in quolibet Casali additi quatuor fratres jurati ad evitanda delicta, & delinquentes carcerandum, & terrendum, ut *pragm. 45. de Offic. Magist. justit.*

Observa, quod *Capibl. in pragm. 16. de Baron. num.* 87. declarat officium Magistri Jurati, qui in terra Baroniæ eliguntur a Barone, sed in Universitatibus demanialibus eliguntur ab ipsa Universitate, & ita per S. C. decisum refert *Franch. dec. 43.*, & omnes addentes ad eum adhærent dictæ decisioni. Et ubi adest officium Magistri Jurati, ipsi competit custodia nocturna Civitatis, & aliquæ Universitates habent in hoc officio multas prærogativas, ut Civitatis Potentiæ, Venusiæ, & Ferendinæ, teste *d. Capiblanco, d. num.* 87.

Magistri Jurati habent facultatem denunciandi crimina, & capiendi malefactores, ut late *Campeg. in Capitulo Regni ad quietem*, & *capitul. etiam statuimus*, & *capitul. subditorum*, ubi multa de pertinentibus ad hoc officium, & eorum punitionem, si ipsum negligenter, & dolose exercuerint, & *Menoch. de arbitr. casu 323. num. 15.*

5 Et nota demum, quod Camerlinghi non comprehenduntur in *ritib.* 49. 51. & 61. in quibus statuitur, quod de delictis Officialium sola M.C.V. cognoscit; sed dicti Camerlinghi, prout etiam Bajuli, ac Syndici, & Electi cognoscuntur per Curiam loci, etiam quod delinquant in eorum officio, & exercitio; quia non sunt Officiales exercentes jurisdictionem, ut supra diximus, sed meri executores.

Verum ubi ex aliquo privilegio particulari, vel consuetudine aliquam jurisdictionem haberent, tunc circa exercitium jurisdictionis sola M.C.V. cognosceret de eorum delictis, ut dicuntur omnia supradicta in *Pragm. 47. de Offic. Magistr. Justit.* quæ in veteri compilatione erat 49. per quam *pragm.* remanet declarata *Constit. Regni cum justa.*

C A P. X.

De Officio Judicis Secundarum Caussarum.

S U M M A R I U M.

P Atentes Judicis secundarum caussarum, num. 1.

Judex secundarum caussarum, in quibus caussis habet jurisdictionem, & in quibus non, num. 2.

Jurisdictio secundarum caussarum est improrogabilis, n. 3.

Judici secundarum caussarum a Barone concedi potest facultas avocandi caussas, quæ spectant ad Judices primæ instantiæ, num. 4.

Carcerati non sunt amovendi a carceribus, ubi reperiuntur, appellatione pendente, dict. num. 4.

Judex secundarum caussarum, an, & quando sit competens in cognoscendo de delictis, & excessibus Judicis primarum caussarum, num. 5.

Officialis primarum caussarum an, & quando est competens in cognoscendo de delictis Judicis secundarum caussarum, vel tertiarum, aut aliorum superiorum, num. 6.

Nuncii, & commissarii Regii delinquentes extra officium puniuntur ab Officiali loci, dict. num. 6.

Judex secundarum, & tertiarum caussarum comprehenditur sub dispositione ritus 49. *ut de delictis intuitu officii cognoscat sola M.C.V.* num. 7.

Judex secundarum, & tertiarum caussarum non potest eligi extra Provinciam, sed intra, num. 8.

Sed an possint jurisdictionem exercere in Terra alterius Baronis sine ejus licentia, & sine consensu Partium, dict. num. 8.

Salarium non conventum non debetur Judici secundarum, vel tertiarum caussarum, secus Officialibus primarum caussarum, quibus debetur etiam si non sit conventum, nec in patentalibus sit expressum, dict. num. 8.

Stylus, & pandecta Curiæ primarum caussarum servari quoque debet in Audientia secundarum caussarum, n. 9.

Appellatio regulariter fieri debet gradatim ad Judicem secundarum caussarum, & a Judice secundarum ad Judicem tertiarum, num. 10.

In Regno tamen potest appellari omisso medio absque metu pœnæ, num. 11.

Appellatio facta omisso medio licet sit licita; tamen parte, vel Barone opponente remitti debet ad Judicem, qui de appellato cognoscere debet immediate; quod intellige in caussis civilibus, secus in criminalibus, num. 12.

Judex electus in Civitate non potest examen testium committere in partibus, nec aliquid actitare per substitutum extra Civitatem, nec potest uti alio Scriba, vel Actuario, nisi eodem Scriba M.C.V., penes quem extat processus caussæ remissionis, dict. num. 12.

Baronales Curiæ solent banna pœnalia publicare prævio ordine Reg. Collat. Consil. ne Vassalli appellent omisso medio. Tamen opponente Vassallo statim a Regiis Superioribus expediuntur provisiones, ne molestetur pro pœna omissi medii, num. 13.

Formula banni pœnalis ne appelletur omisso medio, nu. 14.

Formula Relationis Jurati Curiæ de publicatione, num. 15.

Formula contumaciarum in calce dicti banni, num. 16.

Provisiones Regii Coll. Consil. ad instantiam Baronis expeditæ, quod sub pœna 50. aureorum Vassalli non appellent, omisso medio, debent publicari mediante banno, nec sufficit eas intimari Magnificis de Regimine, nu. 17.

Formula instantiæ Coadjutoris pro pœna omissi medii, num. 18.

For-

Digitized by Google

Formula decreti super dicta instantia, num.19.
Cautela ne Officiales, & Actuarii Curiæ inferioris molestentur ex caussa retardatæ transmissionis actorum ad Judicem superiorem, num.20.
Formula dictæ cautelæ protestationis contra appellantem, num.21.
Formula relationis dictæ protestationis intimatæ, nu.22.
Acta civilia sunt consignanda Parti appellanti clausa, & sigillata, ut transmittat ad Judicem appellationis, num.23.
Acta criminalia non sunt Parti appellanti consignanda, sed transmittuntur per servientem Curiæ, vel per alium nolin. Curiæ visum sumptibus appellantis, num.24.

Formula Patentis Judicis secundarum caussarum.
T. de T. Princeps Terræ T.

1 MAgn. Petro T. U. J. D. nostro dilecto: Nil magis a Principe, quam Justitiam exigit Populus. Et quibus populorum est cura commissa, nihil magis quam populorum sibi commissorum utilitatem, & commodum curare debent. Quapropter cupientes nos, ut tenemur, subditos nostros in sua tranquillitate conservare, omni studio, summaque diligentia continuo studemus rectos officiales in primis caussis deputare. Sed quia multa in judiciis in ipsius justitiæ ministerio fieri solent, in quibus litigantes se læsos sentiunt, quandoque ex Judicantis iniquitate, vel imperitia, & quandoque ob probationum defectum in prima instantia. Ideo ad subveniendum, & relevandum gravamen, quod litigator ex propria culpa, negligentia, sive ignorantia passus est in sententiis, ut restaurari possit in secunda instantia ad non deducta deducendum, & ad non probata probandum, vel ad subveniendum oppressis, ex iniquitate, vel imperitia primi Judicis, ut illi illæsi serventur, inventum fuit remedium appellationis. Cum itaque providendum sit de officio Judicis secundarum caussarum in hac nostra Terra T. pro bono justitiæ regimine, nostræque jurisdictionis privilegiorum conservatione; Cumque jam diu plene tuam doctrinam, ac probitatem fuimus experti; Te quidem Magn. U.J.D. T. de T. præsentium tenore elegimus, & deputamus Judicem secundarum caussarum dictæ nostræ Terræ, cum omnibus, & singulis honoribus, prærogativis, emolumentis, & lucris ad dictum officium tam de jure, quam de consuetudine spectantibus, cum potestate cognoscendi, decidendi, & corrigendi gravamina, & caussas omnes civiles, criminales, & mixtas per viam appellationis a Judice primarum caussarum coram Te per appellantes traductas cum annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus ab ipsis tam ab interlocutoriis, quam diffinitivis, & ab actibus quibuscumque judicialibus, & extrajudicialibus, juxta formam juris, & amplissimorum privilegiorum nobis concessorum, cum mero, mixtoque imperio, quatuor litteris arbitrariis, gladiique potestate, & omnimoda auctoritate. Ubi vero pœna corporis afflictiva fuerit imponenda, nobis inconsultis minime procedas. Mandamus propterea Syndicis, Electis, & dictæ primæ instantiæ Officialibus, omnibusque aliis, ad quos spectat, quatenus in talem Te recipiant, tractent, tibique pareant; præstita tamen cautione in forma de fideliter exercendo, & syndicatui parendo. Caveant de contrario sub pœna nostræ indignationis, & ducatorum mille, &c. In quorum fidem præsentes expediri jussimus nostræ manus subscriptione, nostrique sigilli impressione munitas. Datas in nostro Palatio Civitatis T. Die, &c.

Has patentes Judicis secundarum caussarum, nos collocaveramus in alio Tomo, quem successive Deo dante imprimemus, in quo tractabimus de appellatione, nullitatibus, & restitutionibus in integrum. At dum de Patentibus hic locuti fuimus, placuit in hoc eodem loco hanc formulam addere, & aliqua pauca de Officio dicti Judicis annotare.

2 JUdex secundarum caussarum jurisdictionem habet limitatam, & restrictam ad eas caussas dumtaxat de quibus in prima instantia per Judicem primarum caussarum cognitum fuit; Quia id tantum censetur devolutum, quod tractatum fuit in prima instantia, ut perbelle advertit *Severin.ad Sanfel. decis.345.lib.3.* & *Font.dec. 243. num.1. & dec.145. sub num.* 18. *tom.1. Ant. Perez cons.30. num.14.Rota dec.104. num.39. & 42. tom.6.in novis.Neguf.q.3.in addit.num.6. Gipt.dec.138.num.115.*

Et si ultra capita in prima instantia cognosceret, nulliter ageret, & esset nullitas ex defectu jurisdictionis, & potestatis, *Andreol.controv.94.num.11. Sever. ubi sup.*

Unde non potest Judex secundarum caussarum in caussis primæ instantiæ se intromittere, nec illas a Judice primarum caussarum avocare, nisi coram eo fuerit introducta per appellationem per viam gravaminis; Cum antequam præcedat appellatio, nullam habet jurisdictionem; idem *Sever. ubi supra ex Scayn. dec.93. num.1. & 12. Capiblanc. de Baron.tom.2.cap.16.num.7. Carlev. de foro compet. lib.1. tit.1. disput.2. q.8. sect.4. num.175.Nepta ad Cons.Cath.tit.2. num.5. & 6. Merlin. decis.Rotæ 472.num.2.*

Imo etiam post introductam caussam coram ipso, non potest aliquid decernere, nisi prius justificato gravamine, eoque cognito, quod Judex a quo vere gravavit, *idem Sever. ubi supra, Ant. de Bellis tract.variar. tit. de qq. & Tort.q.27.num.3.*

Et sic habet jurisdictionem in caussis tantum, post cognitum gravamen ex ejus ordine devolutis, & præter illas caussas habetur tanquam persona privata, *Ant. de Bellis, & Sever. ubi supra, Palma cons.35.n.45. & 60.*

3 Et jurisdictio Judicis secundarum caussarum, adeo restricta est ad dictas caussas tantum, post cognitum gravamen devolutas, ut si de communi partium consensu vellet cognoscere de primis caussis, non poterit; quia illius jurisdictio est improrogabilis, *Sever. ubi supra ex Sola ad decret. sabaud.tit. de edict.ann. gloss. ult.num. 11.fol.656.Giurba ad cons.Mess.cap.3.glos.8.sub n.29.*

Quicquid conetur substinere in contrarium *Rovit.* pro Curia secundarum caussarum Civitatis Theatinæ in *Pragm.2.de jurisdict. invicem non turb.*; ubi concludit, posse prorogari, & posse Actuarium secundarum caussarum stipulari obligationes penes acta, & accusationes facere, non contradicente tamen Actuario, & officiali primarum caussarum, concurrente antiqua consuetudine, ut est in dicta Theatina Civitate.

Nisi velimus dicere, quando per consuetudinem acquiritur jurisdictio, & ideo in statu Terræ Novi, & Casalium, prope Cilentum, ubi ego fui Gubernator, & Auditor Gener. dicti Status, consuetudo inolevit, ut personæ privilegiatæ Terræ Johæ, Cuccari, & aliorum locorum, qui habent Judicem separatum in prima instantia, sed habent Judicem secundarum caussarum communem in dicto statu, quia Gubernator Novi est Auditor secundarum caussarum, possunt dictæ personæ privilegiatæ adire Judicem secundarum caussarum per viam electionis Fori, & ita ab immemorabili tempore fuit practicatum.

4 At ubi non est talis consuetudo, electio, ac variatio fori admittenda non est in Judice secundarum caussarum, qui est competens solum in caussis appellationis sed in aliis dicitur incompetens; Et propterea non potest privilegiatus eligere in forum Judicem incompetentem, ut late concludit *D. Altim.ad Rovit. cons.89. tom.1.num.7.post Capibl.Pragm.8.p.1.num.337., & tom. 2. cap. 44.*, & alios ibi citatos rejecto Thoro, qui pro Judice secundarum decisum refert *p.1. compend. verbo Electio fol.173.* & rejecto *Danza cap.3. num.1. tom.2. de Pug. DD. tit. de election.* dicente posse variare in forum Judi-

Digitized by Google

Judicem primarum caussarum.

Imo nec Baro hanc facultatem avocandi caussas a Judice primæ instantiæ concedere potest Judici secundarum caussarum, *Novar. de gravam. Vassall. gravam. 269.num.3. Sever.ubi supra.*

Nec appellatione pendente carcerati amoveri possunt a carceribus Curiæ primarum caussarum, in quibus reperiuntur, & eorum caussæ terminentur, si terminari possunt absque illorum persona, nisi esset facienda aliqua probatio, quæ fieri non possit sine persona carcerati, ut sancitur in *Pragm. 43. de offic. Magistr.Just.ubi Novar,collect.14.*

5 An vero Judex secundarum caussarum sit competens in cognoscendo de delictis, & excessibus Judicis primarum caussarum, cum sit Judex superior primi Judicii? Variarunt *DD.*& affirmativam opinionem tradit *Sanfel. in d.dec.345.lib.3. num. 10. & 22.* quod potest Judex secundarum caussarum punire Judicem primarum delinquentem in officio, ex doctrina *Luc. de Penn. in l.quinque summates, C. de decurion. lib. 10. per text. in l. Judex ff. de var. & extraord. cognit. Paris de Puteo de syndic. verb. compositio, vers. an si delinquens in final. verbis, Foller. in Constit. Regni Magister Justitiarius num.34.*

Contrarium tamen in praxi servatur; dum hodie sola Magn. Curia Vic. cognoscit de delictis Officialium, quæ sive active, sive passive fiunt intuitu officii tantum, de *Franch. dec. 274. num. 4. & 407. num.4. & D. de Luca ibi, cum Amend. & aliis addentibus, idem Sanfel. dec. 63. num. 14. & dec. 66. num. 2. Danza de pugn. DD. tom. 1. tit. de praemin. Reg. Aud. cap. 1. num. 19. & num. 73. Novar. in pragm. 47. num. 1. de offic. Mag. Just. post Rovit. in d. rubr. num.8.*

Nè osta quel, che il Regio Fisco, e la Parte potrebbe forse imprendere, che la G. C. della Vicaria, stimando forse detto Andrea esser innocente può denegare la remissione di detta Causa, secondo porta *Sanfelic. nella decis.64.*

17 Perchè detta *decisione* non è applicabile al nostro caso, mentre parla non solo, quando l'Inquisito *est in fortiis*, ma anco, che si conoschi manifestamente la sua innocenza. Costando dunque dal detto Processo (benchè non ancora compito) che vi sia delitto, come di sopra si è fondato, e non essendovi seguita carcerazione, anzi nemmeno citazione, non so come possa impedirsi la remissione suddetta.

Oltrechè attento i termini della detta *decisione di Sanfelice*, nemmeno ostarebbe, e tralasciando ogn'altro, ci contentiamo tradurre quello, che scrisse *Gio: Battista Mucci all'addit. di detta decis. di Sanfelice al num.4.* le di cui parole.

Et quidem dissonum a ratione videtur, Judicem, qui pronunciare debet super remissione, pronunciare etiam super innocentia, quam ad ipsum non spectat noscere; sed ad Judicem ad quem remittitur, & ille nihil aliud videre debet, nisi an remissio deneganda sit, an ne, nec remissionem calculare ab innocentia, seu a delicto, sed tantum a privilegiis illius, qui remissionem petit, alias hoc non esset remittere, sed videre causæ justitiam, licet indirecte; merito igitur nostris temporibus contrarium observatur ex Rovit., qui omnino videndus.

A tutto ciò si aggiunge, che anche quando detto Andrea Vicinanzo fusse stato in qualche cosa gravato da detta Corte di Montecorvino (il che si niega) doveva appellare alla Corte del Giudice delle seconde cause di detta Terra, che pure è giurisdizione, che si possiede da detto Illustre Duca in virtù di concessione fattali, come appare dalla fede, che si è prodotta *fol. 41. Nam cum appellatio, quæ est provocatio de minori*
18 *ad majorem Judicem, ut dicit Scacc.de appellat.quæst. 2.Scial.de for.compet.cap.51.debet fieri gradatim, non omisso medio, l.21. ff.de appellat.& relat. Ananin con. 2. Afflict.in Constit.cum nova.not.4.num.6. lib.1. Marant. in spec.part.6.cap.1.& 2. de appell. quæst.5. num.368. Caravit. super rit. 265. num. 37. Ansald. de jurisdict. part.4.tit.10.cap.1. num.92. Card. Tusc. lit.A. Conclus. 312.Guazz.ad defens.reor.defens.36.cap.16.num.3. Gratian. decis. March. 145. num. 12. post mille Borrell. in summ.decis.tom.2.titul.33. num.4. Scialoya d. cap.51. num.8.*

E sebbene viene limitata questa regola nel nostro Regno, ogni qual volta si appella dal Giudice inferiore alla G.C. della Vicaria per il *rit.52.e 62. & ibi Caravit., & Dominus Consiliarius Petr. & ex Constit. in-*
19 *cip.Cum nova, & ibi glos. & Afflict.Maranta in spec. de appellat.lim.8.num.377.Borrell.in summ.decis.tom. 1.tit.33.de appell.num.55.Scacc. de appell. qu.7. nu.99. Pellegr.in prax.part.3. sect.1. num.7.*

Nulladimeno detta limitazione non ha luogo, quando li Baroni hanno le seconde cause (com'è nel caso nostro) *Nam a Judicibus primarum caussarum appellatur ad Judicem secundarum, Caravit. d. rit. 52.sub num.2.& ibi Dominus Cons.Petra, Scialo.d.cap.51.nu. 17.Borrell.d.tit.33.num.22.Pellegrin. ubi supra num.8. vide fol.38.num.12.Gallup.p.3.cap.4.num.15.& Pragm. 7. de offic. S. R. C. in fin., & Pragm.2. ubi de delict. agi oport.*

20 Perciò non possono li Baroni far emanare i Bandi penali, acciò li loro vassalli non ardiscano appellare a' Regj Tribunali, *omisso eorum judice primarum, & secundarum, ac tertiarum caussarum, Frecc.de subfeud.in auth.Baron.9.& 10.Capyc. decis.9. num.15. Capiblanc.de Baronib.prag.3.nu.127.ubi num.164. dicit, quod Baro potest facere talia banna pœnalia, sed debet præcedere licentia Proregis, & ejus Collateralis Consilii, & in pragm.8.part.1.num.121.& tom.2.cap.15. num.8.Foller.in pract.Censual.vers.& submissione num. 4.& in prax.crim. vers.audiantur excusatores n. 162. Ursill.ad Afflict.dec.155.num.4. Boer. decis.114. Anna sing.62.Giurba decis.96.num.22.Cancer.var. resol. cap. 10.tit.de content. jurisdict.num.31.Reg. Tap. in tom.1. Jur.Regni lib.2.tit.de offic.magistr.just.nu.33.Cons.Prat. obs.3.Cons.Hodiern.ad Surd.decis.147. Novar. de grav. vassall.tom.3.grav.21.n.3.Scialoy.de for.comp.cap.51.n. 15.Guazz.ad defens.reor.defens.36. cap.17. in fin. D.Altim.in tract.de nullit.rub.3.q.25.num.55.tom.1.*

21 *Et pena in caussa controventionis applicatur Baroni, Barbat.de divis.fruct.par.1.cap.2.a num.71. Capibl. in dict.pragm.3.de Baronibus num.129. Prat. observ.3. num.18.Dom.Altim.loco cit.nu.36.*

Onde essendosi a' 17.Giugno 1695.emanati li Banni in detta Corte di Montecorvino in virtù delle provisioni ottenute da S. E. e suo Regio Collateral Conseglio, che nessuno ardisse appellare *omisso medio* in pregiudizio delle seconde, e terze cause di detto Illustre Duca sotto pena di docati 500.ut *fol.21. ater. lit. A. & 22. lit. B.* con essersi inculcate le debite contumacie *fol.eod.*& hoc non obstante a' 21. Giugno 1695. quattro giorni dopo l'emanazione di detti Banni detto Andrea Vicinanzo in contemptum di quelli ave appellato per saltum ad essa G. C. *fol.* 28. e 29. devesi per conseguenza tirar la pena contro il medesimo da applicarsi a beneficio di detto Ill. Duca, come ne ha fatto istanza il Coadjutore di detta Corte, *fol.21.*

Per il dicui effetto, si spera dalla retta giustizia di essa G.C. che debbia rimettersi detta causa alla mede-

sima

ſima Corte di Montecorvino: una con il detto Andrea Vicinanzo *cum eodem mandato*, ſtante ſi è dimoſtrato ſufficientemente non eſſervi ombra di aggravio, nè poteva detto Andrea appellare *de futuro forſan gravamine inferendo*. Et quatenus vi fuſſe ſtato aggravio, doveva appellare al Giudice delle ſeconde cauſe di detta Terra, come ſe n'è fatta iſtanza *fol.*32. Il di più ſi ſupplica dalla ſomma dottrina, ed integrità del Sign.Commeſſario, e d'altri Signori Miniſtri votanti, alla cenſura de'quali ſi ſottopone in tutto

Franceſco Riccio Pepoli.

Et per M. C. V. fuit in dicta cauſſa interpoſitum decretum tenoris ſequentis v3.

22 *In cauſſa Andreæ Vicinanzo inquiſiti de controventione mandati ducatorum 500. de tenendo domum loco carceris, & aliis, &c.*

Die 10. menſis Aprilis 1696. Neap.

Facto Verbo.

Per M. C. V. fuit proviſum, & decretum, quod reſcribatur Curiæ Terræ Montiscorvini, quod reſpectu querelæ expoſitæ pro parte Joannis Jannuzzo, & Catherinæ de Rienzo provideat de juſtitia juris ordine ſervato, & non procedat de facto ad carcerationem, & in caſu gravaminis det locum Appellationi: Reſpectu vero mandati ducatorum 500. accuſati, & pœnæ omiſſi medii non eſſe locum remiſſioni, & non moleſtet dictum Andream Vicinanzo, hoc ſuum, &c.

Alciati J. *Andreaſſus J.*

De Simone.

Titulus dicti proceſſus eſt v3.

Contra

Andream Vicinanzo de contraventione mandati ducatorum 500. de tenendo domum loco carceris, & aliis; in Banca Magnifici Anaſtaſii penes Scribam Antonium de Simone.

A quo decreto fuit appellatum pro parte dicti Ill. Principis ad S. R. C. & ſupplicatio dictæ appellationis eſt tenoris ſeq. v3.

S. R. M.

23 Supplicat humiliter Procurator Illuſt. Ducis Sancti Mauri utilis Domini Terræ Montiscorvini, exponens qualiter in cauſſa appellationis, licet nulliter (cum rev.) interpoſitæ per Andream Vicinanzo vaſſallum dicti Ill. Ducis ad V. M. C. Vicariæ ſub vano prætextu, ſive cauſſa, quod dictus Andreas verebatur, ne Curia dictæ Terræ Montiscorvini in carcerem eum injeciſſet, ac in eum quicquam fraudis moleretur; fuit tandem decreto ejuſdem *V. M. C. Vicariæ ſub die decimo currentis menſis Aprilis ordinatum, quod reſcribatur Curiæ Terræ Montis Corvini, quod reſpectu querelæ expoſitæ pro parte Joannis Jannuzzo, & Catherinæ de Rienzo provideat de juſtitia juris ordine ſervato, & non procedat de facto ad carcerationem, & in caſu gravaminis det locum Appellationi. Reſpectu vero mandati ducatorum 500. incuſati, & pœnæ omiſſi medii, non eſſe locum remiſſioni, & non moleſtet dictum Andream Vicinanzo*. At quia S.M. decretum prædictum eſt nimis præjudiciale privilegiis, & juribus dicti Ill. Ducis; nam quoad primam partem ipſius nullimode poterant ordinari tot, tantæque limitationes, & circumſtantiæ, & dogmata, imponendo normam dictæ Curiæ in procedendo; imo eam præcipue coarctando, ne procederet ad carcerationem de facto, idque contra formam juris; Etenim ſi ſibi de juſtitia videbitur, & hæc tractu temporis cauſſæ merita ſpectacula poſcent, quomodo prohiberi poſſunt? Hoc enim nil aliud eſſet, quam aperire viam fraudibus, ita ut delicta penè remanerent impunita, eludendo hujuſcemodi delinquentes Curiarum inferiorum juſtitiam, quæ ſiquidem limitari non poteſt antequam parturiatur, ſed tantummodo poſtquam parta eſt, a Judice ſecundarum cauſſarum in caſu tamen gravaminis; Et non ſic repente antequam merita cauſſæ dignoſcantur, imo antequam ad capturam informationis, & proceſſus compilationem perveniatur a Judice adhuc incompetenti ad reorum tuitionem devenire. Hoc enim nil aliud eſſet, niſi illorum malitiis indulgere, & ampliſſima privilegia meri, & mixti Imperii, cum libera facultate judicandi, prout juris, & merita cauſſæ expoſcunt, compellere, coarctare, & in maximam jacturam limitare. Hoc enim quid aliud eſſet, niſi in meſſem alienam falcem immittere tempore non ſuo, imo antequam fruges naſcantur, & videre cauſſæ juſtitiam immature, nempe nondum inſtituto proceſſu, quod quidem diſſonum a ratione videtur. Reſpectu vero ſecundi capitis Decreti prædicti, viget eadem ratio; tanto magis, quia in utroque nullum conſiderari poterat, neque conſiderari poteſt gravamen illatum dicto Andreæ, & quatenus adeſſet (quod expreſſe negatur) dictus Andreas aditurus erat Judicem ſecundarum cauſſarum, quæ itidem poſſidentur per dictum Illuſtr. Principem ſupplicantis, & non ſic omiſſo medio ad V.M.C. repente convolare, quæ in judicando competens non erat, imo nec etiam juſtitiæ cauſſam videre; ſed tantum an cauſſa prædicta remittenda erat, diſcernere poterat, idque tanto magis reſpectu pœnæ omiſſi medii, quam ad ipſam M.C. decidere non competebat. Gravatus proinde exponens de Decreto prædicto, & ab eo omni, qua decet rev. appellando formiter, reclamando, & de nullitate dicendo; Recurrit ad M. V., atque ſupplicat, ut dignetur dictam cauſam appellationis committere alicui ex veſtris Regiis Conſiliariis M. V. melius viſo, qui in ipſa procedat, jus dicat, & juſtitiam faciat ſupplicanti dicto nomine de plano, & ſine figura judicii, ſed ſola facti veritate inſpecta cum facultate inhibendi in forma dictæ V.M.C. Vicariæ ad finem prædictum revocandi dictum Decretum, & ordinandi, quod cum effectu remittatur cauſſa prædicta; ſive reſtituantur acta dictæ Curiæ Montiscorvini (quibus reperitur ſpoliata) una cum dicto Andrea Vicinanzo cum eodem mandato, cum quo reperitur præſentatus in dicta V.M.C.V. idque ſimpliciter abſque clauſula, & conditione aliqua, & in cauſſa, & cauſſis prædictis procedat ad ea quæ incumbunt, & juſtitiam faciat, ſervata forma privilegiorum dicti Ill. Principalis exponentis, nam ita dicit, & ſupplicat, non ſolum iſto, &c. cum proteſtatione expenſarum, &c. pro nunc, ſalvis &c. citra præjudicium &c. omn. mod. mel. &c. U.J.D. Franciſcus Riccius Pepoli hujus cauſſæ Advocatus.

Mag. U. J. Doct. Amatus Danius Reg. Conſiliarius ſupradicta recognoſcat, partes audiat, provideat, & in S. C. referat.

ULLOA Regens, & Præſidens

Proviſum Neap. die 11. menſis Apr. 1696.

Rubinus &c.

Reſtat nunc ut aliqua circa capita dicti decreti M. C. V. diſſeramus.

24 Et primo reſpectu querelæ expoſitæ per mulieres fuit cauſſa remiſſa cum clauſula, *ne procedat de facto ad carcerationem*. Hæc clauſula certe eſt præjudicialis tam Baroni, quam partibus querelantibus, quia, ut *num.* 14. fundatur, carceratio eſt arbitraria, & licet M.C.V. poteſt ex legitima cauſſa ponere clauſulas limitativas in remiſſionis decreto, & frænum ponere Baronibus, ne Vaſſalli angarientur; ex traditis per *Pratum diſcept. forenſ.* 11. *lib.* 1. *num.* 24. quem ſequitur, & citat ſolertiſſimus *D. Ageta ad Moles quæſt.* 8. *num.* 8. *par.* 2. §. 2. *de exact. funct. fiſc. fol.* 360.

Tamen hoc non militat in dicta cauſſa, in qua dictus appellans nullum motivum habuit appellandi a Curia Montiſcorvini, niſi motivum divertendi, & differendi capturam informationis, & diligentias probandi delictum nocturnum, & occultum.

25 Cui appellationi tamquam frivolæ, & ſine cauſſa,

vel

vel eum caussa irrationabili, aut falsa non est deferendum, *Glos. in cap. cum appellationibus in 6. Abb. in cap. de Priore eod. tit. Novar. part. 1. q. 35. num. 5.*

Secundo, in dicto decreto decernitur respectu mandati duc. 500. accusati, & pœnæ omissi medii non esse locum remissioni, & non molestent dict. Andream Vicinanzo.

Potuit moveri M. C. V. ad liberandum dictum Andream a pœna mandati accusati ex motivis infrascriptis pro parte dicti Andreæ adductis. Primo quia manda-
26 tum factum dicto Andreæ de tenendo domum loco carceris accusatum fuit in ann. 1691.

Et Curia tacuit usque ad annum 1695. & ex ista taciturnitate in non exequenda pœna mandati oritur aliqua præsumptio ad ejus beneficium.

Augetur dicta præsumptio, quia præsentavit licentiam asportandi arma obtentam ab Illustr. Principe Montiscorvini. Præsentavit quoque instrumentum concordiæ eodem anno 1691. stipulatum cum Didaco Denza, intuitu cujus fuit factum mandatum.

Alterum motivum fuit per dictum appellantem adductum, quia mandatum factum de tenendo domum loco carceris ex caussa evitandi rixas inter dictum Vicinanzo querelatum, & Denza querelantem poterat fieri mandatum de non offendendo ad invicem.

27 Sed pro parte Ill. Principis dicitur, quod ex illa taciturnitate Curiæ in non exigendo pœnam mandati accusati, clare patet summa clementia dicti Ill. Principis Montiscorvini, & Ill. D. Jacobi Pignatelli fratris, & Vicarii, qui Vassallos uti filios tractat: O utinam, & omnes Titulati, & Barones Regni ideam, & exempla ipsorum amplecterentur!

Nec licentia armorum data dicto Andreæ ab Ill. Principe arguit liberationem pœnæ mandati accusati, quia Baro de facili dispensat dictas licentias gratificando Vassallis, etiam cum sint debitores sub proventario.

28 Et instrumentum concordiæ factæ cum querelante non juvat, tum quia remissio dictæ querelæ debebat fieri coram Officiali, alias non admittitur, ut in *Pragm. 6. num. 2. de composit.* Et debebat illam præsentare apud acta Curiæ Montiscorvini, & stante Partis concordia petere se liberari: Et si hoc non fecit; non potest se gravatum vocare a d. Curia. Nec M. C. V. poterat reluctante Barone super hoc cognoscere, sed tantum super articulo remissionis dictæ caussæ.

29 Insuper causa spreti mandati est separata a querela de occupatione viæ, insulto, & minis. Proinde Remissio partis non efficit, ut dictus querelatus non possit molestari pro dicta pœna accusata spreti mandati, quod est quid separatum a caussa principali querelæ, & inquisitionis contra eumd. Andream.

Et ita similiter non tenebatur Curia ex officio tollere mandatum factum domi, & facere aliud mandatum ad invicem de non offendendo, sed debebat reus instare, & non propria auctoritate contemnere mandatum Curiæ ob minas, & insultum ad evitandas rixas legitime injunctum.

Propterea credo ex omni capite esse revocandum dictum decretum, si pro parte dicti Ill. Principis insistetur in S. R. C.

Alias esset artificiosus modus privandi Barones jurisdictione tam primarum, quam secundarum caussarum, quas possident titulo oneroso.

Circa pœnam vero omissi medii, ut audio, non est speranda revocatio. Nam hodie pœna dicti omissi medii non practicatur, & Dominus Dominicus Castello famigeratissimus Advocatus (animi, & corporis pulchritudine, omnique virtutum munere, in quo renovatur felix memoria Dom. Antonii Castello, qui fuit dignus Præsid. Reg. Camer. anno 1682. refertus, mihi dixit, quod semel a Reg. Collat. Conf. obtinuit pro Ill.
30 Comite Ravascherio contra quemdam Vassallum Roccæ Nuceriæ provisiones, ut posset exigere dictam pœnam; attamen ad aures Domini Regentes ei injunxerunt, ne dictam pœnam exigi faceret, quia ad terrorem id egerunt, & non ut effectualiter exigeretur pœna, quia aliter daretur ansa Baronibus angariandi subditos injustis persecutionibus, si gradatim in primis, deinde in secundis, & tertiis caussis, & demum in Regiis Tribunalibus esset deveniendum, semper quando injuste vexantur a Baronibus, & ita quoque concludit *Novar. tom. 1. gravam. 216. num. 4.*

Et appellatio sic gradatim facienda erit cessante partialitate Baronis. Propterea Regium Collat. Conf. dat licentiam Baroni emanandi banna pœnalia pro conservatione privilegiorum, & jurisdictionis Baronalis, ut petente Barone, vel parte contraria remissionem, videant Regii Superiores si aliqua suggerat ratio non remittendi.

Qua de re inolevit Praxis in M. C. V. ut non audiatur Baro in remissione caussæ criminalis, nisi prius trans-
31 missis actis, & per M. C. V. visis, an innocenter sit vexatus Vassallus appellans. Prout mensibus elapsis, dum in Curia Altavillæ fuisset carceratus Hyeronimus Carrozza, fuit pro parte Universitatis instatum in M. C. V. dictum Carrozza fuisse injuste carceratum ob lites inter Illustrem Marchionem, & Cives, sive Universita-
32 tem prædictam, & Dominus D. Octavius de Gaeta tunc Judex dictæ M. C. V. filius illius Magni Viri Magistratum decorantis, ideo nunc meritissimus Consil. patriæ laudis hæres, mandavit, ut veris expositis, quod reperiretur pro caussa expressa carceratus statim excarceret. Et si pro alia causa, transmittat acta ad hanc M. C. V. pro recognitione gravaminum, & per dies decem non procedat. Quibus provisionibus notificatis ad Officiales dictæ Curiæ se opposuit Ill. Marchio Altavillæ (U. J. D. Francisco Riccio Pepoli meo filio patrocinante) quod dicta Curia non teneatur transmittere acta; sed quod remittenda esset caussa ad Judicem secundarum caussarum, eique transmittenda dicta acta.

Sed dictus Dominus de Gaeta stetit in decisis, ut acta transmitterentur ad M. C. V. Quibus visis si apparuerit de innocentia carcerati, non debet remitti ad Judicem primæ, neque ad Judicem secundæ instantiæ dicti Illustris Marchionis, ut ex actis penes Franciscum Tenga Scribam criminalem, in suo ministerio valde peritum, optimique nominis virum. Et porrecta supplicatione de verbo faciendo in S. R. C. dictus carceratus fractis carceribus aufugit. Unde dicta appellatio non fuit amplius prosequuta.

33 Huic Praxi M. C. V. non obstat *decis. Sanfelic. 64. in fine*, ubi concluditur, quod remittenda sit indistincte caussa Baroni habenti Jurisdictionem secundarum caussarum, & *Mucci in addit. ibid.* addat esse dissonum pronunciare super innocentia, cujus cognitio spectat ad Judicem, cui remittenda est caussa.

34 Nam respondetur ex traditis per doctissimum *Dom. Agata* magnum Feudistam, & supremis honoribus dignissimum ad *Moles in §. 3. de exact. function. fiscal. q. 8. num. 9. par. 1. fol. 360.* dicentem, quod Baro af-
35 fligens Vassallos potest licite privari Jurisdictione, & sicuti filius eximitur a patria potestate propter sævitiam Patris, *l. fin. ff. si quis a paren. fuerit manumiss. Unisa lenone de Episc. And. Paschal. in tract. de virib. patr. potest. part. 3. & 4.* Item Vassallus ob sævitiam Baronis ab illius jurisdictione eximi potest recurrendo ad Regios Superiores omisso medio, & ad sublevanda Vassallorum gravamina debent acta omnino transmitti, & de allegata injusta persecutione per Regios Superiores cognosci. Et ubi innocentia apparuerit, nulla erit caussa, quæ remittenda venit. Et si appareat culpa, tunc etiam solet denegari remissio, si aliqua suspectio fuerit, quod Baro, vel impunitum relinquat, vel nimio odio eum insequatur, & solet decerni, quod caussa remaneat

Digitized by Google

36 neat pro hac vice tantom citra præjudicium privilegii Baronis, *Novar. de elect. fori sect.4.q.11. num.4. tom.1. & in prag. 1. num.* 16. ubi de delicto, *Hodier. ad Surd. decis.147. num.5.*

37 De privatione Baronis, vide *Anton. de Nigr. in cap. Gravam.13. de gravam. Vassallor. in Addit. nu.33. & const. si Vassallus, Afflict. decis.265. num.15.* & late *Sanfel. sect.* 9.

Adverte, quod *Brilla ad Consuet. Neap. tit.16. cap.7. fol.157.* tenet, quod licet olim erat mos decernendi caussam non esse remittendam, ubi nulla pœna posset irrogari, vel ex defectu probationis, vel quid esset delictum leve, tamen hodie etiam innocens ad decus Baronalis jurisdictionis remittitur, & mandatur Baroni, ut statim excarceret, vel extra carceres audiat, ex *Capibl. Pragm.8. p.2. num.99., & tom.2. cap.51. a num.* 10. *Danza de pugn. D. Rorum tom.1. de offic. in genere cap. 9. Rovit. pragm.1. ubi si quis de delict. nu.41.*

Quandoque solet remitti cum clausula, ut Judex ceruoret, de exitu caussæ statim lata sententia, *Novar. de elect. for. tom.2. sect.3. qu.7. n.4.*

Vel remittatur una cum actis ad T. Curiam, quæ de justitia provideat usque ad decreti diffinitivi interpositionem; verum non excarceret inconsulta M.C., vel Regia Audientia, vel remittatur, dummodo eligat Judicem in Civitate, qui procedat audito Regio Fisco; Quorum decretorum formulas tradit *Broya cap.20. num.19.*

In caussis autem civilibus parte, vel Barone reluctante fit statim remissio simpliciter ad Officiales Baronis, sed pœna omissi medii prohibetur exigi. Et de

38 his mille exempla possem adducere, per me practicata; tamen de uno sum contentus, ne ultra institutum nostrum hanc materiam longius trahamus. In Anno 1695. Andreas de Ajutolo conventus in Curia Montiscorvini ad instantiam Rev. D. Jo:Baptistæ Rodoerii tentavit trahere dictam caussam in S.R.C., prætextu quod ibi pendebat lis super eodem Oliveto ad instantiam alterius creditoris, & commissa Dom. D. Carolo Antonio de Rosa Regio Consiliario, obtinuit provisiones inhibitoriales in forma. Et cum dictus Andreas fuisset citatus ad dicendum causam qua e non deberet solvere pœnam omissi medii contentam in banno emanato cum inserta forma provisionum Reg. Coll. C. dictus Andreas obtinuit alias provisiones a dicto D. Reg. Consil., ne audeat Curia Montiscorvini dictum Andream molestare pro dicta pœna omissi medii; & dum per Coadjutorem Curiæ, & per dictum Dominum Rodoerium fuisset oppositum caussam esse remittendam, & cum bannum fuisset promulgatum cum inserto ordine Reg. Coll. Cons. non potest ab alio Tribunali, nec a quovis Officiali, nisi ab eodem Reg. Coll. Cons. vel ab Excellentissimo Prorege impediri executio dictæ pœnæ contraventionis banni de omisso medio, super qua instantia fuit per dictum integerrimum, & insignis doctrinæ Dom. Reg. Cons. de Rosa interpositum decretum tenoris, videlicet.

Die 23. mensis Septembris 1695. Neap. Per Militem U.J.D.D. Carolum Antonium de Rosa Reg. Cons. & Causæ Commissarium, visis actis, & scripturis in actis noviter præsentatis, tam pro parte Magnifici Leonardi Ciraso Procuratoris, & Coadjutoris Curiæ Montiscorvini, quam pro parte Rev. D. Jo:Baptistæ Rodoerii, fuit provisum, & decretum, quod Curia prædictæ Terræ Montiscorvini in caussa, & caussis in dictis comparitionibus mentionatis procedat, & justitiam faciat, litteris inhibitorialibus expeditis per præfatum Dom. caussæ Commissarium sub diebus 20. mensis Junii præsentis Anni, & 31. Augusti similiter currentis Anni ad instantiam tam Clerici Josephi Alphani, quam Andreæ de Ajutolo fol.1. & 19. non obstantibus, verum respectu pœnæ omissi medii supersedeatur, & partes adeant ad Regium Collat. Consil. hoc suum, & expediantur provisiones.

DE ROSA.
De Martino Actor. Mag.
Fortunatus Scriba.

Fuit itaque remissa caussa tam respectu Clerici Josephi Alphani, quam Andreæ de Ajutolo, sed fuit pro pœna omissi medii remissa cognitio ad Reg. Coll. Consil. cum clausula suspensiva, ne dictus de Ajutolo molestetur pro dicta pœna, ut in suprascripto decreto.

Quando Remissio petitur ad instantiam inquisiti ad Curiam Baronalem; vel ut reponatur in Ecclesiam, vel ad instantiam Clerici, tunc in gradu appellationis non committitur, nec datur novus terminus in S. R. C., sed expeditur absque termino in relatione, quæ fieri solet ad M.C. Vic. *Pragm.78. de offic. S.R.C.*

Secus quando remissio petitur a Barone, & ita interpretata *dicta prag. apud Reg. Latro decis.* 187. & ita practicari testatur *Sanfel. in dec.* . . . . . licet ibi mentionem non faciat dictæ Pragmaticæ.

39 Unum pro ultima conclusione restat dicendum; quod appellans, & petens se remitti ad Judicem ad quem, debet expensas solvere pro remissione concessa Judici a quo. Quia culpa ipsius appellantis non debet suo Superiori obesse circa petitionem remissioni ipsius. Alteri enim per alterum non debet iniqua conditio inferri, *l. non debet alteri cum concordantib.* traditis ibi per *gloss. ff. de reg. Juris*. Et generaliter Baro recuperat expensas quas erogat in remissione, & transportatione carcerati ab ipso inquisito, & carcerato, damno cujus cedere debent semper expensæ omnes, & ita passim practicatum semper vidi ex doctrina *Caravit. in rit. 235. num. 14. Novar. tom. 3. grav. 94.*

C A P. XI.

De Officio Magistri Nundinarum.

S U M M A R I U M.

Formula patentis Magistri Nundinarum, num.1.
Præsentata patentis prædictæ, num.2.
Nundinæ a quo concedantur, num.3.
Mercata quid differant a Nundinis, num.4.
Jurisdictio, & potestas Magistri Nundinarum, seu Magistri mercati declaratur, num.5. & 10.
Jurisdictio ordinarii officialis hodie ex generali consuetudine cessat durante termino Nundinarum, num.7.
Nundinæ Eboli, Cilenti, Diani, & Vignani recensentur, num.6.
Instrumentum criminaliter præsentari potest via rit. 166. in foro Nundinarum, num.8.
Acta, & citatio in foro Nundinarum fiunt per horas etiam in liquidatione instrumentorum, & etiam de nocte, etiam die feriato ad honorem Dei, num.9. & 20.
In foro Magistri mercati servatur consuetudo, num.11.
In foro Magistri mercati judicium non incipit a citatione verbali, sed a reali, seu captura, num.12.
Et procedatur de plano, & sine libello, num.13.
Actio licet non oriatur ex pacto nudo; tamen fallit in foro Nundinarum, sicuti in foro Ecclesiastico, nu.14.
Confessio extrajudicialis, sicuti fidem facit in Curia Ecclesiastica, ita in foro Magistri mercati, num.15.
Magistri Mercati tenentur adhibere votum Judicis ordinarii in criminalibus, num.16.
Magistri Mercati comprehenduntur appellatione Officialium, ut sola M. C. V. cognoscat de eorum delictis intuitu officii commissis, tam active, quam passive, num.17.
Causæ, quæ remanent insopitæ in Curia Nundinarum, remanent expediendæ in Curia Capitanei, num.18.
Appellationes a Curiis Nundinarum ad quem fiant, n.19.
Nundinæ, & Mercatus possunt de jure prohiberi per Episco-

Digitized by Google

stepum in die festivo ad honorem Dei ; Tamen de consuetudine tolerantur, num. 20.
Nundinæ in Regno statutis diebus celebrari debent , nec possunt prorogari absque dispensatione Regia, num. 21.

Formula Patentis Magistri Nundinarum.

1 D. Geronimo Maria Pignatelli Principe di Marsico Nuovo, ed util Signore dello Stato di Moliterno, Sarconi, e Santo Chirico, o della Villa della Barra.

Magn. Dott. T. di T. dovendo nella prossima fiera di S. Giovanni, che dovrà celebrarsi nella nostra Terra di Sarconi, provvedersi da Noi il Mastro di fiera per lo buon governo de' negozianti, che vi concorreranno, e per la buona amministrazione della giustizia, e conservazione de' nostri privilegj; e conoscendo l'integrità, sufficienza, e tutte le ottime qualità di voi Magn. Dott. T. ci ha piaciuto eleggervi, deputarvi, come con la presente vi eleggemo, e deputamo per Mastro di detta Fiera con tutti gli onori, dignità, lucri, ed emolumenti soliti, e consueti, ed a detto Officio spettanti, e con l'autorità, e potestà, che hanno tenuto i vostri predecessori; Ordiniamo però, e comandiamo a tutti, & signanter alli Magnifici Sindici, ed Eletti della stessa nostra Terra di Sarconi, che vi debbano ricevere, tenere, e trattare per tale, e vi obbediscano senza farsi da nessuno il contrario per quanto si ha cara la grazia nostra, e sotto pena di ducati mille alla nostra Camera, &c. Data, &c. in Marsico Nuovo, &c.

Il Principe di Marsico Nuovo

Per ordine di V.E.

Amolodeo Segretario.

Patente in persona del Magn. Dott. T. di T. Mastro di Fiera di S. Gio: in Sarconi.

2 *Die 14. mensis Junii 1691. Sarcuni, &c. Retroscriptæ litteræ patentales exhibitæ, & præsentatæ fuerunt per retroscriptum Dominum U. J. D. T. de T. coram Magnificis de Regimine Terræ prædictæ Sarcuni, per quos fuerunt supra caput omni, qua decet, reverentia receptæ, & fuit dictum, quod observentur juxta illarum seriem, continentiam, & tenorem.*

T. Cancellarius.

3 Præmittendum est, quod nundinæ sunt vel concessæ a Principe superiorem non recognoscente, vel ab immemorabili tempore introductæ, vel a civitate jurisdictionem plenariam habente, *Pasch. de jure assistendi cap. 10. num. 3. Capiblanc. de Bar. pragm. 8. nu. 95. Mansor. ampliat. 2. num. 16.* Et ideo possunt ex immemorabili tempore acquiri, & introduci, quia jus nundinarum est de regalibus concessibilibus, ut docet *D. Ageta ad Moles §. 9. de jure Bajul. num. 21. part. 1. quæst. 2.*

4 Nundinæ, & mercata improprie idem sunt, & videmus nundinas appellari mercatum, & mercatum appellari nundinas, & appellari quoque ferias, vulgo *fiere*. Hinc Magistrum nundinarum, vulgo *Mastro di Mercato*, vel *Mastro di fiera*.

Proprie tamen tres species habemus, videlicet nundinæ proprie sunt, quæ semel, vel bis, aut ter fieri solent in Anno, quæ sunt solemniter institutæ a Principe, & sunt franchæ; Mercata vero, quæ semel, vel pluries in hebdomada celebrantur, & in eis similiter requiritur licentia Regia, ut ex *prag. 2. de nund.* fundat *D. Ageta ubi supr.*, confutato *Foller. ad Marant.*, qui contrarium facit *p. 3. dist. 9. n. 50.*

Tertia species est, quæ vulgariter dicuntur *Perdonanze*, ut in quibusdam festivitatibus, in quibus concurrit devotio populi, accedunt rustici, & mulieres ducentes olera, fructus, gallinas, & alia comestibilia ante Ecclesiam. Tunc non requiritur licentia Regia, ut idem *D. Ageta d. §. 9. q. 2. de jure Bajul. num. 37.* & ista non habent nundinarum privilegia, & de istis intelligendum est locutum fuisse *Bald. in l. 1. ad legem Juliam*.

5 Officium Magistri nundinarum, ejusque potestas est de jure limitata circa mercatores tantum venientes in nundinis intuitu mercaturæ, & in caussis tantum concernentibus negotiationem illarum nundinarum, *ex Text. in l. 1. C. de nundin. Foller. ad Marant. par. 4. dist. 9. num. 86.*

Adeo quod pro quocumque debito fieri non potest executio contra nundinantes nundinarum tempore, tam in accessu, quam in recessu, ut quisque habeat securitatem negotiandi in nundinis, ne impediatur publicum commercium, nec persona, nec merces aliquo modo arrestari, aut impediri possunt; sed liberi sunt a creditorum molestia. Imo nec aliquod datium, pedagium, seu gabellam solvere tenentur, ut est *Text. expressus in d. l. unic. C. de nundinis, ubi Bart. Bald. & omnes, Colerus de process. exec. part. 2. cap. 3. num. 136. Bart. in tract. de gabell. part. 9. princip. num. 19. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 29. num. 24.*

Itaque regulariter jurisdictio, & potestas Magistri nundinarum consistit in debitis contractis in ipsis nundinis, & pro illis tantum fit executio.

Item pro debito jurato, vel ubi specialiter fuisset renunciatum beneficio nundinarum, vel ubi adesset fugæ suspicio, vel in re furata in ipsis nundinis, aliisque differentiis inter nundinantes ibi rixantes, vel contendentes, ut late *Mans. d. ampl. 2. num. 15. ubi multos allegat.*

Tamen dicta Regula fallit in illis nundinis, ubi ex consuetudine introducta est, ut fere ex generali consuetudine in Regno nostro Neap. videmus practicari venientes ad nundinas pro quocumque debito ibi conveniri, & pro quibuscumque rebus ad mercaturam non pertinentibus.

6 Et ita practicatur ex antiqua consuetudine in nundinis Salerni, teste *Foller. ad Marant. part. 4. dist. 9. num. 86.* quæ consuetudo valet, ut *num. 87.* concludit.

Et ita ex antiqua consuetudine observari vidi in nundinis Eboli, in nundinis Cilenti, & Diani, & aliis.

Sed in nundinis Viggiani vidi observari immunitates omnes concessas de jure mercatoribus, & sunt affidatæ, ut in illis non molestentur venientes pro quocumque debito ad mercaturam dictarum nundinarum non pertinente; Imo Domus justi, & pii Principis illius Terræ ex nobilissima familia de Sangro, Regali splendida luxu, largitur venientibus nonnullas alias largitates, nullumque datium, nec gabellam solvere facit.

7 Et ex generali consuetudine hodie Curia Magistri nundinarum repræsentat ordinariam Curiam loci, & in locum ordinarii officialis subrogatus durante termino nundinarum, & cessat potestas ordinarii officialis pro illo determinato tempore, teste *Novar. part. 1. quæst. for. 31. num. 1.* & ego uti consultor magistri nundinarum in multis nundinis observavi, & observari vidi, & sic regit justitiam etiam inter cives, & observatur pandecta Curiæ illius Civitatis, *Carrab. de synd. part. 2. num. 156. Nov. ubi supra.*

8 Hinc fit, quod in Curiis nundinarum potest valde fieri liquidatio instrumenti ad formam *rit. M. C. V. 166.* prout practicatum refert in nundinis Lanciani, dictus *Novar. d. quæst. 31. ubi supra. De qua vide in 2. tom. tit. 1. cap. 26. num. 7.*

9 Et citatio in liquidatione instrumenti, & in omnibus aliis judiciis, & actis fit per horas, non aliter expectato peremptorio dierum termino; Quia in nundinis proceditur solemnitatibus omissis absque apicibus juris, & quia jurisdictio est brevi tempore duratura, *Novar. ubi supr. num. 4.* Propterea acta fieri possunt etiam de nocte, & valent, *Doctores in l. non minorem, C. de transact. Novar. ubi supr. num. 5.* & possunt fieri in die feriato ad honorem Dei, & valent, *Marant. dist.*

16. part. 4. num. 87. Foll. ibi.

10 Verum limitat dictam regulam idem *Novar.* ut non possit magister nundinarum procedere in lite intentata super stabilibus, ut in rei vendicatione & aliis judiciis, in quibus requiritur plena cognitio cum opportuno temporis intervallo, ne possidens in paucis horis indefensus sua privetur possessione, ex traditis per dictum *Novar. ubi sup. num. 7.*

11 Et demum est concludendum, quod servanda erit consuetudo, prout antiquitus servari consuevit in singulis nundinis, quia per consuetudinem major jurisdictio acquiri potest, *Foller. ad Marant. part. 4. dist. 9. num. 87. per text. in cap. si clericus laicum, ubi Abb. & alii extra de for. compet. l. non prætor in verbo moribus, ff. de Judic.* & ex aliis juribus ibi.

12 In nundinis non solet fieri citatio verbalis, sed incipit judicium a citatione reali, & ad simplicem instantiam creditoris Judex mandat, ut debitor capiatur, non ut in carcerem ponat, sed coram magistro nundinarum asportetur, ea ratione assignata, quia si citatio verbalis fieri deberet in Curia nundinarum, statim recederent scientes ulterius ibi non posse conveniri, & jurisdictionem esse brevi tempore duraturam, & restrictam ad illud tempus, & ad illud territorium nundinarum, & sic actor, & Curia deluderetur; & venientes ad nundinas omnes sunt suspecti de fuga, & præsumuntur in fuga, saltem per illud breve tempus, & per illud territorium, ut concludit late *Foller. ad Marant. part. 4. dist. 9. num. 164.*

13 In nundinis neque datur libellus, sed talis qualis petitio, vel notatur in libro, ut solum appareat, quod, quale, quantumve petatur, & proceditur de plano, & æquo, ex non scripto, *Foller. ibidem ex Bart. C. de sent. ex peric. recit. Lanfranc. & aliis.*

14 Et sicuti in Curia Ecclesiastica (ubi proceditur de æquitate Canonica) ex pacto nudo oritur actio, ita in Curia mercatorum, quæ in hoc æquiparatur Curiæ Ecclesiasticæ, ita *Marant. d. part. 4. dist. 9. & part. 6. membr. 9. num. 15. num. 48. per Text. in cap. 1. de pace,*
15 *Bart. Bald. & alii ibi*, & eadem ratione sicuti de æquitate Canonica in Curia Ecclesiastica confessio extrajudicialis, quæ fit parte absente, facit plenam probationem, *Franciscus Curtius Junior cons. 168. num. 12. glos. singularis in cap. quoties in vers. ex parte prima quæst. 7. Felin. in cap. si cautio 7. vers. fallit. 2. extra de fide instrumentorum*; Ita etiam in curia nundinarum, secus in Curiis ordinariis, *Marant. ubi supra*, quia inter mercatores attenditur simpliciter veritas negotii, *Bald. in consil. 40. lib. 5. num. 19. & cons. 466. num. 5.*

Et si ambo essent Mercatores, vel alter eorum, tunc de consuetudine servatur statutum Mercatorum, *Maran. loc. cit.*

Et ita etiam in Sac. R.C. Neap., quod Concilitorium Principis est, & coram ipso agitur ex nudo pacto, secundum Canonistas *in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. ita Paris de Syndic. in §. sententia num. 15. fol. mihi 296. a terg.*

Quin ibi secundum veritatis substantiam, & non per Juris ambages judicatur, & habet supremam Jurisdictionem judicandi secundum æquitatem naturalem, prætermisso Juris ordine. Nam veritas opprimi, nec offuscari debet propter legum subtilitatem, *l. in rebus de jure dotium, Paris loco cit. & cap. 6. num. 9. fol. 299. a terg.*

16 Magistri Nundinarum in caussis criminalibus non possunt procedere, quando non sunt Doctores approbati sine voto Judicis Ordinarii, vel cum voto Judicis ordinarii Terræ propinquioris, ubi fit emporium, alias acta sunt nulla, *Pragm. unica de Jurisdict. Magistr. Jurat. & Pragm. 10. §. 85. de Offic. Judic. Scialoy. in prax. Forjud. cap. 12. num. 33.*

Nisi ex privilegio, vel consuetudine aliter servetur, ut in *d. Pragmat. 10.* ibi: *Nelle Città, e luoghi, dove si celebrano le Fiere, o tengono giurisdizione i Mastri mercati, vogliamo, che nelle cause criminali servano per Consultori gl'istessi Giudici, o Consultori Ordinarj del Capitano, sotto pena di nullità degli atti: eccetto se altrimente fosse provveduto per privilegio particolare, o per costume immemorabile.*

Et in *d. Pragm. unica*, ibi: *Non possano procedere a sentenza in nessuna causa criminale senza il voto, e parere del Giudice Ordinario, o col voto del Capitanio, se sarà Dottore, e non essendo Dottore, col voto del Giudice Ordinario, che si troverà più propinquo alla Terra, dove si farà la detta Fiera.*

17 Et Magistri Nundinarum, seu Magistri mercati in delictis active, & passive commissis intuitu officii tantum, tempore quo exercent jurisdictionem in nundinis, comprehenduntur sub dispositione *rit. 49.* ut sola M. C. V. cognoscat de illis, secus in delictis non concernentibus jurisdictionem prædictam, *Scial. de for. compet. cap. 21. num. 15. & pragm. 47. de Offic. Magistr. Justit.* Integerrimus *D. Cons. Altimar. in rubr. 9. de nullit. q. 25. num. 36.*

18 Caussæ, quæ cœptæ sunt in Curia Nundinarum, si remanent insopitæ, expediuntur in Curia Officialis loci, & non devolvuntur ad Regios Superiores, quia acta prædicta ad Baronalem Jurisdictionem spectant, *Capibl. tom. 2. pragm. 7. de Baron. cap. 38. num. 13.* debent tamen agitari secundum formam juris, & non eo modo ut fuerunt agitatæ coram Magistro Nundinarum; & in terminis, in quibus reperiuntur, *Marant. distin. 9. part. 4. num. 72.*

19 Appellationes a Curiis Nundinarum, tunc fiunt ad Judices secundarum, & tertiarum caussarum ipsius Baronis, quando ipse Baro concessit privilegium Nundinarum, mediante Regio Assensu, cum potestate creandi Magistrum Nundinarum, secus ubi Privilegium esset immediate concessum a Rege ad Universitatem, & Officialis dictarum Nundinarum eligeretur ab ipsa Universitate, vel ab ipso Rege, quia tunc appellationes fieri debent ad Regios Superiores, ut concludit *Capibl. in d. Prag. 8. de Baron. tom. 2. cap. 39. & Novar. de gravam. tom. 2. grav. 58. Scial. de for. comp. cap. 21. num. 11. Lagan. ad Rov. Prag. de Nund. num. 12. Manfrella ad Reg. Latr. dec. 291. num. 15. Romaguerra rubr. 66. num. 16. D. Cons. Altim. rubric. 3. de nullit. part. 1. q. 37. num. 24.* quos citat, & approbat *D. Ageta in aureis Annot. ad Moles §. 9. de Jure Bajulat. num. 23. p. 2. q. 2.*

20 Et licet de jure prohibeantur Nundinæ, & mercatus in diebus festivis ad honorem Dei, ex *cap. 1. de Feriis*, & ex *Bulla Pii V.* incipiente. *Cum primum.* Et propterea Episcopi prohibere possunt Nundinas, & mercatus, etiam qui ex antiqua consuetudine celebrantur, *Quarant. in verb. dies festis, Novar. collect. 1. num. 3. pragm. de Nundin. Gratian. decis. 21. Fagundez, Barbosa, Borroll. & de Ponte citati a Dom. Ageta loco supra cit. n. 30.*

Tamen de consuetudine permittuntur, dummodo sacrum audiatur, ut concludit idem *D. Ageta eod. num. 30.* Ex Theologis, & Jurisconsultis ibi citatis post *Capon. discept. 91. art. ult. Manfrell. ad Latr. dec. 191.* Et acta dicto die feriato facta, valent, ut diximus supra.

Et ex literis Sacr. Congregat. Episcoporum de mandato Innocentii XI. 21. Julii 1679. ad Eminen. Cardin. Caracciolo Archiepiscopum Neapolit. ut in Syn. 2. ejusdem Card. Caraccioli anno 1680. tit. de Sacrol. Eccles. num. 1. & 2. fuit prohibitum in claustris, atriis, scalis, & quibuscumque aliis locis immunibus Monasteriorum, & Conventuum Regularium vendere, & emere, dummodo prohibito, aliud permissum censetur.

21 In Regno celebrari debent diebus statutis, alias non fruuntur immunitatibus, *Pragm. 3. de Nund.* Nec prorogari possunt ultra terminum præfixum in privilegiis, *Pragm. 4. §. de Nund.* Ideo in prorogatione obtinenda est di-

dispensatio Excellentissimi Dom. Proregis.

C A P. XII.

De Officio Assessoris, & Consultoris. Cum aliquibus quæstionibus inter Assessorem, & Capitaneum.

S U M M A R I U M.

Formula Patentalium Judicis, seu Assessoris in lingua Italica, num.1.

Alia Formula Patentalium in lingua Latina Assessoris, num.2.

Formula Patentalium Consultoris, num.3.

Consultor, & omnis alius Officialis, ut possit exercere, quid debeat facere, num.4.

Consultor ordinarius, quis dicatur, num.5. & 10.

Consultor non potest eligi patriota, num.6., *nec qui habet bona in loco dotalia, vel patrimonialia, alias possunt recusari suspecti*, num.7.

Consultor, & Assessor quomodo inter se differant, num.8.

Consultor debet eligi de convicinis, num.9.

Consultor electus ab Excellentissimo Vicerege, vel a Barone; in quibus differt a Consultore electo per Officialem, num.10.

Consultor Ordinarius, & Assessor comprehenduntur appellatione officialium, & de eorum delictis sola M.C.V. cognoscit, num.11.

Consultor Electus per Officialem nullam jurisdictionem habet, & dicitur Consultor extraordinarius votum consultivum tantum habens, num.eodem.

Formula in lingua Italica Patentalium Judicis, seu Assessoris.

1 Marcus Antonius Doria Comes Caputaquensis, Princeps Angri, Dux Ebuli, ac Dominus Villæ Viluestri in Regno Castellæ Veteris Hispaniarum; nec non Baro Tacinæ, & Massænovæ, & Joannes Carolus Filius, & Vicarius Generalis.

DOvendo noi provvedere la Terra d'Evoli di Giudice ordinario della medesima; perciò confidati nell'integrità, dottrina, e prudenza di Voi Mag. Dottor T. vi abbiamo eletto, sincome in virtù della presente vi eleggemo, Giudice di detta Terra per un'anno, cominciando dal giorno, che ve ne farà dato il possesso, con tutti li gagi, lucri, ed emolumenti soliti, e consueti spettantino a detto officio di Giudice, dandovi, e concedendovi per detto effetto tutta l'autorità necessaria: Ordinando perciò alli Magnifici Deputati al Governo, ed a tutti gli altri abitanti in detta Terra, che per tale vi trattino, e riputino, non facendosi da nessuno il contrario, per quanto li farà cara la grazia del Signor Principe mio Signor Padre, e sotto pena di ducati mille da applicarsi alla Ducal Camera. Dato in Napoli 21. Febraro 1693.

D.Gio:Carlo d'Oria.

De mandato Excell. Domini.

Joannes Bartolomeus de Planis a Secretis, &c.

Altera Formula in lingua latina Patentalium Judicis, seu Assessoris.

2 D.Eleonora de Moura, y Corte Real, Marchionissa Castel Roderici, Comitissa de Luminares, utilis Domina Civitatis Nuceriæ Paganorum, Domina Terræ Novæ, & Viele de Lambegal, Insularum Terzeræ, Sancti Gregorii, Fayal, & Pici, ex Primatibus Hispaniæ, &c.

MAg. Viro Leonardo Riccio U.J.D. gratiam nostram, & bonam voluntatem. Cum nobis providendum sit de Officio Judicis, seu Assessoris Magn. Gubernatoris in Civitate nostra prædicta Nuceriæ Paganorum pro justitiæ cultu, ac subditorum bono regimine. De fide, sufficientia, & integritate vestra dignum apud nos extat testimonium. Quapropter tenore præsentium vos prædictum Mag. Doct. Leonardum Riccium eligimus, creamus, & deputamus in Judicem, seu Assessorem Mag. Gubernatoris Civitatis nostræ prædictæ, ejusque districtus per annum integrum a die adeptæ possessionis; concedendo vobis merum, & mixtum imperium, & quatuor litteras arbitrarias, cum omnibus gagiis, lucris, & emolumentis solitis, & consuetis, prout Prædecessores vestri gavisi fuere; præstita tamen per vos fidejussione de stando juri, & parendo syndicatui servata forma Reg. Pragm.

Mandantes propterea Mag. Syndicis, Electis, & hominibus Civitatis nostræ prædictæ, ut Ita vos recipiant, & habeant, vobisque pareant, & obediant, ac contrarium non faciant pro quanto gratiam nostram caram habent, pœnamque ducatorum mille cupiunt evitare.

In quorum omnium fidem præsentes litteras manu nostra subscriptas, sigillique nostri impressione munitas per manus nostri subscripti a Secretis fieri jussimus. Datum die 15. mensis Novembris 1664.

La Marq. de Castel Rodr. Señora de Nocbera.

Formula Patentis Consultoris.

T. di T. Utile Padrone della Terra T. mediante affitto.

Mag. Dott. T. di T. salute.

3 DOvendo noi provvedere questa nostra Corte della Terra T. di ordinario Consultore, e confidati nella dottrina, integrità, ed esperienza, che tenemo del Mag. Dott. T. l'eleggemo perciò, e costituimo Consultore in questa nostra Corte di detta Terra T. con tutta l'autorità bastante, mero & mixto imperio, quattro lettere arbitrarie, e tutti li gagi, emolumenti, ed onori, che hanno soluto gli altri predecessori godere.

Ordiniamo però al Mag. Governadore, e a tutti gli uomini di detta Terra, e nostra Corte insolidum, che per tale lo ricevano, trattino, reputino, ed ubbidiscano, senza farsi il contrario per quanto si ha cara la grazia nostra, e sotto pena di ducati mille d' applicarsi alla nostra Baronal Camera. Dantes, &c. mandantes, &c. dal Palagio di detta nostra Terra T. &c.

T. di T.

T. Secretario.

Patente di Consultore in persona del Magn. Dott. T. ut supra, &c.

4 TAm Assessor, quam Consultor, sicuti omnis alius Officialis ab Excellentissimo Vicerege, vel Barone electus, ut possit officium exercere, debet suas commissionales litteras præsentare, & cautionem dare de stando, & parendo Syndicatui, *Pragmat. Item caveant de Offic. Proc. Cæsaris, Vant. rubr. de nullit. ex defectu jurisd. Deleg. num.34. fol.130. at. Anna alleg.143. D.Cons. Petra rit.294. num.18.*

5 Tunc reputatur Consultor ordinarius, & ipse Consultor tenetur Syndicatui, & non Capitaneus, *l. 2. ff. quod quisque jur. Carrab. sing.39. & 43. & sing.183.*

Nam qui eligitur ab ipso Officiali, non dicitur Ordinarius, & Officialis tenetur in Syndicatu pro eo.

6 Unum nolo hic omittere, quod non potest eligi patriota, & civis, quia habet repugnantiam de jure, *Text. est in l. si ead. ff. de offic. Assessoris, l. hi qui, ff. ex quib. caus. major. cap. Regni, Item statuimus, & constit. Regni, Justitiarii per Provincias, & constitut. Ut participatio, Niger in cap. Regni, ut cum nihil, num.9. rubr.15. Masull. ad Capyc. decis.178. num.6. de Vita in rep. reor. lit. O. Officiales, fol.200. col.2.*

Et licet contrarium servari dixerit *Carrab. singul.* 183. quod consultores fiunt de propria patria, & ita *Danza tit. de Offic. n.21. cap.6. tom.2.*

Digitized by Google

Tamen id succedit, ubi Universitas, vel civis aliquis non reluctat ob reverentiam Baronis. At Universitate reluctante, vel aliquo cive, tunc absque difficultate obtinentur provisiones a Regiis Superioribus, ut ejusmodi Consultor desistat.

7 Ampliatur, ut nec eligi potest, qui habet in loco bona dotalia, vel patrimonialia, per *Constit. Regni Justitiarii per Provincias*. Ubi pariter nec in locis, in quibus uxores duxerunt, possunt constitui. Adde *cap. Accedens, ut lite non contestata*, *Novar. collect. super Pragm. 2. de Offic. Judic. §. 15. n. 89.*

Et si ejusmodi Consultores eliguntur, possunt ut suspecti allegari, *l. ubi qui, ff. in quibus caus. major. l. 15. cui, ff. eod. & Nov. ubi supra num. 9.*

8 Consultor differt ab Assessore, seu Judice, quia Assessor, seu Judex proprie dictus, qui assistit in loco judicii, Consultor vero is dicitur, qui non assistit in loco.

9 Et ideo debet eligi de convicinis, ut *Pragm. 10. de Offic. Jud.* & rationem assignat *Novar. in collect. super d. Prag.* ne partes graventur sumptibus in locis remotis, ex *text. in l. nemo, vers. longius*, & ibi *glos. C. de annon. & tribut. lib. 12.* & ita decisum refert contra Barones, *Anna sing. 560.* Et ita quoque contra Exc. Principem Hostiliani ad beneficium Civitatis Theani decisum refert *Novar. tom. 1. gravam. 199. & collect. ad Pragm. 10. de Offic. Jud. §. 15. num. 91.*

10 Consultor electus per Barones in Terris Baronalibus, & per Proregem in Terris Regiis differt quoque a Consultore electo per Officialem; nam qui eliguntur a Barone, vel Prorege, habent jurisdictionem. Ideo sententia cum ipsorum voto lata, revisioni alterius Doctoris non subjacet, sed gradatim ab eis appellatur.

Consultores vero electi ab officiali, jurisdictionem non habent, sed vix dant votum consultivum, ideo sententia cum eorum voto prolata, poterit de ordine Baronis revideri per Assessorem a Barone electum, *Novar. grav. 294. tom. 1. Gram. cons. civ. 118. Capibl. de Baron. pragm. 3. num. 109. tom. 1. Tap. de jur. Regni in const. qua incip. Ea quæ ad decus, n. 47. fol. 133.*

11 Hinc fit, quod Assessor, & Consultor Ordinarius a Barone electus in Curiis Baronalibus, & ab Excell. Vicerege electus in Curiis Regiis cum habeant jurisdictionem ordinariam, comprehenduntur sub dispositione *rit. 49.* ut sola M.C.V. cognoscat de eorum delictis, tam active, quam passive; idest tam si offendat, quam si offendantur; secus vero in delictis extra officium, quia tunc procedit Judex loci, ubi delictum committitur. Et secus in Consultore, qui eligitur ab Officiali, quia ille votum consultivum tantum habet, & nullam jurisdictionem exercet, ut omnia hæc advertit *Sever. ad Sanfel. dec. 345. tom. 3.* ex traditis per *Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 17. nu. 6. Barbat. de fruct. par. 1. cap. 9. num. 40.* & ex traditis per *Franch. dec. 407.*

Et Doctores tenentes Consultorem, seu Assessorem non habere jurisdictionem, sed illorum officium consistere in ministerio consulendi, ut sunt *Tort. ad Stat. Pap. tit. 2. rub. 1. num. 697. fol. 201. & n. 652. fol. 199. Jo. Jacob. Mats. cons. 6. n. 65. Pers. cons. 24. n. 6. tom. 1.*

Intelligendi sunt de Consultore extraordinario, ut supra, secus de ordinario, qui a Vicerege, vel Barone eligitur, cui confertur jurisdictio, juxta *Pragmaticam 18. de Offic. & de his, quæ eis, &c.* & juxta tradita per *Novar. de gravam. Vassall. tom. 1. gravam. 190.*

Et ut plenius Tyrones sciant Officium Judicis, sive Assessoris, in quibus differat, & in quibus conveniat cum Officio Consultoris, & ut pleniorem notitiam habeant.

De jurisdictione, & potestate inter Assessorem, & Capitaneum hic ponamus aliquas Quæstiones, quas formavi tempore, quo fui Judex in Civitate Nuceriæ Paganorum.

QUÆST. I.

De Offic. Assessoris, & Consultoris, ac Gubernatoris, eorumque potestate, & differentiis.

SUMMARIUM.

Occasio, quæ movit Auctorem ad has quæstiones scribendas, num. 1.

Justitiæ baculum est penes Capitaneum, num. 2.

Assessor, Judex, Consultor, Consiliarius, sunt synonima, num. 3. *Et quare sic vocantur*, num. 6. *Et in stricta significatione, quid differant inter se*, num. 8.

Consilium, seu votum Doctoris, in quibus caussis, & quando requiritur, num. 4.

Assessor, & Consultor an, & quando habeant jurisdictionem, & quando votum consultivum dumtaxat, num. 5. 7. 8. & 12.

Consultor electus a Vicerege in Terris Regiis, & a Barone in terris Baronalibus, dicitur Judex Ordinarius, jurisdictionem ordinariam habens; sed Consultor electus ab ipso Officiali, dicitur Delegatus ad illam rem, seu ad illum articulum decidendum, de quo requisitus est, nec potest ultra illam se in aliud intromittere, num. 9.

Sententia Consultoris Ordinarii non subjacet revisioni alterius Doctoris, sed ab ea gradatim appellatur; secus vero sententia Consultoris electi a Capitaneo, num. 10.

Judex, sive Assessor, aut Consultor ordinarius non potest officium exercere, nisi præsentaverit literas commissionales, num. 11.

Judex, sive Consultor Ordinarius comprehenditur sub dispositione ritus 49. *ut sola M. C. V. cognoscat de eorum delictis active, & passive intuitu officii commissis*, n. 12.

Formula Patentis Gubernatoris Civitatis Nuceriæ Paganorum, num. 13.

Formula Patentis Judicis Civitatis Nuceriæ Paganorum, num. 14.

Formula præsentatæ Patentalium, num. 15.

Jurisdictio est concessa copulative, & insolidum tam Gubernatori, quam Judici, imo nulla Gubernatoris est subordinata, & limitata, quod secus respectu Judicis, num. 7. & 16. *& ratio assignatur*, num. 19.

Judex solus caussas expedit mortuo, vel absente Officiali, num. 17.

Judex unus sine alio potest in caussa procedere, & sententiare, ubi plures sunt Judices ordinarii. Quod intellige ab initio, secus post captam litem, num. 18.

Judex quilibet habet officium insolidum, ubi plures sunt ordinarii, num. 19.

Officialis, mortuo Assessore, non potest aliquid facere, nisi alterum Consultorem assumat, num. 20.

Officiales Baronales largo modo Officiales Regii dicuntur, num. 21.

Formula Patentis Reg. Judicis Civitatis Cavæ, num. 22.

Formula Juramenti præstandi per Officiales Regios, num. 23.

Quotidiana est quæstio in Civitatibus, ubi Gubernator cum Judice destinatur ad ministrandam Justitiam, quid possit Gubernator, quid Judex facere? & quid alter, sine altero exequi? Viæ ex omni parte videntur, & qua sit eundum, ignoratur.

1 Occasionem mihi præbet de hac re scribere Assessoratus, quo fungor in hac Civitate Nuceriæ Paganorum, ubi licet sortitus sim Gubernatorem omni virtute quidem ornatum Dominum Octavium Foglia, cum quo nullam prorsus voluntatis dissonantiam patimur, tamen pro laborum gratitudine casus occurrentes, quos a nullo hactenus bene discussos reperio, huic instituti copulare, & ad veram conclusionem re-

di-

digere currenti prout possum calamo, dum hic est librorum inopia, quæ Officiales extra lares commeantes comitatur, non possum undique mihi ipsi satisfacere.

2 Et pro parte Gubernatoris considerandum videtur, quod nullus unquam in dubium revocavit Justitiæ baculum penes Gubernatorem, seu (ut alii vocant) penes Capitaneum omnino residere, ideoque Justitiæ complementum a solo Gubernatore ministrari.

3 Assessor vero, sive (ut alii vocant) Judex, Consiliarius, sive Consultor dicitur ipsius Gubernatoris, ex *l. Consiliarios, ff. de offic. Assessoris, & ex Bald. in l. omnini in princ. C. de advocatis diver. Jud.* & datur, ut assideat, sive assistat in illis casibus, ubi consilium sapientis expeditur, ne Gubernator alio utatur consilio, quam Judicis sibi a Principe, vel Barone deputati, ergo ubi juris articulus vertitur, consilium judex proferre potest; in aliis vero se intromittere non debere prætenditur per Gubernatorem, nisi ubi de consilio est requisitus a Gubernatore.

4 Imo alii tenent, quod statutum mandans caussas expediri cum consilio Doctoris, erit intelligendum, si hoc fuerit a Parte petitum, ita *Novar. in tract. de dationis insolutum, & pro soluto fol. 2. qu. 15. nu. 23. & Thoris in supplem. dec. par. 1. vers. Judex fol. 315. col. 2.*

5 Et non desunt, qui tenent, quod nec Consultor, nec Assessor habet jurisdictionem, sed illorum officium solum consistit in ministerio consulendi, ita *Tort. ad stat. Pop. tit. 2. rub. 1. nu. 697. fol. 202. Pers. cons. 24. num. 6. tom. 1.*

6 At licet prædicta vera esse appareant, per corticem juris discurrendo, tamen re medullitus examinata contrarium pro parte Assessoris verius esse substinebimus. Pro quorum explanatione primo sciendum est, quod licet duæ sint personæ distinctæ; Una pro Gubernio, & ideo Gubernator dicitur; Altera pro caussarum decisione; ideo quia caussas decidit, & judicat, *Judex*, ab aliis vero *Assessor* vocatur, quia Gubernatori assistit, prout Auditores Provinciarum, quandoque etiam Assessores vocantur, quia Præsidi assistunt, *Danz. de pugn. DD. tom. 1. de offic. Audit. cap. 1. num. 4.* & in multis locis *Consultor* vocatur; *Danza dicto tom. 1. super Pragm. pro examine Officialium consideral. 20. num. 96.*

7 Tamen jurisdictio non est solum penes Gubernatorem, & distinctive, ac privative, quoad Judicem, sed insolidum, & copulative communicata, & tam Gubernator, quam Judex ambo habent ordinariam jurisdictionem.

Imo Judex imperium majus habet, quam Gubernator, & administratio cuilibet insolidum competit, prout inter Præsidem, & Auditorem loquendo, firmat *Dan. in d. tit. de offic. Audit. num. 3. & ex l. 4. & l. de omnib. de offic. Præsidis.*

Et cum sit officium auctoritate, & utilitate publicum, eo casu dicit *Caravit. in rit. 53. num. 1.* quod *per text. in l. 1. ff. de offic. Consulis*, administratio cuilibet competit insolidum.

8 Sciendum etiam erit, quod licet Judex, Assessor, & Consultor sint synonima, idem significantia, & passim confundantur inter se, tamen Consultor re vera distinguitur ab Assessore, seu Judice.

Consultor enim stricte loquendo est, qui non ut assistat, neque jus dicat, sed ut consultivum votum proferat, & assumitur ab ipso Officiali, vel quia in literis patentalibus, talis facultas fuit Officiali Idiotæ concessa, ut sibi possit assumere Doctorem non expresso homine, vel quia non est de ordinario Consultore provisus; & quia in Regno est cautum, quod Officialis Idiota procedat in caussis cum consilio Doctoris, necessario debet assumere Doctorem, quem consulat, & ut plurimum Consultores non assistunt in loco judicii, sed in convicinis, & illi habent potestatem consultivam tantum, & aliam jurisdictionem non habent. Secus quando destinatur a Barone cum literis patentalibus, vel a Prorege, ut firmat *Navarius de gravamin. Vassal. grav. 294. ex Gram. cons. civil. 118. Capibl. in Pragm. 3. de Bar. num. 209. tom. 1. Reg. Tap. in suo opere Jur. Regni in const. incipiente, ea quæ ad decus num. 48. fol. 133.*

9 Et ratio diversitatis est, quia Consultor electus a Capitaneo dicitur Delegatus ad illam rem, quam ipse Capitaneus per se explere non potest, & non datur ordinarius; non enim potest alium ordinarium facere, sed solum potest delegare, ut concludit *Alex. in rub. ff. de offic. ejus.*

Adeo quod si transmittatur Processus pro uno articulo decidendo non potest dictus Consultor ultra illam se extendere, nec aliquid novi facere, nec Testes, aut scripturas recipere, cum jurisdictionem non habeat ordinariam, sed delegatam ad illum articulum decidendum, de quo requisitus fuit a Capitaneo delegante, *Marant. cons. 30. nu. 10. & 11.*

Secus quando Consultor, sive Judex, vel Assessor est a Barone electus in suis Terris, & ab Excell. Prorege in Terris Demanii; quia habet potestatem ordinariam, & non delegatam, neque restrictam ad articulum decidendum.

10 Et ideo sententia Consultoris dati a Barone in Terris Baronalibus, & a Prorege in Terris Regiis, revisioni non subjacet, sed gradatim ab ea appellatur, tanquam ab habente ordinariam jurisdictionem.

Sententia vero Consultoris electi ab Officiali poterit revideri de ordine Baronis per Assessorem a Barone electum, hanc distinctionum firmat *Novar. dict. gravam. 294. & Gram. d. cons. civil. 118. Capibl. in d. Pragm. 3. num. 209. tom. 1. Reg. Tap. in d. const. ea, quæ ad decus, n. 47. fol. 137.*

11 Assessor itaque, seu Judex ordinarius, proprie, & stricte loquendo est ille, qui destinatur a Domino Prorege in Terris Regiis, & a Barone in Terris Baronalibus, qui non potest Officialem exercere, nisi prius præsentaverit literas commissionales Syndico, & Electis loci, præstita cautione de stando, & parendo syndicatui, *Carrab. sing. 39. & 43. & sing. 193.* ubi allegat *Aunæ allegat. 143. Vant. rub. de nullitatib. ex defectu jurisdictionis delegat. nu. 34. fol. 130. ater.*

12 Et adeo est verum, quod Assessores, & Consultores ordinarii destinati ab Excell. Prorege, vel a Barone, ut supra, habent juridictionem insolidum cum Capitaneo, quod dicti Assessores, & etiam Consultores in delictis intuitu eorum officii commissis, tam active, quam passive comprehenduntur sub dispositione *rit. M.C.V. 49.* ut sola M.C.V. cognoscat. Et si non haberent jurisdictionem, sub dicto *ritu* non comprehenderentur, & dictus *ritus* declaratur per *Pragm. 47. de offic. Mag. Justit.* quæ in veteri compilatione erat, 46. & per dictam *Pragm.* remanet etiam declarata *Constitutio Regni cum justa*, & ita in specie advertit *Sever. ad Sanfel. decis. 345. tom. 3. vers. verum enim in Consultore.*

Et adeo est verum, quod Assessor habet jurisdictionem insolidum cum Capitaneo, ut in commissione solent aliquoties apponere easdem clausulas meri, & mixti imperii, cum gladii potestate, & quatuor litteris arbitrariis, & cum eadem potestate, prout conceditur Gubernatori, ut in sequentibus Patentalibus est observandum v3.

Formula Patentis Gubernatoris Civitatis Nuceriæ Paganorum.

13 D. Eleonora de Maura, y Corte Real Marchionissa Castri Roderici, Comitissa de Luminares, utilis Domina Civitatis Nuceriæ Paganorum, Domina Terræ Novæ, & Villæ de Lamegal, Insularum Terzeræ, Sancti Geor-

Georgii Fayal, & Pici, ex Primatibus Hispaniæ, &c.

MAgnifico Octavio Foglia gratiam nostram, & bonam voluntatem. Cum nobis providendum sit de officio Gubernatoris, sive Capitanei Civitatis Nuceriæ Paganorum, ejusque Casalium pro justitiæ cultu, & subditorum nostrorum bono regimine, de tua fide, bonitate, & sufficientia admodum confisi, Te prædictum Octavium Foglia, tenore præsentium facimus, facimus, constituimus, & creamus Gubernatorem, sive Capitaneum prædictæ Civitatis Nuceriæ Paganorum, ejusque Casalium per annum integrum a die adeptæ possessionis; merum tibi, ac mixtum imperium concedimus, gladii quoque potestatem, & quatuor literas arbitrarias, cum caussarum omnium civilium, criminalium, & mixtarum omnimoda cognitione, & judicatione usque ad diffinitivam sententiam, & ejus exequutionem inclusive exercendi tibi facultatem concedimus, solitamque quoque provisionem tibi præstandam per prædictam Civitatem Nuceriæ, & Casalia eo modo, & forma, ut tui prædecessores gavisi sunt, & cum omnibus aliis juribus, præeminentiis, honoribus, dignitatibus, prærogativis, gagiis, lucris, emolumentis ad dictum Officium spectantibus, ac spectare solitis, & consuetis, prout prædecessores tui habuerunt. Te igitur comparentem personaliter ad dictam Civitatem officium prædictum assumere, illudque ad fidelitatem Regiam, & Catholicæ Majestatis ad bonum Regimen exercere; præstita tamen per Te cautione de stando juri, & parendo judicatui, servata forma Regiæ Pragmaticæ, aliarumque Constitutionum, & Regni Capitulorum, singulis conquirentibus æqua lance justitiam ministrare, Viduas quoque, & Pupillos, cæterasque miserabiles personas tibi commendamus. Pœnas autem, & banda, quæ rite, & recte processerint a transgressoribus irremisibiliter exigi volumus. Decernentes insuper, quod nullo modo corporales pœnas in pecuniarias possis absque nostra licentia in scriptis commutare, nec ad actum irretractabile nobis inconsultis procedas. Mandantes propterea Magnificis Syndicis, Electis, & hominibus dictæ Civitatis, & Casalium, quod per eos & quemlibet ipsorum præsentis nostræ commissionis forma inspecta, illam ad unguem observent, & observari faciant pro quanto gratiam nostram caram habent, & si pœnam ducatorum mille cupiant evitare. Præsentes litteræ præsentanti remaneant. In quorum fidem, ipsas manu nostra subscriptas, sigilique nostri impressione munitas per manus nostri subscripti a Secretis fieri jussimus, &c.

Datum die 25. Novembris 1684.

Adest Sigillum.

La Marq. de Castel Rodr. Señora de Nochera, &c.

14 Formulam Patentis Judicis Civitatis Nuceriæ Paganorum habebis in præcedenti *Cap. num. 2.* & proinde hic non repetitur; solum ponitur hic Formula præsentatæ ipsius, tenoris sequentis, v3.

15 DIe sexto mensis Decembris millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto 1684. Nuceriæ Paganorum. Rescriptæ litteræ Patentales exhibitæ, & præsentatæ fuerunt per retroscriptum Dom. Magnificum U. J. D. Leonardum Riccium Judicem hujus prædictæ Civitatis Nuceriæ coram Magnificis U.J.D. Josepho Villano, Francisco Antonio Buonincontro, & Phisico Doctore Josepho Scalfati Syndicis Universitatis ejusdem Civitatis, per quos fuerunt receptæ supra caput, omni qua decet rev., & fuit dictum, quod observentur juxta earum seriem, continentiam, & tenorem, pro quarum observantia fuit dictus Magnificus U.J.D. Leonardus immissus in veram, & realem possessionem prædicti Officii, præsentibus pro testibus Magnificis Vespasiano de Broya, Paulo Sarno, Jo: Castagna, & aliis testibus de dicta Civitate Nuceriæ, & ad fidem, &c.

Notarius Lucas Scalfatus Archivarius, & Secretarius dictæ Civitatis.

Eodem die capta est fidejussio in forma.

Et in fidem.

Idem qui supra Not. Lucas Scalfatus.

16 EX quibus commissionibus notandum erit, quod illa jurisdictio Gubernatoris est limitata, & magis restricta, quia non potest quicquam facere, absque mandato, & consilio Judicis.

Sed jurisdictio Judicis est ei tributa absque ulla limitatione, & restrictione cum eodem mero, & mixto imperio, & cum eidem quatuor literis arbitrariis, & cum eadem obedientia præstanda per subditos, colligitur, & habetur etiam apud *Dana. loc. sup. cit. ex l. 4. & d. l. omnibus de offic. Præf.*, & si in commissione desint illæ clausulæ meri, & mixti imperii, & aliæ supra, prout revera non semper illas apponunt, adhuc intelligitur concessa insolidum jurisdictio, *Dana in supracit. tit. de offi. Audit. ex l. 4. & dict. l. omnibus, ff. de offic. Præf.*

Judex enim non solum habet jurisdictionem consultivam, sed jurisdictionem ordinariam exequendi justitiam, & merum, & mixtum imperium, *Liparul. ad Andr. in cap. 1. de regali num. 68. in verb. consuetudine, Bossius in tit. de sentent. num. 21. Capibl. in Prag. 3. de Baron. ante num. 215.*

Sed Gubernator habet limitatam jurisdictionem, tunc exercendi merum, & mixtum imperium, quando per Judicem fuerit ei datum consilium de ita, vel ne faciendo, & absque tali consilio nihil facere potest, *D. Altim. in rub. 10. de nullis qu. 11. D. Petra rit. 295. num. 184.*

17 Imo Judex, Gubernatore mortuo, vel absente potest ipse solus, absque Gubernatore caussas expedire, & ita ab antiquis temporibus, semper fuit practicatum, teste *Caravit. rit. 64. in fin.* super quo scripsit anno 1559. & teste *Dana. tom. 1. de pagn. DD. tit. de offic. Aud. cap. 3. num. 11.* quod postea in anno 1616. fuit per *Pragm. 10. de offic. Jud. in cap. 15.* hoc ex professo statutum, ut latius nos in *qu. 10.*

18 Et ratio est, quia quando sunt plures Judices ordinarii, potest unus sine alio ab initio cognoscere, & sententiare, ita ex *l. 1. ff. de offic. & l. Pomponius*, alias incipit *Si uni*, & ibi *Bart. ff. de re judicata*, allegata per *Maran. in part. 4. dist. 5. num. 31.*, ubi ra-
19 tionem assignat, quia ubi sunt plures ordinarii, quilibet habet officium insolidum, ex *l. Imperator, ff. ad municip.* Et qui incipit debet finire, nisi ex justa caussa esset impeditus, ut in *quarta Quæst.* latius dicemus, ex *Marant. part. 4. dist. 16. num. 6.*

20 Gubernator vero licet similiter habeat officium insolidum, & possit mortuo suo Assessore, vel absente caussas expedire; tamen, quia jure peritus non est, non potest aliquid facere, nisi alterum jureperitum assumat in locum mortui, vel absentis, ut latius in *sequentibus Quæstionibus* dicemus.

21 Hoc demum sciant Tyrones, quod Officiales a Baronibus ad justitiam ministrandam electi adhuc Regii appellantur, quia cum ipsi Barones, qui eos constituunt, merum, & mixtum imperium a Rege habeant, etiam eorum Officiales dicuntur a Rege jurisdictionem habere, ut per *Caravit. in rit. 49. num. 7.* quem sequitur *de Marin. lib. 4. resol. 81. num. 17.*

Formulas hic posuimus Patentalium Baronalium tantum, & nullam patentem Regiorum Officialium, quia cuique potest accidere necessitas formulandi dictas commissiones Baronales, quod secus respectu Regiorum Officialium, quorum Patentes expediuntur a Regio Palatio, Item quia circa clausulas conveniunt,

Digitized by Google

niunt, & solum differunt circa juramentum præstandum in manibus unius ex Regiis Coll. Consiliariis. Propterea in gratiam Tyronum placuit unam formulam hic inserere Regii Assessoratus Civitatis Cavæ.

Formula Patentis Regii Judicis
Civitatis Cavæ.

Carolus Dei gratia Rex, &c.

22 D. Gaspar de Haro, & Guzman, Marchio Carpii, &c. In præsenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis.

MAgnifico viro U. J. D. D. Dominico Sasso Regio fideli dilecto gratiam Regiam, & bonam voluntatem. Confisi de tua fide, prudentia, probitate, & integritate ab experto, tenore præsentium de certa nostra scientia præfatæ Majestatis nomine Te in Judicem, & Assessorem penes Magnificum Capitaneum Civitatis Cavæ, pro uno integro anno, & deinde in antea ad beneplacitum facimus, constituimus, & fiducialiter ordinamus, amoto ab inde quolibet alio pro tempore inibi forsitan ordinato sine ejus infamiæ nota, recepto prius a Te de officio ipso bene, fideliter, & legaliter exercendo, corporali ad Sancta Dei Evangelia juramento, quo supra tibi præcipimus, & mandamus, quatenus ad dictam Civitatem Te personaliter conferentem, sic dictum officium exercere debeas, ut valeas coram præfata Majestate, & nobis merito commendari, & ad majora provehi; mandamus propterea per præsentes Magnificis Capitaneo, Universitati, hominibus, & personis dictæ Civitatis, & aliis, ad quos spectabit, quatenus statim receptis præsentibus, Te in administrationem, & exercitium dicti Assessoratus officii dicto tempore perdurante admittant, & recipiant, tractentque decenter, & favorabiliter, prout expedit, respondeantque, & responderi faciant, per quos decet de provisione, lucris, gagiis, & emolumentis tuis in dicto officio Assessoratus prædecessoribus dari, & exhiberi solitis, consuetis, & debitis; Volumus tamen, & expresse declaramus, quod si infra annum ab administratione dicti officii absens fueris sine nostra expressa licentia, ipso facto, ipsoque jure sis privatus de eodem officio, prout per præsentes privamus, & privatum fore declaramus; secus non agatur sub ira Regiæ indignationis, ac pœna ducatorum mille; Declaramus etiam per præsentes, quod prædictus Magn. U. J. D. D. Dominicus Sasso præstitit in posse Specta-
23 bilis Regentis Ignatii Provenzalis Regii Collateralis Consilii, ac Regiam Cancellariam Regentis juramentum, juxta formam Capituli, & Pragmaticæ, per Cæsar. Majestatem felicis memoriæ editæ, cujus Capituli tenor talis est: Item recipiant juramentum in forma subscripta a quolibet prædictorum Officialium in quocumque officio ordinetur, scilicet quod per se, vel per alium sub spe, & occasione habendi hujusmodi officium non dedit aliquid, nec intendit aliquid dare, nec aliquid pro se, nec dare promisit Justitiario alicui, aliique officiali, vel alicui pro ipso, vel uxori, vel alteri personæ sub colore fraudis, durante officio, nec finito, occasione promissionis prædictæ, ratione officii obtinendi; simile juramentum præstabunt omnes Officiales, qui per nos, vel per nostram Curiam creabuntur pro tempore, & nisi juraverint modo prædicto, non possint dictum officium exercere, & illud exercendo, eadem teneantur pœna, qua tenerentur, si sine mandato sibi officium usurparent, & ille, qui debet juramentum prædictum ab Officialibus recipere, si non receperit, pœna unius libræ auri Fisco nostro componatur, & tota forma præsentis Capituli in Commissione uniuscujusque Officialium inferatur; Officialis autem, qui debet juramentum ipsum recipere, in præsentia decem testium ipsum recipiat: Juraverit insuper curare, & facere cum effectu insimul cum Magnifico Capitaneo dictæ Civitatis, quod per Universitatem, Syndicos, Electos, & Deputatos ad Regimen ipsius indiminute, & ad unguem observentur Regiæ Pragmaticæ per nos editæ pro bono Regimine Civitatum, Terrarum, Castrorum, aliorumque locorum hujus Regni, & ipse insimul cum dicto Magnifico Capitaneo certiores nos reddere de dictarum Pragmaticarum observatione; Volumus etiam, quod præsens nostra provisio, atque commissio suum sortiatur effectum, si a Te dicto Magnifico U. J. D. D. Dominico Sasso ratio de alio officio, quod forte gessisti, reddita sit in syndicatu, juxta formam Capitulorum, & Pragmaticarum Regni, cum absolutionis Testimonio, de quo in Regia Camera Summariæ ante traditionem dictæ Commissionis constet, & in commissionalibus litteris fiat fides, sive minus præsens nostra concessio, atque provisio nullius sit roboris, & momenti. Declaramus etiam per præsentes, quod prædictus Magnificus U. J. D. Dominicus Sasso fuit approbatus per Regiam Junctam examinis Doctorum ad judicatus M.C.V.; præsentibus Regio sigillo a tergo impressis præsentanti singulis vicibus remansuris.

Datum Neap. in Regio Palatio, &c.

D. Gaspar de Haro, y Guzman.

Vidit Carrillo Reg. Vidit Soria Reg.
Vidit Provenzalis Reg. Vidit Jacca Reg.

QUÆST. II.

SUMMARIUM.

OFficialis volens exequi votum sui Consultoris, an, & quomodo possit cogi, late discutitur, num. 1. 13. 15. & 17.

Officialis absque voto sui Judicis non potest carcerare, excarcerare, nec alium actum facere, num. 2., *aliàs incurrit in pœnam ducatorum mille, & alia corporali arbitraria pœna*, num. 9. & 10.

Judices tenentur resistere Officiali aliquid facienti sine suo consilio, & si resistere non possunt, tenentur denunciare Reg. Coll. Consilio, vel Excellentiss. Proregi, vel Baroni, si est Officialis Baronalis, num. 3. & num. 13.

Caravita in rit. 39. *expenditur* num. 4. *& scripsit anno* 1559. num. 8.

Consuetudo Judicantium prava, non excusat a peccato, ideo emendanda est, num. 5.

Officiales, qui sine consilio Judicum administrant, sunt privandi, num. 6.

Roboam Regno privatus fuit, quia suos Consiliarios audire negavit, num. 7.

Votum, seu consilium Doctoris in Regno est necessarium in omnibus decretis tam civilibus, quam criminalibus, num. 10.

Officialis non potest se intromittere in caussis civilibus, sed solum Judex; in criminalibus uterque, & ubi firmat unus sine alio, num. 11.

Officialis sine consilio sui Doctoris carcerans, licet captura sit nulla, tamen non potest dictum nulliter carceratum excarcerare sine voto sui Doctoris, num. 12.

Quod una via prohibetur, altera concedendum non est, num. 14.

Cui concessum est unum, videntur ei concessa esse omnia, sine quibus illud unum perfici non potest, num. 16.

Statutum extenditur ad caussas ubi militat eadem ratio, num. 18.

Extensio etiam in materia exorbitanti fit ad casum, qui substantia non differt ab expresso. Et quando nemo prudens dubitaret statuentes non aliter responsuros, num. 19.

Tria destruunt Rempublicam, num. 20.

Imperatores Carthaginienses sine Consilio aliquid facientes, etiam quod felicem successum traherent, in crucem

cem extolli existimabant, num. 12.
Decisio ad favorem Judicis Brundusii refertur, num. 22.

PEregrina, & ingens sequitur quæstio, & in chaos dubitationis obtrudi multos vidi in specie hujus secundæ Quæstionis, quæ inter Gubernatores, & Assessores oriri solet: dum Gubernator tantum habet claves, & potestatem carceris, *Capibl. de Baron. cap.* 17. *num.* 5. & non Judex. Unde licet a Judice fiat decretum, quod quis sit capiendus, vel excarcerandus, tamen facto decreto de aliquo carcerando, vel excarcerando, si Capitaneus nolit juxta votum exequi, tunc non possit Judex aliquid aliud facere, cum fun-
1 ctus sit officio suo? Et cum Capitaneus non sit subditus Judicis, an possit invito Judice, ut solent Gubernatores, carcerare, & excarcerare, & ad favorem Gubernatoris servari in praxi testatur *Carav. ritu* 39. *num.* 2. *versus finem.*

2 Sed his, & similibus non obstantibus contrarium, tam de Jure communi, quam de Jure Regni servandum esse, clarissime monstrabitur. Non enim potest Capitaneus carcerare, nec excarcerare, citare, habilitare, nudumque actum judiciarium, nec quicquam aliud facere absque voto sui Assessoris, ut concludit *Vincentius de Vita in suo repertorio juris*, *verb. Officialis fol. mibi* 198. *col.* 2. *& Capibl. par.* 2. *cap.* 17. *num.* 8. *Paris de Puteo de syndic. Offic. fol. mibi* 90. *Vant. de nullit. fol. mibi* 101. *Mantic. voto* 97. *num* 33. *Giurba in cons.* 31.

Et sic disputando de Jure communi tenent *Specul. intit. de requis. Cons. sub num.* 12. *vers. Nota quod non solum*, *Capol. caut.* 77. *vers. Tertia cautela est*, *Cynus*, *Salycetus*, *& Jason in l. certi Juris*, *C. de judiciis.* Et *Rip. in rubr. de rei vendic. num.* 5. ubi strenue impugnat contra *Bald.* & alios contrarium tenentes.

3 Et in Regno habemus expressam legem per duo *Capit. Regni*, unum quod incipit: *Item quod Præfati Justitiarii, & Capitanei*, ubi providetur, quod Præsides Provinciarum, & Capitanei Terrarum non audeant hoc facere, nec etiam aliquem actum judiciarium exercere sine consilio sui Judicis, & casu quo aliter fecerint, teneantur Judices eis resistere. Quod si non resipuerint, denuncient Domino Regi, seu Reg. Collat. Consil. quod idem intelligendum est de Officiali Baronali, ut suo Baroni, vel Excellentissimo Proregi denunciet.

Et aliud *Capit.* incipit: *Item caveant Justitiarii*, cum his concordat *Rit. M.C.V.* 39. ubi late *Caravit.*

4 Nec obstat, quod idem *Carav. num.* 2. (ut ex parte Capitanei est allegatus) dicat dispositionem dictorum Capitulorum non vidisse servari; sed vidisse quotidie Regentem M.C.V., Justitiarios Provinciarum, & Capitaneos Terrarum arrestare homines, nedum absque Judicum consilio, verum etiam & ipsis invitis, & multoties sine caussa.

Nam ut ipse ibi dicit, hoc succedit, non quia ita juris, & licitum sit, sed quia Judices resistere non audent, & rationem assignat, quia Capitanei, qui talia agunt, sunt viri militares, & superbi, quibus ob bonam fortunam, quam habent in hoc Regno, omnia feliciter eis succedunt, & in syndicatu ob eorum proceritates statim dimittuntur, & multoties querelantes ex accusatoribus accusati evaserunt.

5 Nec poterit hæc mala dissonantia legum pro consuetudine allegari; Nam consuetudo judicantium prava, qui deseruerunt observantiam legis justæ, pro quo militat vis rationis naturalis non excusat a peccato, quia leges non custodiunt, & recte statuta violant, prætextu, quod ab aliis non sunt observata, sed emendanda est prava consuetudo legibus adversaria; ita exclamat *Carlevul. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 3. *num.* 591. in casu simili loquente de *Carav.* qui in *rit.* 228. dixit aliquos Ritus non servari, & ipsemet *Caravit. num.* 4. subjungit hæc formalia verba.

6 *Sed hi omnes, qui sine consilio Judicum administrant, sunt administratione privandi, sicut Roboam*
7 *Regno privatus fuit, quia consilio eorum, qui sibi dati fuerant, pro consilio audire negavit, ut habetur in* 3. *Regum c.* 12. *c. Ecclesia* 16. *q.* 1. *&c. denique* 7. *q.* 1. *cum multis aliis ibi cumulatis.*

Et demum *d. Carav. num.* 5. dicit v3. *Necessario concluditur ab omnibus nihil esse agendum sine consilio.*

Itaque doctrina *Carav.* non meret allegari pro parte Capitanei, sed pro parte Assessoris contra prætensiones Capitanei.

8 Est insuper notandum, quod *Carav.* scripsit super *d. ritu* anno 1559.

9 Ideo anno 1619. fuit edita *Pragm.* quæ est 18. *sub tit. de Official. & quæ eis probibeant.*, quæ incipit: *A nostra notitia è pervenuto, come &c.* continens, quod dum ad notitiam venit illud, quod *Carav. d. rit.* 39. *num.* 1. narravit, scilicet: *Capitaneos Terrarum in Provincia Terræ Laboris absque voto Consultoris Ordinarii procedere via facti, ideo sub pœna ducatorum mille, & alia corporali ad arbitrium S. E. in omnibus caussis civilibus, & Criminalibus non procedant absque voto Consultoris Ordinarii.*

Et demum in anno 1621. ex Madrid fuit edita alia *Pragm.*, quæ est 52. sub *tit. de Offic. Magistr. Justit.* ubi §. 1. itidem dicit Rex, quod ad notitiam suam venit absque consilio Judicis procedi per Regentem M.C.V. ideo non audeat id amplius facere, sed cum voto Judicis in omnibus, ut olim solitum erat.

Et dum Capitaneus locorum non habet majorem prærogativam, quam Regens M.C.V. ideo a fortiori non debet audere sine consilio sui Judicis procedere.

Accessit tandem alia *Pragm.* in Regno publicata 28. Julii 1632. quæ est 23. sub *tit. de Official. & quæ eis probibeantur*, super qua *Pragm. Danza* plures considerationes fecit, *in tom.* 1. *de pugn. DD.* & in *consider.* 20. *num.* 111. ex verbis *d. Pragm.* ibi: *Quelle persone, che pretenderanno essercitar officii, che sia necessario esser Dottori.*

10 Concludit, quod in omnibus decretis, tam civilibus, quam criminalibus, & de primo ad ultimum est necessarium consilium Doctoris. Et ita verba *Pragmaticæ* esse adaptanda, alias *Pragmatica* prædicta frustra esset emanata.

Idem sentit *Scial.* quod quicquid sit de jure communi, tamen in Regno nostro requiritur omnino votum Doctoris in omnibus, *cap.* 12. *num.* 33. *in pram. forjud.* Ita *Rovitus* quoque in *Pragm.* 1. *num.* 8. *de Official. Capibl. in Prag.* 3. *de Baron. num.* 214. *Novar. de gravam. Vassal. tom.* 1. *gravam.* 190. *num.* 3.

11 Imo *d. Novar.* dum esset ipse Judex in Civitate Amalphitana, & haberet has differentias cum suo Capitaneo, fuit decisum per Reg. Collat. Consilium, quod in civilibus penitus se intromitteret Capitaneus, sed solum Judex.

Et a fortiori in criminalibus, ubi de majori periculo agitur, cum de vita hominis tractetur, similiter omnia fiant de voto Assessoris, & apud dict. *Novar.* sunt insertæ provisiones dicti Reg. Coll. Cons.

Itaque in Regno non est amplius de hoc disputandum, dum in civilibus firmat solum Judex. Verum sententiæ diffinitivæ civiles firmantur tam a Judice, quam ab Officiali, & literæ executoriales firmantur solum ab Officiali, & non a Judice, & in criminalibus firmat tam Judex, quam Officialis, & ita in praxi utimur.

12 Adeo quod in nostro Regno si Capitaneus faceret carcerationem sine consilio, ut supra, licet dicta captura sit nulla, & injusta: tamen postquam facta est, Capitaneus non potest excarcerare, & carceratum dimit-

Digitized by Google

dimittere sine consilio Assessoris.

Quia hoc ultimum esset pejus priori, ut dictat *Rit. M.C.V. 39.* & concludit *Caravan dict. rit. num. 9.*

Et ratio assignatur, quia multoties injuste carceratio justificatur post factam carcerationem, & ne delicta remaneant impunita, permitti non debent malorum conculcationes. Et multa facta tenent, quæ fieri prohiberentur.

Nec valet dicere, quod facto voto per Assessorem, functus sit Assessor officio suo; & quod Capitaneus nolens dare executionem, remaneat ad libitum Capitanei; dum Assessor non est superior illo, nec potestatem habeat cogendi Capitaneum ad id exequi faciendum.

13 Nam ut supra dictum est, Assessor tenetur resistere Capitaneo contra jus aliquid facienti. Imo, si Assessor non resistit, punitur. Quia ad hoc datur sapiens Consultor, ut assistat Capitaneo juris non perito, ne contra jus agat, & justitiam sitiant pauperes, subdit *Andr. de Barul. in tract. super 3. lib. Cambr. de Magistr. scrinariis. 1. lib. 12. Marant. disp. 1. n. 23. Bald. in Quoniam Judices, Cod. de appell. Bart. in tract. Repræsal. in 6. qu. princip. Paris de Put. de synd. in vers. Resistentia*, ubi plene, & in Regno sunt duo *Capit. Regni*, unum quod incipit *Item caveant justitiarii 295.* ubi mandatur, quod Assessores resistant, ut supra, alias puniuntur, quia ideo fuerunt dati ad assistendum; & si non posset resistere, debet Assessor saltem protestari, quod non consentit, & sic excusatur in syndicatu, ita *Marant. ubi supr.* & debet nunciari Principi; Alias sequeretur nedum maximum inconveniens, & notabile damnum populis contra mentem Principis legislatoris; Verum, & contraventio *Reg. Pragm. 18. de official. & quæ eis prohibeantur*, per quam Capitaneus incurreret in pœnam ducatorum mille, & in aliam pœnam corporalem arbitrio S. E. & contraventio tot statutorum Regni, & arrepta esset via Officialibus Idiotis faciendi id, quod ad nutum sui capitis placeret, nulla lege servata, cum id, quod una via prohibetur, altera concedendum non sit, *l. si oportet, §. si mater, ff. si tutor. & curat. dat. ab iis, l. 3. §. liberi, & l. post mortem, §. exhærere, §. exhæredati, ff. de bonorum possess. & cap. cum quid una via, de regul. jur. in 6.*

14 Assessores de vento servirent, & tot leges, tot Regni Capituli, & tot Pragmaticæ supra enunciatæ frustra essent emanatæ.

15 Ideo quando Capitaneus nollet exequi, tunc Assessor, ob potestatem, quam habet ordinariam, & insolidum, ut supra diximus, postquam ter requisivisset Capitaneum pro executione judicati; potest ipse absque Capitaneo, ipsoque contradicente executioni demandare judicatum, ne sua sententia frustratoria reddatur, & ne populus justitiam sitiat ob Capitanei imperitiam. Pro qua repellenda, refrænanda, atque regulanda Assessor ad ei assistendum est datus.

16 Et cui unum est concessum, videntur esse ei concessa omnia, sine quibus illud unum perfici non potest, argum. *l. cui jurisdictio 2. ff. de jurisd. omnium Judicum.*

17 Et si Judex se viribus imparem cognosceret, ob aliquod imminens scandalum vitandum cautius ageret, si Superiores certioraret; & audivi multos carceratos obtinuisse provisiones, ut fractis januis, fractisque carceribus executioni mandetur sententia Judicis.

Nec obstat, quod *ritus 39. & pragm. 52. de offic. Mag. Just.* loquantur de Reg. M.C.V. tantum, & nullum verbum faciant de Capitaneis locorum. Et quod *Pragm. 18. de official.* loquatur de Provincia Terræ Laboris tantum, & non de aliis Provinciis Regni.

18 Nam statutum semper extenditur ad casus, ubi militat eadem ratio, ut concludit *Campan. resol. 15. nu. 18. ex Imol. in Clement. 1. de excß. num. 18. vers. ex ista, glos. relata per Rov. in prag. 1. de assassin. num. 42.*

Et ratio, quæ militat in *Ritu, & Pragmaticis* prædictis una est, ne ex imperitia Capitanei juris imperiti injustitia fiat, & inconvenientia succedant, ubi in dicta *Pragmatica; Dal che ne nascono molti inconvenienti.*

Quæ ratio dum militat in Reg. M. C. V. & in Capitaneis Terræ Laboris, æque militat, imo a fortiori multo magis militat in aliis Regni Curiis.

19 Et etiam in materia exorbitanti fit extensio ad casum, qui substantiâ non differt ab expresso.

Et quando nemo prudens dubitare potest statuentes non aliter responsuros, si interrogati essent, vz. An inferiores Regni Curiæ omnes comprehendi vellent in dispositione *Ritus, & Pragmaticarum* prædictarum; Certe pro expressis haberi debent, ita *Farin. in fragm. in verb. extensio num. 266.*

20 Nam tria destruunt Rempublicam. Non prudens, neque digestum consilium, privatum commodum, & latens odium, *De Ponte de potes. Proreg. tit. 3. §. 5. num. 10.*

21 Et Assessoris officium adeo Carthaginensibus placuit, ut Imperatores, qui sine consilio aliquid administrassent, etiam quod prosperum, felicemque successum res traheret, in Crucem tolli existimabant. Ita traditur in opusculo intitulato, *Chi l'indovina, è savio, lib. 5. disappanno 6.* Unde Julius Cæsar dicebat, non minus Imperatoris esse consilio superare, quam gladio, ut testatur *Onosand. in tract. strategic. cap. 3. fol. 18.*

22 Et hanc quæstionem refert determinatam ad beneficium Assessoris Brundusii, *Capibl. de Baron. cap. 17. per totum* omnino videndus.

☞ Et Gubernator omnino obstringitur sub pœna nullitatis actorum gestorum, *l. 1. ff. de offic. Assessoris, Petra ric. 295. num. 184. tom. 4. fol. 332.*

Sed dum in civilibus non potest Gubernator se intromittere, & in criminalibus neque carcerare, nec excarcerare, nec habilitare, nec aliud facere, & dum omnia potest facere Assessor, ad quid deservit Gubernator? dum videtur manere sub jussu Judicis. Quæstionem de hoc formabimus separatam, & dubium hoc explanabimus separatum, ut infra.

Data hæc 2. *Quæst.* die 12. August. 1685. in hac Civitate Nuceriæ Paganorum.

U. J. D. Leonardus Riccius.

QUÆST. III.

SUMMARIUM.

Votum Doctoris adhibendum est omnibus illis casibus, in quibus articulus juris, & controversia Partium vertitur, num. 1.

Votum Doctoris in decretis ordinariis, ut in termini datione, publicatione, conclusione, & similibus non requiritur, num. 2. *contrarium verius*, num. 3.

Damnific. antiqua pœna, & dubia plura, remissive, num. 4.

Procurator non admittitur in S. R. C. & in M. C. V. nisi examinatus, & matriculatus sit, num. 5.

Consilium Doctoris in omnibus actis necessarium, num. 6.

Præses Provinciæ non potest aliquid facere sine consensu, & sententia Auditorum, num. 7.

Tertia quæstio paulo abstrusior nunc enodanda erit de Animalibus damnificantibus, interceptis, & caussis damni dati; an votum Assessoris sit necessarium? anve Gubernator possit absque voto animalia dimittere? In locis ubi Curia Capitanei cognoscit de dictis caussis; & in locis ubi adest Curia bajularis, a qua appellatur ad Curiam Capitanei; An Officialis sine Assessoris consilio inhibitoria expedire potest, &

in caussa appellationis procedere, & ita in caussis famulorum, & in aliis caussis modicis; Et ratio dubitandi erit, quia tunc nullus juris articulus venit consulendus; dum in caussis damni dati sunt pœnæ capitulares contentæ in capitulis, & statutis cujusque Universitatis, & caussæ modicæ famulorum non requirunt consilium.

1 In omnibus enim casibus, ubi articulus juris tantum, & in quibus periculosa controversia partium imminet, votum Doctoris adhibendum esse, & non aliter, tenent *Thor. in compend. decis. tom. 2. verbo Judex fol. 312. col. 2. arg. coram qua*, dicit *Felin. in cap. ex parte num. 5.*

2 Imo in decretis ordinariis, nempe termini datione, publicatione, & conclusione, aliisque similibus actis ordinariis, non desunt asserentes consilium Doctoris non requiri, ex *Bald. l. ult. col. antepen. sub num. 12. vers. ex dictis, C. an liceat tertio provocare, per Text. in l. 1. §. quod ibi sentent. ff. quando sententia sit l. Romanius l. si quis mihi bona §. penult. ff. de acquir. hered. Marsil. cons. 80. num. 7.*

3 Nihilominus quicquid velint supracitati Auctores de jure communi loquentes, controversia hæc terminata fuit in Regno ex Statutis, & doctrinis in retroscripta secunda *Quæst.* plene adductis, & de jure communi etiam votum Sapientis in omnibus decretis esse adhibendum verius existimarunt, *Specul. tit. de requis. consil. sub num. 12. vers. nota quod non solum, Capol. caut. 77. vers. tertio caute, Rip. in rubr. de rei vendic. num. 5.* ubi strenue impugnat contra *Bald.* aliud sentientem.

Nec juvat dicere, quod in dimittendis animalibus pro damno dato captis; in mercede famulorum, & caussis modicis nullus venit decidendus articulus, & ita quoque in termini datione, publicatione, & aliis actis ordinariis.

Nam primo dico, hoc suppositum esse valde falsum; dum si de animalibus damnificantibus loquimur, quamtæ circa hoc sunt intricatæ juris controversiæ; videndus est *Novar. Capibl. & Viv.* apud quos late reperies varios circa hoc juris articulos.

Ut si damnum sit datum cum dolo, vel sine, & e converso, si Dominus fundi cum dolo passus sit sibi damnum dari, sinendo animalia ingredi, cum præsens ipse potuerit illa arcere, & non ingredi facere.

Item quando animalia unita sub uno pastore sint diversorum dominorum, quando unica, & quando plures pœnæ debentur a singulis dominis.

Item, quando pœna debetur ultra damni emendationem.

Item, quando pœna capitularis, quando pœna banni, quando emendicio banni tantum.

Et an æstimari debeant tanti, quanti vendi potest tempore damni, an vero expectandum tempus messium, de quo variæ sunt Doctorum sententiæ, ut *Mans. de caussæ execut. conject. 34. & Viv. decis. 280.* & alii apud eos invicem repugnantes.

Item quando præsumitur factum damnum a vicinis.

Et quando tenetur Dominus animalium, quamvis ipso ignorante factum sit damnum a custode.

4 Et quando solvitur diffida, & damnum, & quando damnum tantum, & multa alia per nos collecta in *cap. de damnis datis*, & in caussis modicis quibuscumque potest esse articulus intricatissimus, juxta vulgatum illud adagium, *tanta est caussa castri, quanta est caussa pollastri.*

Et si de termini datione, publicatione, & aliis actis ordinariis loquamur, nemo non ignorat, ordinem judiciarium adeo reputari difficilem, ut in Re-
5 gno non admittatur Procurator in S. Cons. & M. C. V. licet sit in jure licentiatus, vel privilegio decoratus, nisi prius examini se submiserit, & matriculetur in ordinandis actis ordinatoriis.

Nec est curandum, quod vere aliquando res se habeat de plano; lex enim ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptatur, *l. nam ad ea, ff. de legibus*, & dum ex Juribus Regni in superioribus quæstionibus addu-
6 ctis dicitur, in omnibus esse procedendum cum consilio Doctoris, nihil excipitur, & ideo nihil posse per Capitaneum fieri ad motum sui capitis, dixit *Card. it. in prag. 1. ad Maced. §. 2. num. 15.* Imo nec potest contradicere, nec revocare quod fit ab Assessore, *Bovadill. tom. 1. Polit. lib. 1. cap. 12. num. 34. fol. mihi 182.*

Principalis hæc quæstio disputata fuit per *Damas*, qui his plene hinc inde discussis, demum concludit, quod in omnibus actis ordinatoriis, vel non ordinatoriis, tam civilibus, quam criminalibus, & de primo ad ultimum in Regno necessario requiritur consilium Doctoris, ut in *Pragmat. pro examine Doctorum consid. 20. num. 121.* & idem *Damas in tit. de offic. Præsidis num. 66.* refert decisum in Collaterali Consilio super differentiis inter Gubernatorem Provinciæ Principatus Ultra, & Auditores illius Tribunalis, Quod dictus Præses in omnibus negotiis occurrentibus in
7 suo Tribunali non possit de se aliquid agere, sed in omnibus cum consensu, & scientia Auditorum se gerere, & ita videmus servari, & in praxi jam servamus. Verum fallit hæc Conclusio, quando inter partes non cadit aliqua juris altercatio, ut sunt casus per nos collecti, & explanati in *cap. de caussis modicis, & salario famulorum part. 4.*

QUÆST. IV.

SUMMARIUM.

Bannum dicitur sententia interlocutoria, num. 1.

Bannum fieri non potest absque voto Consultoris, num. 2.

Banna prætoria in primo ingressu, vulgo dicta impertinentia facere non potest Officialis absque voto Consultoris, num. 3.

Judex non potest suo nomine in suo ingressu banna facere, cum hoc spectat ad Prætorem tantum, licet cum voto sui Doctoris, num. 4.

Hinc Quarta insurgit *Quæstiuncula*, An Gubernator possit omnia banna emanare, absque sui Assessoris consilio? Cum banna emanare sit proprium Rectoris, sive Gubernatoris pro subditorum Gubernio, & populi Regimine.

1 Resolutio hujus *Quæstiunculæ*, ex nova dependet quæstione, an bannum dicatur sententia interlocutoria? Et affirmative respondet *Marant. in 6. part. rubr. sententia, num. 30. fol. mihi 458.*

Et dum fundavimus sententias, sive interlocutorias, sive diffinitivas omnino faciendas esse cum consilio, & assistentia Assessoris.

2 Merito ergo concluditur, bannum minime fieri posse per Gubernatorem ex motu sui capitis sine consilio Assessoris; & in Regno habemus *pragmat. 10. de offic. Judic.* editam per Excellentissimum Comitem de Lemos sub die 31. Maii 1619. quæ continet octuaginta novem capita pro reformandis Tribunalibus, & in cap. 32. legitur v3. *Il detto Preside volemo, che non possa publicar banni in nome suo solo; ma con consiglio, ed in nome di tutta l'Audienza*, & c. ubi nota cum consulta.

3 Ampliatur hæc Conclusio, ut neque banna Prætoria, quæ vulgo *impertinentia* dicuntur, in ingressu officii a Capitaneo publicari, & affigi possint, nisi sint firmate ab Assessore. Et ne auctoritate careamus, adduco in specie ita concludentes *Vincent. de Vita in suo Repert. juris, verbo Banna Prætoria, fol. mihi 24. col. 2. ex Ursil. ad Afflict. in dec. 290. num. 7.* & specialius habe-

Digitized by Google

habetur cautum in Regno ex *prag. 10. de offic. Judic.* vulgo dicta, *Delli 89. Capi cap.32. ut supra.*

Maradei sing.109.num.3. Thor. p.1. compend. verbo Bannum emanatum, Angel. ad Pall. verbo bannientur, num.2.

Et *Parisi. de Pat. in tract. de synd. in verbo Assessor, cap. 1. num. 26. fol. 230.* & *375.* dicit quod ipse fecit evitare pœnam banni emanati a Capitaneo solo, antequam venisset Assessor in principio officii sui ex *l.1. 2. & 3. cap. Comminationes. Epistol.*

Limitat, ubi essent banna solita per omnes Officiales dictæ Curiæ imponi, quia attendi debet consuetudo Curiarum, & Officialium, etiam circa banna, *Ursill. ad Afflict. dec. 190. num.3. Molegn. alter.34. num.5.* & bannum, ut nemo ambulet de nocte, sine lumine, vel arma deferat, & similia, valida sunt sine voto Assessoris, *Paris ubi supra,* quia sunt a jure approbata; ideoque non requiritur approbatio Assessoris.

4 Verum in Advenem Judicis non potest Judex banna emanari facere nomine suo, cum ad Prætorem spectet banna facere, cum voto tamen sui Judicis, vel sui Consultoris, ut diccmus quoque in *tit. 2. cap. 2. de bannis Prætoriis.*

QUÆST. V.

SUMMARIUM.

Inferior Judex non potest superiorum mandatis recalcitrare, num.1. *quod intellige, ut* num.8.

Rescriptum superioris, vel commissio, quæ dirigitur toti Curiæ insolidum, vel Officialibus talis Curiæ, & Actuario insolidum, vel pluribus Curiis, aut pluribus personis insolidum, poterit pars, quæ dictum rescriptum impetravit, cui vult, præsentare, ipsoque solo uti, num.2. *Quod intellige cum distinctione, ut* num.4. 5. & 7. & *qui incipit processum finire debet, nec alter potest se intromittere, alias erit nullus,* num.6.

Rescriptum excitatorium jurisdictionis exequi potest sine voto Consultoris Ordinarii, & quodnam sit, num.3.

Præses Provinciæ debet cum Auditoribus communicare quæscumque ordines, & provisiones Superiorum, num.7. & 13.

Inferior videns aliquid injustum sibi a Superiore mandari, debet precibus instare, ut id non exequatur, quod intellige de Officiali Ordinario, secus Delegato, num.8.

Inferior cognoscit de obreptione, & subreptione, num.9.

Apostolica rescripta, & omnes scripturæ alterius Regni non possunt in Regno executioni demandari, nisi prius obtento Regio exequatur, num.10.

Literæ executoriales expeditæ vigore obligationis incussatæ, non admittuntur in aliena jurisdictione, nisi tenor obligationis sit insertus, num.11.

Requisitus Officialis, quas exceptiones admittere potest, num.12.

SElecta sequitur quæstio: Dum literæ provisionales Superiorum fere semper dirigantur Gubernatori tantum: An ipse Gubernator solus ea exequi possit absque Assessoris consilio?

Et ratio dubitandi erit, tum quia Superior videtur elegisse personam, & de ejus juris sufficientia esse confisus; tum quia in illis exequendis consilium Sapientis non requiritur.

1 Non enim potest inferior Judex supersapere, & legem imponere superiori, ejusque mandata impugnare; *cap. volentes de jurejuran.*

Et præcepto Superioris est obediendum; & qui non obedit, morte moriatur. *cap.2. de maj. & obed.*

Et in exequendis ordinibus Superiorum, Capitaneus tunc dicitur merus executor; & non potest ipse cognoscere de justitia, vel injustitia, cum non spectet tunc ad ejus officium aliud, nisi solum exequi; *Text est in cap. decreto,* & ibi *Abb. & DD. de re jud. in l. Prætor,* & ibi *Bald. ff. de judic. & l. executore, Cod. de executione rei judic.*

2 Eadem dubitatio suscitatur, quando rescriptum dirigitur toti Curiæ insolidum; vel Magnificis Officialibus talis Curiæ insolidum, vel Gubernatori, Judici, & Actuariis insolidum; tunc enim si rescriptum præsentetur Gubernatori, ex vi clausulæ *in solidum,* ipse solus erit executor, absque ope Judicis, & si præsentatur Actuario, ipse Actuarius exequitur rescriptum absque dictis Officialibus, quia tale rescriptum potest ad libitum præsentantis cuilibet præsentari, ipsoque solo uti ex auctoritatibus infra citandis.

Hoc dubium distinctione resolvitur; Aut enim rescripta sunt de pertinentibus ad jurisdictionem ejusdem Curiæ, quæ aptius excitatoria justitiæ, sive jurisdictionis appellantur. Ut quando superior ad par-
3 tis instantiam mandat inferiori, ut justitiam faciat, vel aliquid aliud particulare petitum expediat, vel quid simile injungat faciendum, vel quid fieri prohibeat, aut supersessoriales, vel inhibitoriales expediat ad instantiam appellantis a sententia, vel aliis actis, vel a quolibet prætenso gravamine facto, vel faciendo.

Et certe tunc per dicta rescripta alterata non est jurisdictio illius Curiæ; nec in aliquo dicitur mutata natura illius Judicii.

Ideo sicut Judex solus interlocutorias facit in caussis, in quibus procedit dicta Curia; ita solus Judex interloqui debet præsentato tali rescripto, cum non sit alterata ejus jurisdictio, & potestas ordinaria.

Nec eo casu est curandum de verbis rescripti; nam sive dirigatur Gubernatori soli, sive Curiæ insolidum, & quibuscumque verbis dicta rescripta sint concepta, semper verba sunt adaptanda, juxta naturam rei non immutatam. Quia est commissio, quæ necessario dirigitur ad dictam Curiam, illam excitando, vel interdicendo.

Alias esset ex indirecto avocare caussas ex manu Judicis, committendo aliis de ipsamet Curia, id, quod ad Judicis officium spectat. Prout etiam nec æquum, nec conveniens est Rescripta appellationis factæ a gravamine, quod prætenditur illatum a Judice, qui judicavit contra appellantem, executioni mandari per alium, quam per eundem Judicem a quo; nempe per Gubernatorem, qui in caussis non habet votum.

Certe non solum fieret quidam contemptus, & injuria ipsi Judici; Verum etiam posset oriri inconveniens aliquod; quia ad æmulationem aliquando Gubernator exequeretur qualemcumque inhibitoriam, sive obreptitiam, sive subreptitiam in odium Judicis, qui judicavit, & in præjudicium etiam Partis appellatæ, vel Fisci.

Et posset colludere etiam cum appellantibus, & cum præsentantibus talia rescripta, & maxime in caussis civilibus, in quibus (ut in 2. *Quæst.* conclusimus) Gubernator non potest se intromittere.

Aut sunt rescripta nullam connexionem habentia cum jurisdictione Curiæ, ut sunt quædam commissiones pro examinandis testibus in partibus nomina-
4 tis ad instantiam partis; vel pro faciendo aliquo sequestro, vel pro capienda informatione in convicinio; aut quid simile omnino separatum a jurisdictione illius Curiæ, & in aliena jurisdictione peragendum.

Tunc certe si rescriptum dirigatur Gubernatori, censetur de ejus juris sufficientia confidere superior com-

mittens, & tunc non eget consilio sui Assessoris: Ita e contrario si dirigatur Judici, Judex sine Gubernatore est Commissarius.

Et si dirigatur ipsi Curiæ insolidum, vel Officialibus, & Actuario in solidum, poterit pars, quæ dictum rescriptum impetravit, cui vult, præsentare, &
5 ille sit Commissarius, cui fuerit præsentatum. Et tunc etiam Actuarius solus exclusis Assessore, & Gubernatore, poterit executioni demandare dictum rescriptum.

6 Quia est commissio a superiore facta voluntarie, & videtur confidere de quolibet in solidum, & cum literæ fuerint uni eorum præsentatæ, alter non potest se intromittere, *cap. cum plures 8. de offic. Deleg. in 6.* late *Surd. cons. 57. n. 1. lib. 2. Riccius in Prax. caussarum delegatarum decis. 617. in fin.* & qui incipit debet finire, alias processus erit etiam nullus, nisi primus ex justa causa esset impeditus; ut concludit *Marant. in part. 4. dist. 16. n. 6. ex d. text. in c. cum plures, de offic. Deleg. in 6.* cum ibi notat. per *Gem. in 2. vol. ver. in §. porro quaro, & Fel. in cap. suscitatus col. fin. ver. & nota, quod cessante à.*

Et hoc intelligendum puto adhuc cum subdistinctione, nisi esset tale negotium, in quo necessario requireretur persona Doctoris. Quia tunc licet dirigantur verba ipsi Gubernatori soli, vel Curiæ in solidum; Tamen dum in executione illius commissionis requiritur Doctor, necessario videtur confidere de illo Doctore, qui assistit illi Gubernatori, illique Curiæ, cui negotium committitur.

Tandem si sunt rescripta in eadem jurisdictione exequenda, sed non sunt appellationes, neque excitatoria jurisdictionis ordinariæ, ita quod in aliquo
7 alteratur jurisdictio istius Curiæ, ut sunt provisiones Regiæ Cameræ Summariæ pro franchitiis alicujus in ipsa jurisdictione, vel licentiæ pro notificatione alicujus actus, aut implorationes brachii ipsius Curiæ, aut si fuerit commissa observantia alicujus ordinis, vel sententiæ, vel privilegii in casu inobservantiæ. Et quidquid a superioribus, vel ab aliis Curiis venit rescriptum, quod sit executioni demandandum in jurisdictione illius Curiæ, licet sit res, quæ alterat jurisdictionem.

Tunc quomodocumque concipiatur rescriptum, semper requiritur consensus, & consilium Assessoris, qui ideo assistit in illa jurisdictione, ut quicquid evenit, sive ex jurisdictione ordinaria, sive delegata semper jus dicat, & ex ejus jurisprudentia justitia ibi regatur.

Et ita intelligendum esse puto *Danza in tom. 1. de pugn. DD. tit. de offic. Præ. cap. 1. num. 30.* qui decisum refert ad favorem Assessoris ex provisione Reg. Coll. Consil. licet de Gubernatore Provinciæ ibi loquatur, His verbis, v3.

Di più intendemo, che le provisioni, ed ordini, che per noi s'inviano a cotesta Regia Audienza, ve le tenete senza communicarle al Tribunale.

E però vi dicemo, ed ordinamo, che da oggi avanti, quando occorrerà capitarvi simili ordini, e provisioni nostre, quelle debbiate subito communicare al Tribunale, affinchè accertatamente si possano fare le provisite necessarie conforme la giustizia.

Itaque si Gubernator Provinciæ debet communicare cum suis Assessoribus, ut supra eis provideatur, ut juris erit.

Quanto magis Capitaneus loci debet provisiones Superiorum communicare cum suo Assessore, ut provideatur, ut erit justitiæ, ne erret in illis exequendis; dum facilius potest ipse errare, quam Gubernator Provinciæ, ubi insigniores viri deputantur.

Nec me terrent adducta pro parte Capitanei, quod inferior non possit imponere legem Superiori, ex doctrinis in principio hujus *Quæstionis* allegatis.

8 Nam contraria, & receptissima est in jure verior sententia, ut ad Paries disputando, *Marant. disp. 1. per tot.* omnibus argumentis pro contraria parte resolutis concludit *num. 37.* omnia jura, quæ dicunt esse obediendum præcepto superioris, sive justo, sive injusto, procedere, dummodo non sit ipso jure nullum, vel non contineat notoriam injustitiam. Unde quando committitur Officiali inferiori ordinario aliquid exequendum, debet ordinarius precibus instare, ut id non exequatur, sciens id esse injustum, & allegat *Innoc., Abbat.,* & alios ibi.

Et etiam quando Papa rescribit alicui, quod aliquod injustum exequatur, potest ille non exequi, & contravenire litteris Apostolicis, & debet rescribere Papæ, & expectare secundam jussionem; casus est in *cap. si quando, & ibi Abb. de rescript. & Glos. dicit in l. puniri, C. si contra jus, & utilit. publ.* quod non debent timore miseri Prælati veritatem sectari, & literis Principis non obedire; *Marant. in dict. disput. num. 19.* Idem firmat *Guazzin. defens. 36. cap. 18. nu. 1. per text. in l. sicut proponis, C. de executione rei judic.* & latissime *Cartar. de executione sentent. c. fin. a n. 3 27.* ubi monent dicti Auctores, quod Officialis potius debet dimittere officium, quam mandatum injustum exequi, & monent Principes, ne eligant Judices ignaros, qui eorum voluntatibus resistere nesciant, alias non evitabunt justissimum Dei judicium.

Insuper cum Capitanei prædicti in jure periti non sint, non possunt scire, quomodo sint exequendæ dictæ superiorum provisiones, & propterea merito per R. Coll. Consil. fuit ordinatum, ut refert *Danza super allegatus,* ibi: *Affinchè accertatamente, si possano fare le provisite, come sarà di Giustizia.*

9 Judex enim inferior cognoscit etiam de rescripto Superioris obreptitio, vel subreptitio, juxta *Text. in l. & si non cognitio, Cod. si contra jus, & utilit. public. Et Jason. in d. l. Paul. de Castr. in l. si Prætor n. 8. ff. de judic. Pinell. de rescind. vend. in rubr. par. 2. cap. 2. nu. 28. Riccius in prax. tom. 3. resol. 441.*

Concluditur itaque, quod hujusmodi ordines, provisiones, vel rescripta in jurisdictione exequenda, licet alterent jurisdictionem, semper exequenda sunt cum consilio Assessoris, etiam quod articulus juris non sit decidendus; quia multa videntur plana, quæ latent altius scopulum.

Prout successit quidam Capitaneo, qui videns rescriptum Apostolicum Romæ expeditum contra Cives
10 recusantes solvere decimam ex fructibus in convicino territorio alterius Diœcesis, quia solvebant in Parochiali domicilii, statim brachium dedit sine consilio Doctoris.

Et quia dictum rescriptum carebat Regio exequatur; propterea fuit dictus Capitaneus a Domino Delegato jurisdictionis Ecclesiasticæ, vocatus ad reddendam rationem, quare executioni demandari fecit rescriptum prædictum contra formam *Reg. Pragm. 5. de citationibus.*

11 Et quidam alius dedit brachium literis executorialibus vigore obligationis incusatæ expeditis in alia Curia tenore obligationis non inserta. Quando hoc fieri non potest, nec executio permitti debet, nisi inseratur tenor in dictis literis executorialibus, juxta *decisionem Sanfel. 64. num. 10.*

Ecce quomodo casus occurrit, quod errat Capitaneus in rebus, quæ habent apparentiam planam; Ideo etiam in his, quæ de plano videntur posse fieri, non debet spernere consilium Assessoris, qui sibi assignatus est, ut in omnibus eum consulat.

12 Addo, quod Officialis requisitus ab alio Officiali

potest,

potest, & debet admittere exceptiones coram ipso propositas, quæ respiciunt merita caussæ, si tales sunt, quæ possunt opponi, etiam post latam sententiam, ut in casu *l.1. Cod. de juris, & facti ignor.*

Non quidem, ut definiat, sed ut videat, quod si non subsistant, illis non obstantibus ad executionem procedat, ut in *l. satis 2. Cod. ad l. Corneliam de falsis*.

Si vero videat tales exceptiones obstare, tunc non debet, neque potest super illis pronunciare, sed debet abstinere ab exequendo, & remittere ad Judicem principalem requirentem processum, & caussam plene instructam, ut illam definiat, & ita refert bis decisum *Carlev.* ipso interveniente *lib. 1. tit. 3. disp. 17. nu. 12. & 15.* & *Tusc. in lit. E. conclus. 485. ex n. 10.*

Cæteri quamplures casus relinquuntur, ne præter nostrum institutum *quæstio* hæc longius protrahatur.

Sed relicta hac longa disputatione dico, hoc esse in Regno clarissime determinatum per *Prag. 7. §. 1. & §. 3. de Offic. Just.* & per *Pragm. 10. §. 17. de Offic. Judic.* & 13 mitor *de Domo*, qui laboratissimus fuit, & non citavit *d. Prag.* nec §. 17. sed citavit solum §. 32. circa emanationem bannorum. Nam ibi statuitur, quod literæ directæ Regiæ Audientiæ, vel quæ circa justitiam concernunt, non possint a solo Gubernatore illius Provinciæ legi, & determinari, sed coram Auditoribus, cum voto quorum provideatur, quantum in dictis literis ordinatur. Et in absentiam Præsidis, Auditores aperiant, & provideant. Literæ vero, quæ soli Gubernatori diriguntur, erunt in ejus arbitrio illas communicare, vel non, & in ejus absentiam Auditores non possunt aperire, nec providere super illis; sed statim mittere tenentur ad dictum Præsidem, quocumque Præses iter facit.

Ex quibus *Pragmaticis* firmior remanet nostra Conclusio cum distinctione, ut supra.

QUÆST. VI.

SUMMARIUM.

Officialis Ordinarius potest delegare, & substitutum facere, num. 1. *Sed contraria opinio est verior, maxime de jure Regni*, num. 2. *In casu necessitatis limitatur; ubi tamen unicus est Officialis*, num. 3.

Syndicus, & Electus non possunt facere substitutum, num. 4.

Moriente Capitaneo, Judex exercet utrumque munus, & moriente Judice, Capitaneus sibi assumit Consultorem, num. 5. *Quod habet locum tam in Regiis, quam Baronalibus Curiis*, num. 6.

Jurisdictio duobus in solidum concessa, una deficiente, jurisdictio utriusque consolidatur in altera, num. 7.

Casus mortis, & absentia remota æquiparantur, num. 8.

Adæquatorum eadem est disciplina, num. 9.

Casus similes includuntur in dispositione, etiam ubi sunt dictiones taxativæ, num. 10.

Extensio fit ex identitate rationis, etiam in exceptis a regula, num. 11.

ALia non modica quæstio contendi solet, dum Gubernator discedit, & pro suis negotiis peragendis a jurisdictione abest; An Locumtenentem facere, & alium substitutum loco sui relinquere possit? Prout Judex in casu modici, & justi impedimenti substituit Projudicem.

1 Gubernator enim, cum ordinariam habeat jurisdictionem, uti ordinarius alium delegare, & substitutum relinquere potest, *Maranta in part. 4. dist. 6. n. 25. ex l. more majorum, ff. de jurisdict. omnium Judic. & Leognitio, §. cum proprium, ff. de offic. ejus.*

2 Respondeo breviter id non solum esse prohibitum de jure communi, ut concludit *Marant. d. p. 4. dist. 5. nu. 19. per text. in auth. de collat. §. id hoc prohibemus, & in auth. ut nulli Jud. in princ.*

Sed etiam per plures Regni Constit. Prima, quæ incipit *Officia, quæ*. Secunda, quæ incipit, *Dyram, & diram*. Tertia per *Capit. Regni. Quia de Vicariis*. Et tandem ex *Paris. de Synd. in vers. substitutos col. fin.* dicente, quod Potestates terrarum non possunt facere substitutum, & ire ad solatium, & sine caussa legitima, neque Viceregpotest sibi Locumtenentem constituere, *Capyc. decis. 151. Rovit. in pragm. 2. de administrat. num. 5.* & licet hanc Conclusionem limitant DD. ut in casu absentiæ necessariæ possit Ordinarius substitutum facere durante absentia, *Capyc. d. dec. 151. & Rovit. num. 6.* & est *Text. in l. 1.* ibi: *Si proficiscatur* & iterum ibi: *Abesse caperit, ff. de offic. ejus, cui mandata est jurisd.*

3 Dico primo, quod hæc limitatio locum habet, ubi unus est Officialis, qui ex jussu Principis, vel pro beneficio Reipublicæ, vel caussa infirmitatis, vel alterius necessitatis absit, æquum est, ut alterum loco sui substituat, ne populus sine Rectore relinquatur. Quod non procedit, ubi, si unus deficit, alter remanet.

4 Neque enim Syndicus, & Electi Universitatis possunt sibi facere substitutum etiam justa subsistente caussa, quando adsunt alii Collegæ, qui valeant interim exercere, ut docet *Capibl. de Baron. tom. 2. c. 18. in fine.*

5 Et in Regno hodie hoc fuit sopitum per *Pragm. 10. de offic. Jud.* vulgo dicta *delli 89. capi*, quæ in *cap. 15.* mandat, ut moriente Capitaneo, Judex exerceat utrumque munus. Et e contra, moriente Judice, Capitaneus sibi assumat Consultorem de convicinis locis.

Nec mihi dicatur, quod ibi loquatur de Capitaneo, & Judice Regis, & proinde non extendatur ad Officiales Baronales, nam ultra id, quod supra diximus, statutum semper extendi ad casus, ubi militat eadem ratio; Imo Curia Baronalis comprehenditur sub dispositione dictæ *Reg. Prag.* non per modum extensionis, sed stante omnimoda similitudine per modum comprehensionis, quæ longe differt ab extensione, juxta *Glossa in cap. 1. verbo Italiæ de temporum ordine in 6.* ad tradita per *Cravet. de antiquit. tempor. par. 4. in princip. n. 140.*

Sed hoc expressius habetur in Apostilla ad *d. Prag.* 6 *in dict. num. 15.* Ut id servetur etiam in more Rectorum *Baronalium. 23. Januarii 1644. in Curia Principat. Otranti fol. 37.*

7 Et non sine quidem ratione hoc fuit dispositum; Nam cum jurisdictio competat, ut in principio fundavimus, copulative, & insolidum, quia ambo sunt Judices Ordinarii, *Marant. part. 4. dist. 5. num. 3.* ex *Text. in l. Imperator, ff. de municip. & l. 2. ff. de offic.*

Ideo de jure, uno deficiente, jurisdictio utriusque consolidatur in altero, *Roman. in sing. 13. Felyn. c. suscitatus vers. oportet notum esse impedimentum de rescript.* Et *Rota decis. 244. Vant. in tract. de nullit. ex defectu Judicis Ordin. num. 180.*

8 Neque mihi tandem obiiciatur, quod *Pragm. præd. de offic. Judic. §. 15.* statuat, ut alter pro altero exerceat in casu mortis, sed in casu absentiæ, vel alterius impedimenti nullum verbum fecit. Nam responsum est in promptu per *text. in cap. 1. §. fin. ne sede vacant. in 6.* Ubi casus mortis, & absentiæ remotæ æquiparantur, *l. quasitum ff. de tutel. Rovit. in prag. 2. de Admin. n. 19. ex Josepho Sesse dec. Arag. 57. Giurb. dec. 9. Bombadill. lib. 2. cap. 16. n. 145.*

9 Ergo cum adæquatorum sit eadem dispositio, sequitur, quod dispositum in casu mortis censeatur etiam

Digitized by Google

etiam dispositum in casu absentiæ, vel alterius impedimenti, ex *Viv.dec.2.num.4.* & ex *Dam. tit.de offic. in gener.cap.7.num.9.tom.1.,de Franch.dec.87.* & casus similes includuntur in dispositione; etiamsi dicta dis-
10 positio haberet dictiones taxativas, *Lob as, Cde Prad. minorum*.

11 Imo extensio fit ex identitate rationis, etiam in casibus exceptis a regula, *cap.cum dilectam, versic. nos igitur extra de confirm.& inutil.*

QUÆST. VII.

SUMMARIUM.

Jo: Antonius Nola U.J.D. Patritius Nucerin Paganorum laudatur, num.1.

Differentia inter Gubernatorem, & Judicem Civitatis Cavæ recensentur, num.2.

Actuarius, in quibus casibus possit capere informationes absque interventu Judicis, & querelas, num.3. & *debet dare notam informationum ad Judicem*, num.5.

Judex tenetur accedere ad ædes Gubernatoris horis solita causarum, num.4.

Actuarius tenetur asportare processus expediendos ad Judicem, num.6.

Transactiones, & compositiones reorum, in quibus casibus fiunt remissive, num.7.

Actuarius nudato capite stare debet coram Officiali, & Judice, num.8.

Testes examinantur coram Judice, verum si Capitaneus intervenire velit, poterit, num.9.

1 POst hæc pauca per me collecta Dom.U.J.D. *Jo: Antonius de Nola* Patritius hujus Civitatis Nuceriæ. Doctor quidem nemini secundus, Accademicus, & Poeta eximius, dum casu reperiit hodie 27. Augusti 1685. hæc me scribentem; Recordatus est se habere novissimam decisionem manuscriptam Reg. Collat. Cons. super differentiis in dicto Collaterali Consilio deductis inter Fratrem Andream Marcianum Equi-
2 tem Hierosolymitanum Gubernatorem Civitatis Cavæ, & Doctorem Petrum Vatrella Judicem ejusdem, sistentibus in septem Capita. Quæ decisio, dum fuerit facta ipso præsente penes Regium a Mandatis scribam U. J. D. Franciscum Lombardum, placuit sibi copiam retinere, quam hic inserere volui, tenoris sequentis vz.

Essendosi riconosciuta nel Reg. Collat. Cons. la relazione da voi, precedente nostro ordine, fattaci sotto li 3. del corrente intorno agli abusi, che pretende aver trovato in cotesta Corte il Dott. Pietro Vatrella Reg. Giudice di essa; ed altre ragioni, che da voi si ci riferiscono adverso le sue pretensioni, e riconosciute anco di nuovo tutte le relazioni fatteci da detto Giudice, ci è parso determinare il tutto capo per capo nel modo seguente.

Primo, in quanto, che detto Regio Giudice pretenda non doversi ricevere querele, nè informazioni dal Mastro d'Atti, senza che prima da lui sia fatto il decreto del *Capiatur informatio*. Nè si possa essaminar testimonj senza suo intervento.

3 *Ordiniamo, che il Mastro d'Atti possa ricevere le querele juxta solitum: Però quando si tratta di delitti di relegazione, & ultra relegationem debbia ricevere l'informazione con ordine, o con intervento del Giudice; Ed in tutti gli altri casi a relegatione infra, possa il Mastro d'Atti pigliar l'informazioni, con darne immediatamente notizia al Governatore, ed al Giudice; acciocchè possano dare gli ordini necessarj.*

Secondo, in quanto che il Giudice non intende accodire ogni dì in vostra Casa, ma assistere alla casa sua, dove debbiano assistere gli Mastri d'Atti.

5 *Ordiniamo, che il Giudice sia tenuto accodire nelle ore, e giorni soliti tenersi Corte in Casa del Governatore, come per prima si è ordinato.*

Terzo, in quanto alla nota delli Processi, che detto Giudice ha ordinato, che se li dia dal Mastro d'Atti.

5 *Ordiniamo; che il Mastro d'Atti dia al detto Giudice la nota di tutte l'informazioni.*

Quarto, in quanto alla doglianza del Giudice, che non se li portano li processi spediendi in tempo debito per poterli studiare.

6 *Ordiniamo, che il Mastro d'Atti porti li processi al Giudice, quando glie li domanderà per poterli vedere, e spedire, e'l Giudice li debbia spedire con tutta brevità, e'l Governatore invigili, e procuri la spedizione di quelli.*

Quinto, in quanto alla repugnanza, che tiene detto Giudice transigere gl'inquisiti.

7 *Ordiniamo, che non si possano da cotesta Corte fare, nè ricevere transazioni, nè composizioni, se non solamente nelli casi permessi dalle Regie Pramatiche.*

Sesto, in quanto alle pretensioni, che tiene il Giudice, che li Mastri d'Atti debbiano star senza cappello in sua presenza.

8 *Ordiniamo, che il Mastro d'Atti così in presenza del Governatore, come del Giudice stiano scoverti.*

Settimo, in quanto alla pretensione del Giudice, che li testimonj si debbiano essaminare in sua presenza.

9 *Ordiniamo, che quando il Governatore vuole intervenire nell'essame di quelli, si debbiano essaminare così in presenza sua, come del Giudice: E quando non voglia intervenire, possa farli essaminare col solo intervento del Giudice.*

Ed in tal conformità ordiniamo, che vi debbiate regolare, avendolo già avvertito al detto Giudice, che stia con tutta attenzione, e passi la dovuta corrispondenza con voi; E che siate onorato, come si conviene; di maniera, che si conseguisca la retta amministrazione della Giustizia, e beneficio pubblico.

Sed postquam occasio sese offert; in gratiam Tyronum breviter aliqua explananda duco circa hæc septem capita in suprascripta hac altercatione per Reg. Coll. Cons. decisa: De quibus septem capitibus, ut supra decisis, has septem infrascriptas quæstiones formabimus, singulas singulis aptando.

QUÆST. VIII.

SUMMARIUM.

ACtuarius in omnibus Regni Curiis potest querelas recipere, num.1.

Actuarius non potest recipere testes absque præsentia, vel mandato Judicis, alias non probant; Nec rei ex dictis depositionibus possunt torqueri, nec condemnari, n.2.

Actuario asserenti de mandato Judicis examinasse non creditur, nisi in scriptis de mandato constet, num.3. *verum, ut depositio dicatur facta coram Judice, sufficit, quod in actis dicatur coram Judice; licet non se subscripserit Judex*, num.17.

Si tamen non fuerit oppositum, & perveniatur ad sententiam forjudicationis, dicta sententia tenet, licet depositio testium sit facta per Actuarium absente Judice, nam invalidatur informatio, opponente Parte, num.4.

Limitatur in Actuariis M.C.V. quibus permittitur captura informationis, absque præsentia Judicis, n.5.

Limitatur quoque in Civitate Cavæ, Nuceria, & in tota quasi Provincia Terræ Laboris, & in nonnullis aliis Curiis, & stylo a Relegatione infra, num.6. & 8. *quo casu tenentur Actuarii statim relationem facere Officialibus*, num.16.

Stylus Curiarum in strictis quando valet, num.7.

Ter-

Tortura non infertur in delictis infra Relegationem, secus in delictis Relegationis, & ultra, num. 9.

Habilitatio per Palatium fit in delictis citra relegationem, num. 10.

Habilitatio, in quibus casibus fit in delictis ultra relegationem, num. 11.

Remissio offensi non valet, nisi fiat coram Judice ordinario, & ab eo sit subscripta, quod fallit in delictis citra relegationem, num. 12.

Pœna ultra relegationem est pœna mortis naturalis, vel civilis, vel membri abscissionis, num. 13.

Actuarius quando, & ubi potest recipere testes, absque præsentia, nec commissione Judicis, num. 14.

Relegationis pœna in Regno hodie non practicatur, sed in ejus locum damnatur ad actuale bellum, vel ad Præsidia classis, num. 15.

PRimum caput retroscriptæ quæstionis fuit in Reg. Coll. Cons. decisum, ut Actorum Magister possit querelas recipere, absque præsentia tam Gubernatoris, quam Judicis.

1 Hoc servatur in omnibus Curiis Regni; Et quod Actorum magister possit recipere querelas, disponit *Prag. 19. de offic. mag. just. §. 15. & 26.*

2 Respectu vero informationis capiendæ, regulariter Actuarius non potest recipere testes, absque præsentia Judicis, vel absque ejus mandato, ut concludit *Vincent. de Vita in suo repert. juris, verb. Actuarius non potest, fol. mihi 5. col. 1. Petra ad Gram. dec. 27. num. 8. Ursill. & Affl. dec. 417. num. 5.*

Adeo quod testes examinati per Notarium non in præsentia Judicis non probant, & ideo ex dictis depositionibus non potest reus condemnari, nec torqueri, *Clement. 1.* ubi *Gloss. de offic. deleg. Folter. pract. criminal. 3. part. rubr. & si confitebuntur num. 47. Guazzin. defens. 1. cap. 6. num. 2. Scial. in prax. forjud. cap. 4. num. 7.*

3 Et licet Notarius asserat in examine, de mandato Judicis examinasse; si non constat de mandato in scriptis, non creditur ipsi Notario, & successive receptio testium est invalida, ut decisum refert *Affl. decis. 317. Guazzin. defens. 32. cap. 17. num. 2.* licet contrarium dicat *defens. 1. cap. 6. num. 3.* sibi ipsi contrarius, & *Menoch. cons. 100. a nu. 44. usque ad 57.* concludit, quod si testes sint recepti per Actuarium, & non in præsentia Judicis, si ex dictis testibus sit processum ad sen-
4 tentiam forjudicationis, ipsa sententia forjudicationis tenet.

Et fere in tota Provincia Principatus citra, ubi multa officia Baronalia exercui, nullibi audet Actuarius recipere testes, nisi cum præsentia, vel cum commissione Judicis.

Quia opponente inquisito invalidatur informatio. Limita hanc conclusionem in Actuariis M. C. Vicariæ, quibus, & Scribis ordinariis permittitur capere informationes ex *Prag. 19. de offic. mag. justitiar. §. 15.*

5 Quæ Pragmatica non extenditur ad alias Curias inferiores ex diversitate rationis, nam in M. C. non admittuntur, nisi sine approbatione, procedente inquisitione de vita, & moribus, & peritia, ut dictat *Prag. 24. de Offic. Sacr. Reg. Cons. & Prag. 12. de officialibus.*

Et tam Actuarii, quam Scribæ ordinarii sunt viri insigniores in Magna Curia, quam in Curiis inferioribus, ubi omnis persona admittitur ad dictum munus, quantumvis imperitus, & improbus fuerit, nulla approbatione, nec inquisitione præcedente.

6 In hac vero Civitate Nuceriæ, & Civitate Cavæ, & fere in tota Provincia Terræ Laboris, & multis Curiis Regni, scio Actuarios valide recipere testes, & informationes absque præsentia Judicis, absque ejus commissione, prout mihi testati sunt omnes Actuarii veteres, qui multi sunt in hac Civitate, versati in omnibus Curiis Regni, cum ex hac Civitate exeunt omnes fere Actuarii Provinciarum, & Curiarum Regni, & de hac observantia testatur etiam *Danza de pugn. DD. tom. 1. tit. de offic. Actuarii n. 13.*

Quæ observantia in his locis, ubi Actuarii sunt in dicta possessione capiendi informationes, absque præsentia Judicis, potest fundari in stylo Curiarum introducto in his magnis Civitatibus ex multitudine informationum.

7 Et licet stylus Curiarum inferiorum in tantum valeat in quantum sit secundum jus. Nam si contra jus esset, non valeret, ut concludit *Caravit. in rit. 2. n. 23.*

Tamen hic non est absolute stylus, sed stylus consuetudine firmatus, & sic stylus præscriptus, qui valet, ut consuetudo, quæ etiam contra jus valeret, ut idem *Carav. ibidem & in rit. 37. n. 4.*

Et dum in dicta Civitate Cavæ viget dicta Consuetudo, prout in hac Civitate Nuceriæ, & in multis partibus Regni, ut supra dixi, & prætenderet Judex dictæ
8 Civitatis Cavæ uti abusum, & contra jus esse extirpandum. Fuit per Regium Collat. Consilium decisum, ut manuteneatur dicta consuetudo; quod Actuarius recipiat informationes absque præsentia Judicis; non tamen in delictis relegationis, & ultra relegationem, sed a relegatione infra.

9 Et merito ita fecit, quia in delictis relegationis, & ultra relegationem potest inferri tortura, & de magno agitur præjudicio, ut inferius dicemus.

Sed a relegatione infra agitur de levioribus delictis, in quibus non infertur tortura, *Scial. in prax. torq. reos, cap. 5. num. 9.* & merito in istis levioribus permittitur Actuario recipere informationes.

10 Insuper in delictis, in quibus venit imponenda pœna citra relegationem, fit habilitatio per palatium, *l. Divus, ff. de cust. reor. Cap. Regni, ab illa inchoandum. Novar. gravam. 112.*

11 At quando imponitur pœna relegationis, vel triremium, aut sævior; tunc non habilitatur reus per Palatium, nec per alias partes, tam tempore comparitionis, quam post carcerationem, nec etiam colore infirmitatis, sed curatur intra carceres; Verum si aliquæ circumstantiæ minorarent pœnam inspectis circumstantiis, & qualitate inquisiti, in plena banca, audito Fisco arbitratur Judex, ut disponit *Pragm. 8. quæ hodie est 6. de Offic. Magistr. Justit. §. 5. & 6.*

12 Prout etiam, licet regulariter remissio offensi non valeat nisi facta coram Judice Ordinario, & ab eo subscripta, ut *Pragm. 7. de composit.*

Tamen limitatur *d. Pragm.* in quibus delictis non venit imponenda pœna relegationis, sed citra relegationem, nempe simplicis exilii, vel pecuniariæ, aut similis, ut colligitur ex *pragm. 26. de Offic. Mag. Justit. §. 39. incip. Item se si fa querela*, & ex *Rovit. in Pragm. 1. de Privileg. Univers. concess. num. 1. & Novar. super utrisque Pragmaticis, ac in quæst. for. 68. num. 3. Scial. in prax. torq. reos cap. 12. num. 28. & in prax. forjud. cap. 24. num. 5. Danza tit. de remiss. cap. 1.* & istæ sunt causæ parvi momenti apud dictos Auctores intelligendæ, juxta *d. Pragm. 36. de offic. Magistr. Justit. ut supra.*

Et demum in gratiam Tyronum non omittam ad-
13 vertere, quod pœna ultra relegationem sævior, est pœna mortis naturalis, scilicet, quando vita amittitur.

Vel pœna mortis civilis, quæ est, quando amittit libertatem; quoniam servitus morti comparatur, quando quis libertate privatur, ut quando quis damnatur ad remigandum: Et quando imponitur pœna abscissionis membri. Nam dictæ pœnæ sunt ultra relegationem, & sunt de majori imperio, *Niger in cap. Regni, Si juste, num. 72. rubr. de appellat. a tormentis, fol. 138. Carrab. in tract. de gravam. M. C. V. num. 72.*

Et

Digitized by Google

Et multa alia permittuntur ratione modici præjudicii, quæ alias in jure sunt prohibita.

14 Itaque quando pœna est relegationis, vel ultra, nullibi potest Actuarius Curiæ inferioris testes recipere absque præsentia, vel mandato Judicis, ut ex retroscripta *decisione in primo capite*.

Quando pœna venit imponenda citra relegationem, scilicet, exiliaris, vel pecuniaria, aut similis, potest Actuarius recipere informationes absque commissione, & absque præsentia Judicis, in illis locis tamen ubi viget dicta Consuetudo, quod Actuarii recipiant informationes, ut diximus, & non alibi, ubi dicta Consuetudo non esset.

Imo dicta Consuetudo non habet locum, nisi in propria Civitate, & loco judicii. Nam si informatio esset capienda extra locum judicii per Casalia, & alia Oppida sibi subjecta; tunc omnino requiritur commissio, & ita servant quoque Reg. Audientiæ, quando mittunt Actuarios, vel Scribas extra locum ubi residet Reg. Audientia.

15 Nec omittendum est, quod Relegatio hodie raro practicatur in Regno, sed criminosi in locum relegationis condemnantur ad actuale bellum, vel ad præsidia clausa, ut *Crispus in pract. crim. lib. 1. cap. 3. tract. 9. cap. 25. num. 15. de fuga*.

16 Observandum denique dico illa verba decisionis v3. *Che nelli delitti citra relegationem possa il Mastro d'Atti pigliare informatione, con darne immediatamente notitia al Governatore, ed al Giudice, acciocchè possano dare gli ordini necessarj*.

Hoc idem dictat *Prag. 3. de Actuariis num. 6*.

17 Illud demum circa hoc primum caput dictæ decisionis advertendum duco. Quod depositio testium, ut dicatur facta coram Judice, licet non se subscripsit Judex, sufficit, ut in actis dicatur coram Judice, *Sansel. dec. 231. num. 8. Scial. cap. 4. num. 58. in praxi forjud.*

QUÆST. IX.

SUMMARIUM.

Interlocutoria fieri potest per Judicem domi, & ubique locorum, num. 1.

Sententia diffinitiva debet proferri in loco solito caussarum, alias est nulla, num. 2.

Judex tenetur assistere in ædibus Capitanei diebus, & horis solitis caussarum, dummodo ibi Curia regi soleat; secus ubi separatus est locus, in quo regitur Curia, num. 3.

Auditores an teneantur assistere Præsidi infirmo in expediendis negotiis, & caussis Tribunalis, num. 4.

Judex solus sine Capitaneo repræsentat Curiam pro Tribunali sedentem in casu infirmitatis, vel absentiæ, aut mortis, num. 5.

Infirmus habetur absens num. 6. *Et Præside infirmo Auditores expediunt negotia loco solito*, num. 7.

Auditores possunt regere Curiam Præside absente, num. 8.

Secundum Caput 7. *Quæstionis* fuit in Reg. Collat. Consil. decisum, ut Assessor assistat diebus, horisque solitis regi Curiam domi Prætoris, ut per prius.

Merito sic fuit decisum in Civitate Cavæ, ubi Curia regitur in ædibus Gubernatoris.

1 Nam licet interlocutoria fieri possit per Judicem domi, & ubique locorum suæ jurisdictionis; Tamen omnes caussæ terminari debent, in loco solito caussa-
2 rum, ibique jus reddere; & decisivas sententias proferre, alias sententia diffinitiva facta in loco non solito, ut in Villis, vel Casalibus est nulla, *Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 17. num. 6. & in prag. 3. num. 230. tom. 1. Marant. in rubr. & deinde fertur sententia, num. 71. Scial. in prax. forjudic. cap. 12. num. 25.* quos refert, & sequitur *Scopp. ad Nicol. in prax. crim. num. 279. fol. mihi 134.*

3 Unde dum in dicta Civitate Cavæ locus solitus caussarum est domus, ubi prætor habitat; merito per Reg. Collat. Consil. fuit ordinatum, ut Assessor assistat die, & hora solita caussarum in ædibus Gubernatoris, ut per prius, non ratione, quia est domus Prætoris, sed quia ibi est Aula, in qua solitum est regi Curiam.

Quod etiam colligitur ex verbis dictæ *decisionis*, ibi; *Diebus, & horis solitis caussarum, &c.* Ergo tempore, quo non regitur Curia, non tenetur Judex assistere domo Prætoris.

Et ita servari debet in omnibus aliis Civitatibus, in quibus Curia solita est regi domi, ubi habitat Prætor.

In hac vero Civitate Nuceriæ, & aliis Civitatibus, ubi separatus est locus, in quo regitur Curia, non tenetur Judex assistere domi Gubernatoris, sed satis erit si diebus, & horis solitis caussarum se conveniant in dicto loco, ubi Curia regitur.

4 Sed quid in casu necessitatis, ut esset infirmitas talis, quæ non permitteret Gubernatorem venire ad locum ubi regitur Curia; Tunc si esset facienda sententia diffinitiva, vel quilibet actus, qui fit Curia pro Tribunali sedente, ut est ultima contumacia in criminalibus, ad evitandam nullitatem, quid agendum?

Dubium relinquit *Danza tom. 1. tit. de Offic. Auditoris, num. 56.* Ubi de Præside infirmo loquendo, examinatis hinc inde opinionibus, demum dicit varie fuisse observatum.

Quandoque enim Præsidem infirmum adierunt, Quandoque in Aula ipso absente caussa terminarunt, juxta varium sensum ipsorum Officialium.

Re verò perpensius examinata per hoc dilemma resolvitur dubium *Danzæ*; Aut enim sunt diffiniendæ caussæ, vel contumaciæ accusandæ, certe si non in Aula solita, sed in ædibus infirmi prætoris fuerit lata sententia diffinitiva, vel contumacia vocata, nullitatis vitio laborabit: cum reus posset dicere, utique si hoc actum esset in Aula solita caussarum, ibi præsto fuissem; Et hæc mutatio decidendi caussas in alio loco, quam solito, ubi majores nostri jus reddere soliti sunt, merito parit nullitatem, ut supra tradidimus ex *Capiblanc. & aliis*, qui alias esset ad libitum Officialium vocare contumacem, & sententias proferre nunc in uno, nunc in alio vico Civitatis, in fraudem; & damnum litigantium.

Aut erit interloquendum, vel de aliis negotiis Curiæ tractandum, quam de contumaciis, vel diffinitivis sententiis; tunc indistincte Assessor interloquitur semper Prætore absente, & dictæ interloquutoriæ fiunt per Judicem tam in Curia, quam in domo absque præsentia Prætoris, sicuti Judices M. C. Vic. provident domi, vel in ipsa M. C. interloquendo sine Regentis præsentia, & ita Auditores sine Præsidis præsentia, & ita passim observamus.

Dilemma itaque erit, quod si de interlocutoriis loquamur, Prætorem infirmum adire opus non habet Judex, eas enim per se solus expedire potest.

Si de contumaciis diffinitivis, aliisque actibus quæ necessario Curia pro Tribunali sedente expediendæ erunt, & consequenter cum præsentia Præsidum, vel Prætoris; tunc actus expleri alibi non potest, nisi in loco solito caussarum, ut supra diximus.

Et dum Prætor, vel Præses est infirmus; infirmitas tanquam caussa necessaria excusat. Unde licet per substitutum Officialis exercere prohibeatur, ut late per nos in *quæst. 7.* tamen ex caussa necessaria, ut est infirmitas, potest substitutus exercere, ut in d. *quæst.* diximus.

5 Et-

5 Et propterea solus Judex tunc repræsentat Curiam pro Tribunali sedentem, ob absentiam necessariam, & involuntariam Gubernatoris, prout in casu mortis, ut in *d. qu.6.* late diximus.

Nec obstat, quod sit in eodem loco jurisdictionis, quia infirmitas facit obesse, ac si ibi non esset.

Infirmus enim large appellari potest absens, ut voluit *Alex. in l.1. post num.59. ff. de offic. ejus, cui mandata est jurisd.* quem sequitur *Rovit. in pragm. 2. de admin. num.* 10. qui *num.* 7. & 8. dixit impedimentum infirmitatis æquiparari impedimento necessariæ absentiæ, juxta *gl. in l. quæsitum, in verb. judicatum est de re judic.* & ibi *Bartol. num.1.* iterum *Bart. in l. fin. num.4. ff. de publ. judic. Jas. in §. rursus, num.3. instit. de action.* & probatur *in l. si longius in princ. ff. de judic. l. aut si valetudinem, ff. de jur. codicillorum.*

6 Et *d. Rovit.* subjungit *num.9.* quod impedimentum infirmitatis comprehenditur sub impedimento absentiæ, *Afflict. in Constit. de quæstion. num.5. in 5. notab.* quem sequitur *Sforz. Odd. de restit. in integrum par.1. qu.11. art.6. num.16. & 19. Rebuff. tom.3. Constit. Gall. tit. de recus. art.6. num.* 12. & conferunt alia tradita per *Rovit. ibidem in d. Pragm.2. de Administrat.*

Sed his circumscriptis in Regno, credo, hanc Conclusionem non esse dubiam, prout *Danza* reliquit, qui poterat citare pro decisione dicti sui dubii *Pragm. 7. de offic. Justit. §. 2.* Ubi statuitur; Quod non ob-
7 stante impedimento Præsidis, non exeuntis in locum, ubi regi solet Curia, Auditores uniantur in loco solito horis solitis, & non impediatur expeditio caussarum, & aliorum negotiorum, audito (ut solet) fisco, & quod Gubernator non possit impedire dictos Auditores in caussis expediendis, eo quod ipse Gubernator est impeditus venire ad locum solitum.

Et finis dictæ sanctæ sanctionis est, ut in principio ipsius habetur. Quia Reipublicæ interest, ne justitia retardetur, & quia fuit aliquando retardata expeditio pauperum carceratorum.

8 Et quod Auditores possint regere Curiam Præside absente, tenet etiam *de Leonardis cap.3. num.43.* quem sequitur *Scialoy. cap.33. de for. offic. num.376. in fine.*

Et licet *d. pragm.7. de Offic. Justit.* loquatur de absentia Præsidis, dico, quod (ut pluries repetitum est) ex identitate rationis, ne justitia retardetur, extensio fit etiam in casibus exceptis, *cap. cum dilecta, vers. nos igitur, extr. de confirm. util. & inutil.*

Et casus similes includuntur in dispositione, etiamsi adessent dictiones taxativæ, *l. ob as, C. de præd. minor.*

QUÆST. X.

SUMMARIUM.

Actorum Magistri conficere debent quinternum de omnibus interesse Curiæ tangentibus, & omni die Regenti, vel Advocato Fisci notificare, num.1.
Assessor cogit Actuarium ad consignandam notam informationum, num.2.

Tertium Caput 7. *Quæstionis* fuit in Regio Collat. Cons. decisum, ut Actuarius notam informationum Assessori consignet.

1 Consonat hæc decisio cum *Prag. 4. de Actuariis num.6.* mandante idem per hæc verba, v3. *Ut Actorum Magistri debeant conficere quinternum de omnibus, & singulis actis occurrentibus, interesse Curiæ tangentibus, & omni die de sero, quæ occurrerint, Regenti ipsius Curiæ, seu Advocato Fisci notificare, ne fiscalia negotia in longum protrahantur, nec subtrahantur, & defraudentur, atque occupentur.*

2 Ideo Assessor cogit Actuarium ad sibi consignandam notam informationum ex caussa in *dicta Prag.* expressa, ne fiscalia negotia in longum protrahantur, nec subtrahantur, & defraudentur, atque occupentur.

Cum sit destinatus ad assistendum pro justitia ministranda, & peccaret peccato negligentiæ, si obdormiens esset in munere suo.

QUÆST. XI.

SUMMARIUM.

Citatio ad informandum relaxari non potest, nisi visa prius informatione per Judicem, num.1.
Sententia non est ponderata, quæ nimis est festinata, & præcipitanter lata non valet, num.2.

Quartum caput 7. *Quæstionis* fuit in Regio Collat. Cons. decisum, quod Judex statim habeat processus; quando illos petit, ut mature possit ad expeditionem illorum procedere.

1 Hoc 4. Caput est decisum uniformiter cum *Pragm. 39. de Offic. Magistr. Justit.* Quæ mandat non posse relaxari citationem ad informandum, nisi visa prius informatione per Judicem, ut concludit etiam *Episc. Ricciut dec.604.* & decisum refert *Vivius dec.121.*

2 Nam ex temporis brevitate non præsumitur cognitum de caussa, nec Judex instructus, & tempore indigemus, ut aliquid mature agamus, *Muscat. part. 7. Glos. condemnando num.29.* ubi *num.31.* dicit, quod sententia non est ponderata, quæ nimis est festinata; & præcipitanter lata non valet.

QUÆST. XII.

SUMMARIUM.

Compositio, & transactio quid differant, num.1.
Compositio fieri non potest, ubi crimen non est probatum, alias tenetur de extorsione, num.2.
Cautela ne Officialis tali casu teneatur in syndicatu, num.3.
Transactio fit, ubi de crimine non liquet ratione dubii, num.4.
Commutatio, & transactio fieri non potest ab Offic. Reg. in delictis, ubi imponitur pœna mortis naturalis, vel civilis, vel mutilationis membri, sed debet consulere Proregem, num.5.
Officiales Baronales non possunt componere, & transigere præter delicta exceptuata, num.6.
Transactio, & compositio est gratia cum justitia commissa, num.7.
Transactio, & compositio fieri non potest absque partis offensæ remissione, num.8.
Remissio partis offensæ non requiritur, ubi non adest offensio realis, etiamsi interficiat equum illius, quem interficere volebat, num.9.
Remissio requiritur in committente falsitatem, num.10.
Inter Nobiles non requiritur remissio, sed sufficit reconciliatio, num.11.
Formula decreti inter Nobiles rixantes; dicto num.11.
Remissio Partis non requiritur, quando persona offensa est incognita, vel si casualiter sit factum delictum, vel offensus dederit caussam rixæ, num.12.
Pœna arbitraria potest per Baronem componi, transigi, & aggratiari absque Partis remissione, cum clausula salvo jure offensi, num.13.
Transactio, & compositio fieri potest super incidente absque partis remissione, ut in pœna spreti mandati, fidejussionis accusatæ, in pœna ducatorum mille pro ictu scoppictæ, in exilio fracto, num.14.
Sententia non potest proferri cum reservatione moderandi, vel commutandi pœnam, num.15.
Sententia in delictis levibus potest fieri alternative, ut

Digitized by Google

exulent, vel solvant, num. 16.
Baro ante sententiam potest aggratiare, vel componere, aut transigere delinquentes, qui habent Partis remissionem, secus post sententiam, sed datur cautela, ut possint post sententiam quoque id agere, num. 17.
Pœna simplicis exilii quæ sit, num. 18.
Relegationis pœna quæ sit, num. 19.
Deportatio quæ sit? & an hodie sit in usu, num. 20.

QUintum Caput 7. *Quæstionis* fuit in Reg. Collat. Consil. decisum, ne recipiantur transactiones, nec compositiones, nisi tantum per *Reg. prag.* permissas; Hinc in gratiam Tyronum enucleandum duco.

1 . *Compositio, & transactio*, passim dicta vocabula confunduntur, & idem sonant, & pro eodem ponuntur, *l. ab accusat. ff. ad Turpill.* ita *Carav. in rit. 176. num. 2. & 3.* Tamen revera compositio differt a transactione, ut docet idem *Carav.* ibidem ex mente *Lucæ de Penna in l. 1. C. de desert. lib. 12. & Muscat. in prax. crim. de vulneribus letalibus, &c. & curatis pœnis num. 21.* Nam compositio dicitur pœnæ commutatio, & succedit in locum pœnæ substinendæ, quæ propterea fieri non potest, ubi delictum non est certum, quia nec etiam est certa pœna, quæ esset infligenda.

2 Ideo Judex componere non debet, nisi ubi crimen est probatum; aliter tenetur de extorsione, seu concussione in syndicatu, ex *text. in l. 2. §. fin.* juncta *glos. cum l. sep. ff. quod metus causa, & Pur. in verbo compositio, §. an si est num. 5. Carav. in d. rit. 276.*, ubi *num. 4.* docet cautelam, ut Officialis faciat, quod
3 inquisitus confiteatur se culpabilem, & se remittat gratiis Curiæ, vel petat se admitti ad tolerabilem compositionem, & ita inquisitus non poterit de compositione conqueri.

4 Transactio autem non succedit in locum pœnæ, nec dicitur pœnæ commutatio, sed fit ratione dubii ad evitandos dubiosos litis eventus, sumptus, & expensas, & fit transactio, ubi de crimine non liquet ratione dubii, ut dicitur in *l. 1. ff. de transact.*

5 Ideo cum in *pragm. 2. de composit.* quæ incipit *Insperata*, de qua meminit *Carav. in rit. 272. & 276.* prohibeatur Officialibus Reg. componere inquisitos, ubi esset imponenda pœna mortis naturalis, vel mutilationis membri; Officiales ad evitandam *d. pragm.* componebant per viam transactionis; tamen in rei veritate erant compositiones, quia delicta constabant; Propterea ad supplicationem Fiscalis Salerni fuit ordinatum per literas registratas in Cancellaria, quod commutatio pœnæ in d. delictis, ubi pœna est mortis naturalis, vel mutilationis membri, non fiat, neque per viam transactionis, & hæc est *Pragm. 4. sub eod. tit. de composit.* & in alia compilatione est *3. de composit. emanata anno* 1556.

Postea autem supervenit alia *Prag.* per quam prohibetur tam Reg. Audienciis, quam Reg. Curiis, ne componant delicta, ubi imponitur pœna mortis naturalis, vel civilis, mutilationis membri, aut remigationis, aut alia quæcumque corporalis pœna afflictiva, sed solum in pœnis exilii simplicis, præcedente tamen partis remissione; alias ultra nullitatem Auditores, Capitanei, & Judices incurrunt in pœnam inhabilitationis ad alia officia, & in aliam pœnam corporalem declarandam, ut in *Pragm. 10. de offic. judicis n. 13.* vulgo dicta, *delli 89. capi*, edita *anno* 1616.

Et ideo in dictis delictis Officiales Regii non possunt componere, neque transigere, sed debent consulere Proregem, quando justissima inesset caussa transigendi.

In aliis vero delictis levioribus, ubi non est pœna corporis afflictiva, sed simplicis exilii, bene possunt Officiales Regii componere, & transigere, prævia partis remissione, ut supra dictum est.

Et propterea in dicto quinto Capite ordinavit Reg. Coll. Cons. quod Regia Curia Civitatis Cavæ non recipiat transactiones, nec compositiones, nisi in casibus tantum per *Reg. Pragm.* permissis.

6 Officiales vero Baronales possunt in omnibus delictis, præter aliquos exprese exceptuatos, componere, & transigere, quia in dicta ordinatione non comprehenduntur, & sufficit, quod Baro consulatur. Delicta exprese exceptuata sunt, sodomia, blasphemia Dei, vel B. Virginis & alia per nos notata in nostra *prax. crim.* quam brevi dabimus prælo.

Ideo in hoc largiores habent habenas Curiæ Baronales, ex quatuor literis arbitrariis Baroni concessis, ut concludit *Mansonius de contrer. ban. qu. 16. nu. 22. ex Carav. rit. 272. num. 7. Foller. super d. pragm. de composit. Campagna in cap. ad perversorum nu. 10. & cap. 221. num. 28.*

7 Et altera ratio adduci poterit. Quia a Prorege non impeditur Baro, quin faciat gratiam vassallis, ita quoque non impeditur recipere transactionem, vel compositionem, nam transactio, & compositio delicti est gratia, cum justitia admista, *Novar. gravam. 14. tom. 1. num. 5.*

Et ut Tyrones sciant, quando a *Reg. pragm.* est permissa compositio, & transactio, prout Reg. Collat. Consil. ordinavit in dicto quinto capite; Est etiam sciendum, quod

8 Transactio nulla, neque compositio fieri potest absque Partis offensæ remissione; novissime cautum est in Regno in *pragm. 2. & 4. de composit.* & antea in *rit. M. C. V. 275. Gram. cons. 34. Novar. gravam. 12. tom. 1.* licet ut *de Luca ad Franch. obs. 370. num. 3.* observavit, quod ex *rit. M. C. 274.* habetur compositionem fieri posse salvo jure Partis, attamen idem de *Luca* concludit, hoc esse correctum ex sententia *Carav. in rit. 272. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. nu. 7. de Marin. ad Revert. obs. 238. n. 1.*

9 Verum in delictis, ubi non adesset offensio realis, poterit fieri transactio, & compositio, etiam parte non remittente, & ita communis observantia hodie viget, & decisum pluries refert *Thor. in compend. verb. Remissio sive exculpatio ejus, fol. 557. col. 1. tom. 1. Novar. tom. 1. grav. 12.* exemplificatur in emissione ictus scoppictæ citra offensionem personæ, *Tasson. de anteph. vers. 3. obs. 4. nu. 104. & 240.* quem citat, & sequitur *de Luca ad Franch. observ. 370. n. 3.*

Quod amplia, etiamsi ex ictu scoppictæ interficiat equum illius, quem interficere volebat, quia non dicitur offensio in personam, ita *Scial. in prax. for. jud. cap. 24. n. 31. ex Rovit. Prag. 11. n. 9. 11., & 16. & Thor. in compend. decis. tom. 2. verbo Remissio, fol. 575. & tom. 3. sect. 3. verbo Remissio fol. 87. col. 1. & 2.* De hoc tamen dicto ego satis dubito, quia ex sola interfectione equi, mihi videtur necessaria remissio injuriæ jam illatæ, tu tamen cogita.

10 Sed hæc Conclusio limitatur in committendo falsitatem aptam ad nocendum Titio, licet non sequatur interesse Titii, quia hoc casu requiritur Partis remissio; ita *ex Rovit. prag. 4. de falsis, & in dec. 2.*

11 Insuper non omittendum existimo, quod si offensio facta fuerit inter Nobiles, qui deinde se conciliassent, tunc recipi potest transactio, vel compositio, & Baro gratiam facere potest, remissione non facta, quia ipsa reconciliatio loco remissionis habetur, & tunc fit decretum, stante pace sequuta, ac solutis ducatis .... Baronali Cameræ, pro causa tali non molestetur; vel stante pace sequuta gaudeant gratia, &c. *ex Novario gravam. 232. tom. 1. Sesse dec. 101. & in tract. de inhibit. cap. 1. §. 5. Rovit. prag. 11. de abolit. & in prag. 8. de composit. Capibl. pragm. 6. num. 52. tom. 1.*

12 Pro-

Digitized by Google

12 Præterea, quando persona offensa est incognita; vel si casualiter factum sit delictum, & pars offensa obstinate nolit remittere, vel si pars offensa dederit caussam rixæ, non requiritur remissio, ita *de Luca ad Franch. obser. 370. num. 3.* post *Guazzin. cap. 3. def. 34. num. 5.*

13 Item quando ex delicto venit imponenda pœna arbitraria, absque partis remissione transigi, & componi potest, & a Barone etiam aggratiari, cum reservatione jurium partis offensæ; ita *Scial. in prax. for. judic. cap. 4. num. 32. ex Sanfelic. decis. 53. num. 40. & decis. 310.*

14 Item quotiescumque compositio, vel transactio non fit super delicto principali, sed super aliquo incidenti. Nam super incidenti fieri potest absque partis remissione, & a Barone fieri potest gratia, puta in contraventione mandati, aut fidejussionis, vel pro pœna contumaciæ, & pro pœna ducatorum mille statuta pro ictu scoppictæ; In his, & similibus Baro absque Partis remissione gratiam facit; Et si quis rumpat exilium, pro fractura exilii, absque remissione Partis offensæ, potest reus aggratiari, componi, & transigi pro pœna fracti exilii, *Scial. ubi supr. Carav. rit. 272. n. 2. & Sanfel. ubi supr. Capibl. de Baron. Prag. 6. Guazzin. def. 34. cap. 2. num. 5.* quos sequitur *de Luca ad Franch. obs. 378. num. 3.*

At commutatio pœnæ exilii in pecuniariam fieri non potest absque Partis remissione. Quia tunc non est incidens, sed principale delictum, *Dom. Cons. Rosa tom. 1. suæ prax. crim. cap. ult. num. 19.*

15 Quod tamen intellige, ut hæc potestas transigendi, & componendi in Curiis Baronalibus sit penes Baronem, & a Barone ordinetur, & dependeat, non autem ab Officialibus Baronis, quibus expresse est prohibitum, ut pro pœnis fiscalibus non possit eas remittere, nec etiam in sententiis reservare potestatem moderandi, vel pœnam commutandi, vel minuendi *ex Prag. 25. seu finali de Baron. & ex Carav. rit. 272. num. 9. Tasson. vers. 3. observ. 4. n. 240. De Luca ad Franch. observ. 370. n. 4.* licet de jure communi poterat reservari dicta potestas, ut *gl. in l. labeo, §. 1. ff. familiæ erciscund. & Bald. in auth. interdicimus, C. de Episc. & Cleric.* & sic servant Curiæ Ecclesiasticæ.

16 Possunt tamen Barones non obstante *d. prag.* in caussis minimis decernere, ut exulent, vel solvant, ita *de Ponte de potest. Prorep. tit. de divers. provis. fieri solit. §. 4. n. 15. de Luca ad Franch. obs. 370. nu. 3.* sed non omittendum, quod Barones hanc potestatem aggratiandi, & componendi habent, ubi partis remissio adest ante sententiam, non autem post, nisi ex privilegio haberent etiam post sententiam, ut habet Ill. Princeps Bisiniani, & Ill. Dux Martini, vel ubi Baro habet primas, & secundas caussas, quia tunc si a sententia fuerit appellatum ad secundas caussas, appellatione pendente in eadem sua jurisdictione secundarum caussarum, potest aggratiare; secus si appellatum sit ad Regias Curias, *de Luca ad Franch. obs. 370. n. 3. ex Tasson., Capibl. dict. pragm. 6. num. 34.* & alii ibi, quicquid ante dixerat *Afflicta cap. 1. de Vassal. decrepit. ætat. num. 139.* qui negat licere Baroni post sententiam, licet pendente appellatio.

17 Idem erit si dicatur de nullitate processus post sententiam, potest componi, & aggratiare, idem *de Luca d. obs. 370. in fin. Guazzin. def. 30. cap. 1.*

Tandem notatu dignum existimavi, quod dum *Reg. pragm.* permittit Regias Curias posse componere delicta, ubi veniret imponenda pœna simplicis exilii; Poterunt Tyrones dubitare, quid denotet illud adjectum *simplicis*, dum absque illo adjecto sat erat dicere pœna exilii.

Et ut omnem dubietatis nebulam in Tyronum gratiam tollamus, est sciendum, quod nomen exilii ita large *DD.* aliquando sumere soliti sunt, ut confun-
18 datur cum relegatione, & deportatione, ut per *Caball. cas. 146. num. 14. Bajard. ad Clar. in qu. 61. n. 1. Guazzin. def. 33. cap. 27. n. 24.* relati per *Crispum in tract. 9. de fuga lib. 1. cap. 5. n. 7.*

Et relegatio ipsa aliquando sumatur pro exilio, ut in *l. Relegatorum, §. his qui ff. de interd. & releg.*

At ne in *d. pragm.* sic large sumatur, dixit cum illa modificatione *simplicis*, ut accipiatur secundum subjectam materiam in sua vera, & stricta significatione, juxta decisionem Sacr. Cons. apud *Tappia* 10. *num. 49.*

Exilium itaque simplex est, quando alicui certa Civitas, vel Terra, aut certa Provincia, vel etiam totum Regnum interdicitur, sive ad tempus, sive perpetuo, liberis ei relictis aliis locis non expressis; præter tamen illa loca, quæ in consequentiam exilii veniunt, ut locus delicti, propria Patria, & Civitas Metropolitana illius Regni, quæ dicitur communis patria, ubi residet Princeps, ut in nostro Regno Neapolis, ita DD. per *Text. in l. Relegatorum, §. constitutum, ff. de interdictis, & relegat.*

19 Relegatio est, quando certus locus, sive Insula reo assignatur in incolatum, & cætera cuncta loca ei interdicuntur, sive ad tempus, sive perpetuo, quæ Insula non declaratur per Judicem, sed relinquitur declarando per S. E. Sed hodie raro relegatur; nam potius condemnatur ad actuale bellum, vel ad præsidia clausa, ut diximus in *quæst. 8. num. 15.*

20 Deportatio est, quando certa Insula assignatur non ad tempus, sed semper in perpetuum.

Deportatio itaque irrogatur numquam ad tempus, sed semper in perpetuum, & in hoc differt Deportatio a Relegatione; Nam

Relegatio ad libitum Judicis, vel ad tempus, vel perpetuo irrogatur, & Deportatio numquam ad tempus, ut supra, ut in *l. relegatur, §. hæc est ff. de interd. & releg. Menoch. cas. 330. n. 3.*

Deportatio vero hodie recessit ab Aula, & licet *Capyc. decis. 140.* dicat in nostro Regno vigere, quia adsunt insulæ, tamen videmus quotidie in locum Deportationis subrogari perpetuos carceres in castris, forsan ob majorem securitatem, ut annuit *Crispus d. tract. de fug. cap. 5. num. 5.*

Ex his credo sufficienter esse explicatum illud adjectum in *Reg. pragm.* expressum, vz. *Simplicis exilii*, & sufficienter explicatum *cap. quintum decisionis dictantis, ut Judex Curiæ Civitatis Cavæ, transigat, & componat in casibus tantum per Reg. pragm. permissis.*

Multa alia remanent mihi super hoc capite explananda, sed scopus meus cum sit enucleandi tantum, ne Gubernator ponat falcem in messe Assessoris, & Assessor in messe Gubernatoris, & faciant, non quod ab aliis fit, absque perscrutatione, an bene vel male fecerint, cum non, quod ab aliis fit, sed quod fieri debet, perscrutandum sit; Ideo huic *Quæstioni* finem impono, & transeo ad sextum caput decisionis.

QUÆST. XIII.

SUMMARIUM.

Actuarius tenetur nudatum caput tenere, tam coram Capitaneo, quam coram Judice, num. 1.

Reverentia est præstanda Officialibus, tam in itinere, quam ubique ab omnibus, etiam post finitum officium, num. 2.

Birretum subditi non salutantis Officialem, ipse Officialis projicere potest & pedibus conculcare, num. 3.

Non salutans Officiales punitur, num. 2. & 4.

Officiales honorandi sunt etiam a parentibus, etiam a Principe, etiamsi præservi sint, num. 5.

1 SExtum caput fuit in Reg. Collateral. Consil. decisum, ut Actuarius tam in præsentia Gubernatoris, quam Judicis assistat nudato capite; & ratio de-
2 decisionis esse potuit, quia adeo honor, & reverentia est præstanda Officialibus tam in itinere, & deambulando, quam ubique, ut non salutans Officialem, possit puniri arbitrio Judicis, *Carav. rit. 5. in fine, Carrab. singul. 223.*

Et dicta reverentia præstari debet ab omnibus, etiam post finitum officium durante sindicatu, *Carrabba d. sing. 223.*

3 Imo potest biretum subditi non salutantis Officialem ipse Officialis projicere in terram, & pedibus conculcare, *Vincent. de vita in sua repet. Juris, verb. Officialis Justitia, fol. mihi 198. col. 2. ex Giurb. in crim. cons. 38. Novar. de grav. vassall. grav. 348. tom. 1. Gallupp. in prax. civil. par. 1. cap. 1. num. 18.*

4 Et omnes debent assurgere, & salutare, caput discooperire, & verba civilia proferre, alias pœna arbitraria puniuntur, *L. cum salutatus, & ibi glos. verbo processisset, C. de no. pass. Bovadilla in politic. lib. 2. cap. 18. Gratian. discept. 284. & late Capibl. sing. 74. n. 166. & sing. 295.*

5 Adeo quod etiam parentes tenentur reverentiam eis præstare, uti Officialibus, licet in domo pater sit major, *L. ille a quo §. cum seqq. ff. ad Trebell.*

Et a Principe met sunt honorandi, ut *in l. nihil Cod. de Palat. Sacr. largit. lib. 12. & in l. fin. Cod. de Consul. lib. eod.* ibi: *Qui a nobis loco patris honorantur, & Tiraq. de nobil. cap. 28.*

Et adhuc si protervi essent, honorari debent, quia dignitas, & non persona attenditur, *Bovadill. in sua politic. cap. 1. num. 15.*

Et quod honor, & reverentia debetur de jure Officialibus, habemus *text. in l. 2. C. de offic. Præfect. Prætor. lib. 12.* ibi: *Sit sedes Prior, locus conspicior, loquendi, & decernendi facultas, & text. in l. ex agentib. C. de Princip. agent. in reb. lib. 12. Lommena honorem, C. quando provoc. non est nec.*

QUÆST. XIV.

S U M M A R I U M.

TEstium dicta sunt scribenda, prout ab ore ipsorum proferuntur, num. 1.

Testes sunt recipiendi coram Judice, & non coram Capitaneo, verum si Capitaneus voluerit intervenire poterit, num. 2. *& ratio assignatur,* num. 5. *&* 6.

Judex debet videre quo vultu, qua trepidatione testes loquantur, num. 3.

Testium fides quanta sit, arbitrarium est Judici, num. 4.

Practica perfecte haberi non potest, nisi habeatur optima Theorica, num. 5.

IN septima *Quæst.* legitur septima, & ultima controversia habita inter Judicem, & Gubernatorem Civitatis Cavæ in recipiendis testibus, & capiendis informationibus. Nam fuit dubitatum apud Reg. Collat. Consilium, an informationes, & testes essent recipiendi coram Gubernatore sine interventu Assessoris, an vero coram Assessore sine interventu Assessoris, an vero coram Assessore sine interventu Gubernatoris?

1 Ratio dubitandi fuit, quia postquam per Assessorem est factum decretum, ut capiatur informatio, dicta informatio videtur capienda coram Gubernatore potius, quam coram Assessore, nam in depositionis actu nullum aliud requiritur consilium Doctoris, cum dicta testium recipienda, & scribenda sint simpliciter, prout ab ore testium proferuntur; & interventus Assessoris non est necessarius, nisi quando ab ipso Gubernatore desideratur.

At hac dubitandi ratione non obstante, prætendebat Judex dictæ Civitatis Cavæ, ut omnino testes reciperentur cum suo interventu.

2 Et per Reg. Collat. Consilium fuit decisum ad beneficium Judicis, cujus interventus fuit æstimatus semper necessarius; verum ubi Gubernator voluerit intervenire, testes sint recipiendi tam coram Gubernatore, quam coram Judice.

Et merito ita decisum fuit, nam Judex, & non Gubernator judicabit post captam informationem, & ut possit bene judicare, debet videre, & audire viva vo-
3 ce, quo vultu, qua trepidatione testes loquantur, ut concludit Jurisprudentissimus *de Luca ad Franch. observ. 366. num. 4. per text. in l. de minore, §. plurimum, ff. de testibus.*

4 Et arbitrarium est Judici, quanta fides adhibenda sit testibus, *l. 3. §. ideoque ff. de testib. Ant. de Butr. in cap. literis de probat.*

Et hoc arbitrium melius oritur ex interventu ipsius Judicis videntis, & audientis aspectum, & modum, quibus testes eorum dicta proferunt.

Alia quoque ratio dictæ decisionis potuit esse, quia dum ut plurimum Gubernatores, ubi Assessores assistunt, non sunt legalis facultatis periti, & facili modo ab imperio forent interrogatoria suggestiva, aut alia nullitas, & defectus in informationibus committeretur, prout quotidie experimur.

Nec obiiciatur, quod possent informationes sine Assessore bene capi per Actorum Magistros peritissimos; vel etiam quando Gubernator esset peritus.

Nam cum raro contingat, ut Gubernator, vel Actuarius ita peritus reperiatur in Curiis inferioribus, & frequentius accidit, ut imperitia Gubernatoris Idiotæ, & Magistri Actorum non concipiant informationes optimo, quo oportet, modo; Ideo lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt.

Hinc praxis inolevit, ut si Judex perpendens qualitatem informationis, & diligentiam, ac habilitatem Gubernatoris, vel Actuarii solet permittere, ut testes recipiantur absque ejus interventu, sed vel cum interventu Gubernatoris tantum, vel etiam a solo Actuario prævia commissione in delictis ultra relegationem, juxta per nos tradita in 8. *Quæst.*

Actuarius enim, & Gubernator Idiota licet peritissimi, & versatissimi essent in capiendis informationibus, non possent in omnibus delictis requisita informationis pernoscere.

5 Non enim potest perfecte haberi practica, nisi habeatur optima theorica.

Regulariter enim non poterit bene concipi informatio, nisi investigetur prius theorica, quibus excusationibus poterit defendi; quibus circumstantiis poterit aggravari delictum? & quæ requisita debeant probari, ut ad punitionem deveniri possit. His cognitis facilis erit practica bene concipiendi informationes; sed hæc in aliquibus delictis etiam a practicis
6 ignoratur, & ideo Arbitrio, & Judicio Assessoris remittitur, quando ejus interventus judicatur necessarius, & quando non. Et interventus Gubernatoris nunquam a Reg. Coll. Cons. fuit judicatus necessarius, solum in dicta decisione fuit judicatum non esse denegandum, si ipse Gubernator voluerit intervenire.

Necessarius merito fuit judicatus interventus Assessoris, ne ex defectu informationis non rite conceptæ, vel remanerent delicta impunita, vel delinquentes in punitione remanerent gravati.

QUÆST. XV.

S U M M A R I U M.

JUdex, an Officialis Idiota præcedere debet, num. 1.

Prorex habet primum locum, & Reg. Collateral. Consiliarii secundum locum in subscribendo, num. 2.

Ego

Proregens M.C.V. subscribit in primo, & digniori loco, & Judices in secundo loco, & ita Præses Provincialis, cum Regiis Auditoribus, num.3.

Assessor, & Consultor debet subscribere in secundo loco post subscriptionem Officialis Idiotæ in actis judicialibus, secus in extrajudicialibus, num.4.& 7.

Usurpare locum sibi non competentem laudabile non est, num.5.

Papa licet ex infimis parentibus ortus sit, tamen ratione Pontificatus omnibus Monarchis antecellit, num.6.

Officialis Idiota, quas scripturas firmat, & expedit sine Assessore, num.8.

Praxis votandi per consultorem, num.9.

Praxis extendendi vota Consultoris in Curia Capitanei Idiotæ, num.10.

Formula decreti, quando Consultor est præsens in loco Judicii, num 11.

Formula voti, quod fit a Consultore absente, num.12.

Votum Consultoris absentis, nec extensum formiter per Officialem Idiotam, non habet vim sententiæ, sed vim consultivam tantum, num.13.

Formula extendendi vota Consultoris, num.14.& 16.

Maranta, & Follerius *declarantur*, num.15.

Officialis, qui exercet utrumque munus Gubernatoris, & Judicis debet expresse subscribere, se esse non solum Gubernatorem, sed judicem quoque, num.17.

Decreta quibus temporum intervallis proferri debent? alias sunt nulla, num.18.

Monitio ad sententiam circumducta, & expirata dicitur post mensem, num.19.

In M.C.Vic.& Sac.Reg.Cons. durante biduo post quamlibet citationem non proceditur, sed lapso biduo proceditur ad actus incumbentes, secus in aliis Curiis Regni, ubi sequenti die post primam Curiam potest procedi, num.20.

In prima citatione, quæ fit in principio litis, non attenditur biduum ut supra, sed peremptorium quinque dierum, & traditur praxis accusandi contumacias, num.21.

Contumaciæ non accusantur in causis civilibus contra habitantes in loco Judicii in Tribunalibus Neapolitanis, sed solum contra cæteros, secus in Curiis inferioribus Regni, in quibus accusantur etiam contra habitantes in loco judicii, eod.num.21.

Diversa praxis servatur in Sac. Reg. Cons., diversa in M.C.V., & diversa praxis in aliquibus Curiis Regni in accusandis contumaciis, & traditur dicta diversitas, num.22.

Citatio sive clausula peremptorie, &c. *non valet, intellige in criminalibus, non in civilibus*, d.num.22.

Praxis servanda in Curiis Ecclesiasticis, num.23.

ULtimo restat differendum de subscriptione facienda
per Capitaneum, & Consultorem, & de aliis circa
præcedentiam, in quibus vidi nonnullos Doctores
juvenes errare, putantes se uti Judices ob Doctoratus
dignitatem debere præcedere, tam in sedendo, quam
in ambulando, & in subscribendis sententiis; maxime
in locis, ubi Locumtenens, vel Capitaneus est infimæ
conditionis; At quia in officiis publicis non inspicitur
majoritas conditionis, quæ uti privatus quis
potitur, sed attenditur illa majoritas ratione ipsius
1 officii cuique officiali competens; ideo hac attenta
debetur major præcedentia Officiali, quam Judici, sive
Consultori. Exemplum patens habemus in Excell.
2 Prorege, qui primum locum tenet in Regno, & secundum
locum post Viceregem tenent Dom. Reg. Regiam
Cancell., qui latere Exc. Proregis assident, qui ideo
vocantur Regii Collaterales Consiliarii, & scripturas
subscribit Exc. Prorex in primo, & digniori loco, &
deinde in secundo loco subscribunt d.Dom.Reg.Consiliarii
Collateralis; Ita etiam Dom. Proregens M.C.V.
3 primum, & digniorem locum tenet in M.C.V., & Dom.
Judices secundum locum, tam in sedendo, quam in subscribendo
scripturas.

Ita etiam Præses Provincialis primum, & digniorem
locum in sedendo, & subscribendo, & secundum locum
tenent Dom. Auditores, qui Consiliarii dicuntur
ipsius Præsidis; Eodem quoque ordine Capitanei, sive
Officiales, & Locumtenentes Terrarum debent primum,
& digniorem locum tenere in sedendo in Curia,
& in subscribendo scripturas, quæ a Curia expediun-
4 tur, & secundum locum Judex, vel Consultor. In aliis
vero functionibus, quæ non intuitu officii fierent,
tunc præcedentia in omnibus debetur personæ digniori,
inspecta ætate, nobilitate natalium, sublimitate
doctrinæ, inspecto exercitio, in quo versatur, & for-
5 tuna bonorum, & aliis. Nec laudabile puto, ut Doctor
usurpet locum in subscribendo sibi non competentem
in sententiis, & aliis scripturis judicialibus, qui
sunt actus publici officii; sed potius erit nota, vel ignorantiæ,
vel superbiæ, & temeritatis, dum ad Apostola-
6 tum, & Pontificatum, licet Piscatores, & alii ex infimis
parentibus assurguntur; tamen Reges, & Magnates
non erubescunt primum locum cedere Papæ, qui
ratione Pontificatus omnibus Monarchis antecellit.

Et, ut clarior hæc praxis Judicis, sive Consultoris habeatur,
congrue hic aliquas formulas ponere duxi;
Præmittendo, quod in locis, ubi ex privilegio, vel consuetudine
debet assistere Assessor, sive Judex, ut diximus
in primo *Cap.* hujus primi *tit. num.7.&* 8. in sententiis,
& ultimis contumaciis, aliisque actis faciendis
Curia pro Tribunali sedente, firmat tam Officialis,
quam Assessor, & tunc præcedit subscriptio Officialis,
& secundo loco subscribit Judex, & in Curia similiter
7 Officialis sedet a dextris, & Judex a sinistris in digniori
loco domi prætoriæ, & Actuarius scribit in banco
separato; Et in parvis oppidis, Actuarius in pede
banci, & Officialis in capite; in decretis interlocutoriis,
& aliis, quæ non fiunt Curia sedente, firmat solus Judex,
8 exceptis executorialibus, quæ firmantur a solo Capitaneo;
Ita quoque quando expeditur ordo, quod aliquis
capiatur, & quando firmantur cartellæ, concernentes
salaria famulorum, exactiones apothecariorum,
& similium, de quibus oretenus cognoscit Officialis
Idiota; In Parlamentis quoque per Universitatem faciendis
assistit, & firmat solus Officialis idiota; ubi fierent
excubiæ in portis, & muris Civitatum, & similibus
negotiis ad solum Officialem idiotam pertinentibus,
Judex non firmat, nec se ingerit, nisi in casu
alicujus controversiæ, in qua votum Judicis exposceretur;
Et ideo in Civitatibus duo deputantur Officiales,
unus idiota, qui præest Populo in expediendis
omnibus negotiis ad bonum regimen, & politicum gubernium
pertinentibus; Alter Jurisperitus, qui vacet
in volvendis processibus, & solvendis dubiis legalibus,
quasi non possit unus utrumque munus explere in Civitatibus,
aliisque locis, ubi solet detineri Capitaneus
cum Assessore.

In locis vero, ubi assistit solus Officialis idiota, qui
procedit cum voto Consultoris; Tunc, vel Consultor
est in loco Judicii, in quo multoties vocatur ad assistendum
pro expeditione alicujus causæ, vel carcerati
summæ importantiæ, vel est in convicinio, & ei
mittitur processus ad votandum. Primo casu non fit
votum, sed extenditur decretum cum clausula, quod
illud decretum fuit factum cum voto Consultoris ordinarii,
vel Electi, & in illo firmat primus Officialis,
& secundus Consultor.

9 Si vero erit in convicinio Consultor; tunc non extenditur
decretum a Consultore; sed fit votum sine
data diei, & anni, nec in eo scribitur lectum, latum,
vel provisum, nec in eo firmat Officialis, nec Actuarius,
aut Scriba, sed firmat solus Consultor, qui non
publi-

Digitized by Google

publicat votum, sed remittit processum clausum, & sigillatum ad Officialem, qui Officialis in Curia publicat votum, & juxta dictum votum extendit decretum, quod decretum firmat solus Officialis idiota, & in calce dicti decreti extensi, & firmati per dictum Officialem, fit lectum, latum, vel provisum, & deinde
10 firmat Actuarius; & ita intelligendus est *Maranta*, & *Foller. in addit. part. 4. distinct. 16. n. 67.* dicentes, quod post votum, sive consilium Jurisperiti debet sequi sententia Officialis idiotæ, alias esset nulla sententia prædicta; Nam hoc erit intelligendum, quando mittitur consilium a Jurisperito absente; & dictus *Maranta* bis obtinuisse dicit contra sententiam Jurisperiti non extensam per Officialem, ex *Jasone*, *Bald. Specul.* & aliis ibi allegatis. Ideo Praxis erit, v3.

Formula decreti, quando Consultor est præsens in loco Judicii.

11 *In causa querela per T. de T. exposita contra T. de T. ut ex actis.*

Die T. mensis T. anno T.

Per Curiam Terræ T. ejusque Dom. Locumtenentem, cum voto infrascripti Dom. Ordinarii Consultoris, fuit provisum, & decretum, quod suspensa criminalitate, civiliter agatur; hoc suum, &c. & intimetur.

T. Locumtenens.

T. Consultor.

Provisum die quo supra in T. Curia, &c.

T. Actuarius.

In hoc decreto non requiritur alia solemnitas; quia est latum cum interventu, & præsentia utriusque, tam Officialis idiotæ, quam Jurisperiti, & ab utroque publicatum, & firmatum; Ideo non restat aliud agendum, nisi ut notificetur Parti, & executioni demandetur, & ab eo pars gravata potest appellare.

12 Formula Voti, quod fit a Consultore absente a loco Judicii.

Viso præsenti processu, nobis per Curiam Terræ T. transmisso, partibus prius monitis, sum voti, quod Partes dicta Curia sint in decernendo, ut suspensa criminalitate usque ad testium publicationem, civiliter agatur, quia ita justum, & juris esse censeo.

T. Consultor Electus.

Si vero esset Consultor Ordinarius sufficit firmare v3. *T. Consultor*; sed quando est Consultor electus debet specificare se esse Consultorem electum.

13 Hoc votum, sive hoc consilium Jurisperiti non habet vim sententiæ, etiam quod firmetur ab Officiali & Actuario, & quod apponatur dies, mensis, & annus, & lectum, latum, vel provisum in calce dicti consilii; & ideo firmatur a solo Consultore sine die, mense, & anno & & sine clausula, *lectum, latum, vel provisum, &c.* Quia habet vim consultivam tantum, ut Officialis Idiota possit sententiam ferre juxta dictum consilium, & ideo sint cauti Officiales idiotæ, ut separatim scribant decretum, quod scribitur duobus modis v3.

14 Formula decreti, quod per Officialem Idiotam fit vigore voti, sive consilii Consultoris absentis.

Die T. mensis T. Anno T.

Per Curiam Terræ T. ejusque Dom. Capitaneum viso voto Dom. Ordinarii Consultoris, vel viso voto Dom. U. J. D. T. de T. Consultoris prævia lista suspectorum electi, vel de consensu Partium electi, & per hanc Curiam confirmati, tenoris sequentis v3.

Inseratur votum de verbo ad verbum.

Fuit provisum, & decretum, prout in suprascripto consilio continetur, ita per hoc suum, & intimetur.

T. Capitaneus.

Provisum die quo supra, in Terra T. Curia, &c.

T. Actuarius.

15 Et hic est casus relatus a *Maranta*, & *Follerio in part. 4. distinct. 16. nu. 67.* quod reliqui Officiales ignari non extendunt separatim decretum; sed se subscribunt in calce consilii, & ibi faciunt lectum, lata, tunc sententia non valeret; & est communis opinio Scribentium, de qua testatur *Jas. in l. ait Prætor, §. 1. col. 4. ff. de re judic. & in §. jurare, instit. de action.* & *Alex. in cons. 55. col. fin. lib. 5.* citati per *Foller. ad Marant. ubi supr.*

16 Formula extendendi votum sine insertione, v3.

In causa querela, &c. Die, &c.

Per Curiam Terræ T. ejusque Dom. Capitaneum fuit ex suprascripto voto Dom. Ordinarii Consultoris provisum, & decretum, quod suspensa criminalitate usque ad testium publicationem civiliter agatur, hoc suum, & intimetur.

T. Capitaneus.

Provisum die quo supra, in Terra T. Curia &c.

T. Actuarius.

Formula autem eligendi Consultorem, & monendi partes ad comparendum coram Consultore, est in 1. *Capit.* hujus *primi Tit.*

17 Unum volo advertere, quod vidi dubitatum, & oppositum in quodam Processu, ubi fuit opposita nullitas sententiæ, & omnium actorum, ex eo quia erant firmata a Gubernatore sine voto Consultoris: & è contra respondebatur, quod ille Gubernator erat Jurisperitus, qui exercebat utrumque munus Gubernatoris, & Judicis, licet in subscriptione apparebat firmatus T. Gubernator; Ideo ad evitandas similes altercationes ego posthæc semper firmavi v3. *Riccius Gubernator, & Judex*; & sic vidi a doctis viris quoque servari.

18 Sint cauti etiam Consultores, ne proferant votum nimis lente; nam Judex idiota moneat partes ad comparendum coram T. Consultore primo die, vel T. die juxta formulam monitionis per nos traditam in *primo Capit.* hujus *Tituli*; Tunc si est ferenda sententia interlocutoria, potest Consultor expedire consilium suum dicta die statuta, vel sequentibus diebus, hoc ordine: si dicta monitio sit partibus notificata die 8. mensis, non potest eadem die 8. votum proferre, ut quidam imprudenter, & nulliter faciunt, quia ante tempus, non expectata prima die juridica, quæ erit dies nona; esset nullitas; Verum poterit diebus immediate sequentibus votum expedire.

In sententia vero diffinitiva, debet expectare saltem peremptorium quinque dierum, & procurare debet allegationes, & informationes ab utraque parte litigante, tam oretenus, quam in scriptis, quæ consignantur secrete in manica Judicis; Nam ut est adagium. *Audi aliam partem, si vis recte judicare.* Et *Muscat. in gl. sententiam part. 7. num. 30.* ex doctrina *Dom. Gemin.* arguit contra Judices, quibus de mane mittitur processus, & in vesperis ferunt sententias, ut sint ipso jure nullæ, dum ex temporis brevitate non præsumitur cognitum de caussa, nec Judex instructus, cum præcipitatio in sententiis sit noverca justitiæ: & sic ex nimia festinantia erit nulla, ex authoribus, & doctrinis ibi per *Muscat.* allegatis.

19 Verum non debet differre, ut litigantes defatigentur in eundo, & redeundo; sed omnia fiant circumspecte, neque debet votum proferre, si monitio erit circumducta; Quæ monitio in M. C. Vicariæ, quæ dat normam aliis Curiis, circumducitur per mensem, quando

Digitized by Google

quando processus non est datus expediendus in posse Commissarii caussæ, & in M.C.V. in interlocutoriis non proceditur post monitionem, nisi lapso biduo post citationem. Imo in qualibet citatione expectatur biduum, quo elapso proceditur ad actus incumbentes, ut docet *Regens Sanfel. in summa ordinis, fol.* 20 *mihi* 248. Unde inolevit Praxis, quod aliqui Procuratores citati respondent in calce citationis; *T. Procurator pavisò biduo reservat Jura*: sed in Curiis inferioribus Regni non expectatur biduum, sed servatur praxis tradita a *Maranta in p. 6. membro* 1, *num.* 67. *& Carav. rit.* 94. quos citat, & approbat idem *Sanfelic. sect.* 38. *num.* 25. ut die immediate sequenti post primam Curiam procedatur ad actum incumbentem non expectato biduo, nec triduo, excepta prima citatione, quæ fit in principio litis, in qua accusantur contumaciæ, expectato peremptorio quinque dierum; ut si quis in principio litis citatur ad comparendum prima die juridica, tunc die sequenti post citationem hora caussarum accusatur prima contumacia si non comparet, & deinde expectatur per tres alios dies continuos, in quibus currunt etiam dies feriati, & postea in quarto die sequenti juridico accusatur ultima contumacia, si non comparet, & 21 hoc erit ultimum peremptorium, quod putatur terminus quinque dierum inclusa illa die primæ contumaciæ, & in hoc non debeo reticere unum valde notabile: quod in caussis civilibus dictæ contumaciæ accusantur in prima citatione, quæ fit in principio litis super primo libello in Curiis inferioribus extra Neapol. tam in caussis civilibus, quam Criminalibus, & tam contra citatos, qui sunt in eadem Civitate, & loco judicii, & in eorum contumaciam proceditur juxta dictam praxim *Maranta* loco citato: At in M. C. V. & Sacr. Reg. Cons. & aliis Tribunalibus intra Civitatem Neap. secus practicatur; nam contra eos, qui existunt in Civitate, non accusantur contumaciæ in caussis civilibus, etiamsi non comparent, nec constituunt procuratorem, sed elapso biduo proceditur, & in quolibet actu citari debet; & ita est hodierna praxis, & cum hac distinctione debent intelligi *Mostill. de grad. citat. num.* 22. *Rovit. in prag.* 3. *de ord. Jud.* Quod nemo hucusque advertit in hanc diversam praxim in Curiis intra Neap., sed confundunt praxim intra Civitatem, cum illa extra Civitatem Neapolis.

22 Ita quoque diversa praxis servatur in accusanda contumacia in Sac. Reg. Cons., diversa in M. C. V., & diversa in aliis Curiis Regni. Nam in Sac. Reg. Cons. ob æquitatem dicti supremi Tribunalis ex antiquissimo stylo non accusatur contumacia ultima die termini, sed sequenti die post lapsum terminum. At in M. C. V. & in omnibus Curiis Regni accusatur contumacia ultima die termini, ex. gr. Die prima mensis citatur quis, ut infra terminum decem dierum compareat, illa prima dies mensis, in qua fuit citatus, non computatur in termino. Ideo ultima dies dicti termini decem dierum erit dies undecima mensis, & dicta die undecima, quæ est ultima dies termini, accusatur prima contumacia in M. C. V., sed in Sac. Reg. Cons. accusatur sequenti die, quæ erit duodecima mensis.

Ultima vero contumacia non potest accusari in S.R.C. nec M. C. V. nisi post lapsum triduum, ex. gr. Fuit accusata prima contumacia in die undecima mensis, debet accusari ultima contumacia in die decima quinta mensis, & sic lapso triduo in 4. die post primam contumaciam, ubi computato die undecimo, in quo fuit accusata prima contumacia, sunt quinque dies, qui terminus quinque dierum vocatur peremptorium.

Et ideo in citatione, nisi apponatur verbum *Peremptorie citetur*; citatio erit nulla in caussis criminalibus tantum; nam secus in civilibus in hoc Regno, ubi omnes caussæ civiles sunt summariæ, quia sine peremptorio valet citatio civilis, *Marant. par. 6. rubr. recte concipiatur citatio, num.* 72. *fol.* 143. ex *Afflict. in Constit. Inconsutilem col. pen.* de quo peremptorio latius dicemus infra in *tit. de liquidatione instrumentorum* 9. *requisito.*

Hac tamen differentia, quod in Curiis inferioribus Regni, ut plurimum servatur stylus, ut si ultima die peremptorii, non erit actor vigilans in accusanda ultima contumacia, statim elapso peremptorio, citatio expirata, & circumducta dicitur tam in caussis civilibus, quam in criminalibus, & tam contra habitantes intra, quam extra locum Judicii.

In Civitatibus vero Neapolis; & Salerni, Cavæ, Nuceriæ Paganorum, & in nonnullis aliis magnis Civitatibus; non sic statim expirat, seu circumducitur, sed ultima contumacia poterit accusari contra habitantes extra Civitatem, & districtum infra sexaginta dies numerandos a die incusatæ primæ contumaciæ, & hoc tam in caussis civilibus, quam in criminalibus; contra vero habitantes in Civitate, ejusque suburbiis, & districtu poterit accusari ultima contumacia infra triginta dies in criminalibus tantum; nam in caussis civilibus non accusantur contumaciæ contra habitantes in Civitate Neapolis, ut diximus supra. Et ita intelligenda est illa Praxis, quod infra mensem in Civitate, & duos menses extra Civitatem durat potestas accusandi ultimam contumaciam, qui mensis semper computatur esse triginta dierum.

Quæ praxis fuit a nostris Regnicolis practicis posita confuse, non sic distincte.

Alia distinctio advertenda est, quod si ultima contumacia cadet in diem festum, fit mentio, quod non accusatur contumacia ob festum, ut in Kalendario: & sequenti die juridica accusatur contumacia in locis, ubi omni die juridico, quo cadit, contumacia potest accusari, sed in locis, ubi de stylo non omni die accusatur contumacia, sed in die Martis, & Veneris tantum, ut est in Civitate Nuceriæ Paganorum, non fit mentio de festo in ultima contumacia: sed post triduum expectantur dies Martis, vel Veneris ad libitum quandocumque infra mensem, vel infra duos menses, ut supra. Et in M. C. V. accusantur contumaciæ in die Lunæ, & die Veneris tantum; & ita intelligendi sunt *Scopp. ad Nicol. in prax. civ. fol.* 26. *num.* 190. *& in prax. crim. fol.* 44. *num.* 30. *Carav. rit.* 123. *num.* 8. *D. Cons. Petra rit.* 122 *de Marin. lib.* 1. *resol.* 54. *num.* 16. *& ad Revert. decis.* 87. *num.* 3. *Motill. in grad. citat. num.* 36. *& num.* 26. qui cum *Sarno* dixit non reperiisse ritus, nec practicos clare loquentes de vera observantia contumaciarum, & propterea locutos fuisse cum Actuario Scodes & involuendo in tantis dubiis; sed adest *ritus* 223. qui dat modum clarissimum incusandi primam contumaciam, & expectato triduo incusandi ultimam. Et hæc praxis hic a nobis tradita, est hodierna, vera, & germana; Et de aliis circa contumacias latius dicemus in 2. *tom. in tit. de actis, quæ fiunt in contumaciam*, & aliqua pauca dicemus in dicto 1. *tom. tit. de liquidatione instrumentorum*, sed hic incidenter hæc pauca placuit per transitum advertere; quia a nemine vidi sic distincte dilucidatam hanc Praxim Contumaciarum.

23 Et dicta praxis circumductionis per mensem in Civitate, & per duos menses extra servatur tam in foro sæculari, quam Ecclesiastico, ita *De Marin. ubi supra ad Revert. dec,* 77. *num.* 3. per *Episc. Riccium dec.* 83. *lib,* 1.

TITULUS SECUNDUS

De Primo ingressu Officialium.

In praecedenti primo Titulo posuimus formulas Patentalium, quae usu frequentius occurrunt, cum aliquibus advertentiis, seu notabilibus super illis. Congruens est, ut successive ponamus instructiones, quomodo se gerere debet Officialis post obtentas Patentes, tam ante ingressum, quam in actu primi ingressus Officii; Et de his loquimur in hoc secundo Titulo.

QUI SECUNDUS TITULUS dividitur in V. CAPITA v3.

CAPUT I.

De literis scribendis ante Ingressum ad Universitatem, & Praedecessorem.

S U M M A R I U M.

Officialis ex urbanitatis debito tenetur nunciare Praedecessori patentes obtentas, & futurum suum adventum, num. 1. *& aliam Epistolam mittere ad Universitatem*, num. 2.

Formula Epistola ad praedecessorem, num. 3.

Formula Epistola responsiva, quae fit a Praedecessore, num. 4.

Form. Epistola mittenda ad Universitatem, num. 5.

1 Obtentis itaque Patentalibus, antequam ad Civitatem, vel Terram sibi decretam, se conferat Officialis, ex urbanitatis debito, solet, & tenetur Epistolam Cerimonialem, vulgo dictam, *Di Complimento*, mittere ad Praedecessorem in actu existentem in officio, eique nunciabit suam commissionem, & adventum ad tempus d. Praedecessori placitum, & opportunum. Aliam Epistolam mittet Magnificis Syndico, & Electis Universitatis, & ab illis rehabere responsivas literas, alias posset ex illorum indignatione aliquam difficultatem incurrere in ingressu; saltem impedimenti temporalis, & alicujus indiscretae incorrespondentiae. Et de hoc est *Text. in l. observare 4. §. proficisci, ff. de offic. Procons.* Ubi recte faciet, si edictum Antecessori suo miserit, significetque qua die sit ingressurus.

2 Formola della lettera di Complimento, che si deve mandare dal Successore all' Officiale, prima, che vadi a pigliare il possesso.

Fuora si farà la sopracarta v3.

Al mio Signore, e Padrone sempre Osservandiss.

il Signor Governatore della Città T.

Dentro si farà v3.

Signor mio, e Padrone Osservandiss.

3 S' è compiaciuto la benignità dell' Illustrissimo Signor Duca T. innalzare la debolezza del mio basso talento a servirla nel Governo di cotesto Stato; a quale effetto m' ha favorito della Patente; ho stimato debito de' miei proprj doveri portarne a V.S. la notizia, accertandola, che benchè detto Signore m' abbia così favorito, tuttavolta il terminare l' essercizio di detto Governo dipenderà dalla sua volontà, mentre io starò sin tanto a trattenere la mia venuta, sin' a quanto resterà V.S. soddisfatta, e sbrigata, e compiaciuta comandarmi, che venga servendola, e siccome spero aver la fortuna d' accettar nel corso del mio Governo le prudentissime norme, che la virtù, ed esperienza di V.S. ha saputo praticare, e dar motivo ad altri d' imitare li suoi sperimentati portamenti, così la supplico voglia degnarsi con qualche suo pregiatissimo comando render consolata la brama di chi ambisce servirla: e le bacio per sempre mille volte le mani, &c.

Formola di Lettera responsiva da farsi per l' Officiale attuale successore.

Foris sopracarta.

Al mio Signore, e Padrone sempre Osservandiss.

Il Sign. T. di T.

Intus. Sign. e Padr. mio Osservandiss.

4 Sono effetti della gran compitezza di V.S. l' onore, che mi fa nel prevenire le notizie della sua successione al mio Governo di questo Stato, con lasciare a mia disposizione la sua venuta, quando sarò io soddisfatto di depositare; Ne porto a V.S. quei maggiori ringraziamenti, ne posso con la penna esplicare, confessandomi inesplicabilmente obbligato a così eroici, e complettissimi suoi modi; e benchè la mia partenza non potrà succedere, se non sarà prima ben rinfrescata l' aria, tutta volta resta a libertà di V.S. il venire quando più presto li piacerà, ch' io fra tal mentre goderò trattenermi privatamente a godere, e servire V.S. qui, e per fine la riverisco, bacio le mani, e priego comandarmi, &c.

Formola della lettera di Complimento alli Sindici del luogo.

Fuora alla sopracarta v3.

Alli miei Signori, e Padroni sempre Osservandiss.

Li Signori del Regimento della Città T.

Intus v3.

Miei Signori, e Padroni sempre Osservandiss.

5 Stimo mia obbligazione prevenire con le SS. VV. a portar la notizia, come la Grandezza dell' Illustrissimo Signor Duca è restata servita praticar meco la magnanima generosità sua, coll' onorarmi della Patente del Governo, (*o del Gindicato*) di cotesta Città,

Digitized by Google

Città, dove con mio particolar genio verrò per ricevere i comandi delle SS. VV.; sperando d' incontrare quella pace, e quiete nel detto Officio, che ne risulti il servigio di Dio, del Padrone, e del Pubblico, e restando attentissimo Osservatore per servirle; resto alle SS. VV. baciando per fine le mani, &c.

CAP. II.

De Præsentatione Patentalium, & Possessione capienda per Officialem.

SUMMARIUM.

Officialis præsentare debet patentes Magnificis de Regimine, & instare, ut admittatur ad officium, num. 1. *& etiam liberatoriam antecedentis officii,* num. 3. *& approbationem ad exercenda officia, ubi officium Judicis habet annexum,* num. 4.

Possessio Officialis solet in publico parlamento admitti; & in quibusdam locis per Syndicum, & Electos tantum, & mos cujusque loci servandus est, num. 2.

Quid agendum post præsentatas Patentes, num. 5.

Formula captionis possessionis per actum publicum, num. 6.

Formula præsentata facienda in calce Patentalium, num. 7.

Formula captionis possessionis penes acta stipulata, vel per Cancellarium Universitatis, vel per Actuarium Curiæ, qui non est Notarius, num. 8.

Fidejussio de stando syndicatui, nisi præstetur, denegatur possessio Officiali, imo post captam potest amoveri, num. 9.

Syndicandus de caussa capitali carceratur non obstante fidejussione præstita de stando syndicatui, num. 10.

Fidejubens de parendo syndicatui non tenetur de gestis extra officium, nisi in omnem caussam fidejussisset, num. 11.

Formula subscriptionis facienda per Capitaneum in libro Privilegiorum Universitatis, num. 12.

Protestationes, quæ occurrunt super observantia Privilegiorum, num. 13.

Officialis in duobus, vel tribus oppidis separatis electus, in unoquoque separatim capere debet possessionem, & separatim stare syndicatui, nisi consuetudo sit in contrarium, num. 14.

Officialis in ingressu tenetur jurare de servandis statutis, num. 15.

Juramentum præstandum, die festo an sit validum; num. 16.

Instrumentum die feriato in honorem Dei fieri potest, num. 17.

Officialis, qui juravit de servandis statutis, quas pœnas subibit, num. 18. *sed pro consuetudine non observata non fit perjurus, nisi consuetudines quoque observare promiserit,* num. 19.

Juramentum Officialis non cogit præcise ad omnimodam statutorum observantiam, & ad quæ statuta non porrigitur? num. 20. *Et an porrigatur ad statuta noviter condita,* num. 21.

Fidejussio, & juramentum in principio magistratus præstitum ad prorogatum etiam tempus extenditur, num. 22.

1 Poi gionto al luogo, o gionto il giorno di pigliar lo possesso, ogni Officiale deve presentare la sua patente al Sindico, ed Eletti, e richiederli, che gli diano il possesso.

2 Quale possesso in alcune Città, e Terre si usa darsi mediante pubblico parlamento de' Cittadini congregati.

In alcune altre si suole dare solamente dal Sindico, ed Eletti, ed in questo secondo lo stilo, ed osservanza del luogo si usa, non potendosi in ciò dare certa regola.

3 Però è tenuto l' Officiale non solo presentare detta Patente, ma anco la Liberatoria dell' ultimo officio, che averà fatto, e non avendone esercitato ancora, ad altro non è tenuto.

4 Più, se è Dottore approbato, che tenesse Patente di essercitare, come Capitanio, e Giudice insieme, è tenuto presentare anco l' Approbazione, che tiene di potere essercitare officj.

5 E presentata che averà detta Patente, quando non ci sarà ripugnanza alcuna, si stipulerà per atto pubblico per mano di Notaro la Pleggiaria de bene, & fideliter exercendo officium, & de stando Syndicatui, cum juramento de servandis statutis, privilegiis, &c. E poi si farà la presentata alla Patente per mano del Cancelliero, ed esso Officiale sottoscriverà di propria mano li Privilegi, e Capitulazioni dell' Università, dove vede esser sottoscritti i suoi Predecessori nel modo, che seguirà; e detta Pleggiaria si può anco stipulare penes acta per mano del Mastrodatti, o Cancelliero; benchè non sia Notaro.

Formula captionis possessionis per actum publicum.

6 Die vigesima septima mensis Aprilis 1695. Inditione 3. Reg. &c. in Civitate T. & proprie in domibus solitæ Cancellariæ ipsius Universitatis, ubi hæc, & similes actus expleri solent.

In nostri præsentia, &c. personaliter constitutus Mag. U.J.D. T. de T. Civitatis T. qui sponte, &c. omni meliori via, &c. coram nobis, &c. & coram Magn. T. Sindico, Magn. T. & Magn. T. Electis ad Regimen Universitatis prædictæ, & coram particularibus Civibus Universitatis prædictæ in sufficienti, & opportuno numero congregatis pro præsenti actu perficiendo, & in publico consilio exhibuit, & præsentavit literas patentales Gubernii dicti Status expeditas in personam dicti Mag. T. datas sub die prima mensis Aprilis 1695. subscriptas propria manu Exc. Domini Principis T. Civit. ejusque solito sigillo munitas, quæ lectæ, & vulgarizatæ per me Notarium alta, & intelligibili voce fuerunt per dictos Magn. de Regimine, & Cives supra caput, omni qua decet rev. receptæ, & obtulerunt ei obedire, & eas observare ad unguem juxta continentiam, & tenorem ipsarum.

Pro quarum observantia idem Magn. T. promisit, & se obligavit d. Magn. de Regimine, & Civibus præsentibus, &c. bene, & fideliter exercere officium prædictum Gubernii hujus prædicti Status, & observare pandectam, stylum, ritus, privilegia, consuetudines, & statuta scripta, & non scripta, & in fine officii stare, & parere Sindicatui, nec discedere, nisi prius obtentis literis liberatorialibus, juxta Reg. Pragm. aliaque Regni jura.

Et ad majorem cautelam, & securitatem dictæ Universitatis, & hominum ipsius d. Magn. T. dedit; & posuit non solum semetipsum in fidejussorem, & principalem pagatorem, sed Magn. T. hujus prædicti Status hic ibidem præsentem, & ad omnia, & singula prædicta insolidum se obligantem, fidejubentem, & teneri volentem, licet sciat ad prædicta non teneri.

Renuncians ipse Magn. T. Fidejussor cum juramento beneficio novæ constitutionis de fidejussoribus beneficio cedendarum actionum, & omni alio legum auxilio certioratus, & plenarie informatus de dictorum beneficiorum viribus.

Quibus omnibus sic adimpletis, & assertis idem Magn. T. Gubernator fuit per d. Magn. de Regimine, & Cives ibidem astantes, & congregatos admissus ad

Gubernium prædictum, & in possessione ipsius, & ad alios extraneos actus non divertendo cepit virgam justitiæ a manibus Mag. T. Locumtenentis, *(vel a manu talis de tale olim Gubernatoris)* & claves domorum Curiæ, & Carceris, una cum T. & T. carceratis, & inquisitus; atque cepit processus, & scripturas per manus, & medium Mag. T. de T. Actuarii, banniendo per medium T. Ordinarii Jurati dictæ Curiæ alta, & vulgari voce: Chi ha da fare alla Corte, venghi, che il Sig. T. nuovo Governatore li farà giustizia, & omnes alios actus faciendo, qui denotant veram, & corporalem possessionem dicti officii.

Et proinde dictus Mag. Gubernator, & Mag. T. fidejussor insolidum obligaverunt se, suos hæredes, & successores, & bona omnia, &c. d. Mag. de Regimine, & Civibus præsentibus, &c. sub pœna, & ad pœnam dupli, &c. medietate, &c. cum potestate capiendi, &c. constitutione precarii, &c. renunciaverunt, &c. juraverunt, &c. unde, &c.

Dopo stipulato l' istrumento si farà la Presentata dietro la Patente, conforme la formola, che siegue:

Formula Præsentatæ in Patent.

Die 27. mensis Aprilis 1695. in Civit. T.

7 RHEtroscriptæ literæ commissionales exhibitæ, & præsentatæ fuerunt in publico consilio per retroscriptum Magn. U. J. D. T. coram Mag. de Regimine, & aliis Civibus Universitatis prædictæ. Et lectæ per me subscriptum Cancellarium alta, & intelligibili voce fuerunt ab omnibus supra caput omni, qua decet, rev. receptæ, & observatæ juxta illarum seriem, continentiam, & tenorem, pro quarum observantia fuit d. Mag. T. admissus in possessionem d. officii, stante cautione per eundem præstita de bene, & fideliter administrando, & parendo syndicatui: mediante instrumento, nuper hoc prædicto die rogato manu mea, cui, &c. & in fidem, &c.

T. de T. publicus Regia authoritate Notarius, & ejusdem Universitatis Cancellarius.

8 Formula primi ingressus, seu possessionis cum fidejussione penes acta Cancellariæ Universitatis, vel per Actuarium Curiæ, qui non est Notarius.

Obligatio cum fidejussione de bene, & fideliter exercendo officium Capitaneatus, & parendo Syndicatui.

Pro Magn. Universitate T.

CONTRA

Magn. T. de T. novum Capitaneum.

DIe 27. mensis Septembris 1695. in Terra T. & penes acta Curiæ dictæ Terræ personaliter constitutus Magn. T. Terræ T. qui sponte omni meliori via coram Magnificis Syndico, Electis, & Civibus Universitatis prædictæ in numero sufficienti, & opportuno congregatis in publica platea, ubi hæc, & similia expleri solent, præsentavit literas Patentales Capitaneatus dictæ Terræ expeditas in personam ipsius T. sub die 2. Septembris 1695. propria manu Domini T. Affictatoris dictæ Terræ subscriptas, ejusque solito sigillo munitas, quæ lectæ, & vulgarizatæ per Mag. T. ordinarium Cancellarium dictæ Universitatis alta, & intelligibili voce, fuerunt per Mag. de Regimine, & Cives supra caput receptæ, & promiserunt observare ad unguem, dummodo dictus Magn. T. adimpleat adimplenda.

Et propterea volens, ut tenetur, ex parte sua dictus Magn. T. adimplere, sponte promisit, & se obligavit bene, & fideliter dictum officium exercere, pandectam, stylum, ritus, consuetudines, privilegia, & statuta scripta, vel non scripta observare, & in fine officii parere Syndicatui juxta Regias Pragmaticas.

Et ad majorem cautelam ipsius Universitatis dedit in ejus fidejussorem T. præsentem, & sponte fidejubentem, qui sciens ad prædicta non teneri, tamen teneri volens proprio, privato, & principali nomine, & insolidum ad omnia, & singula prædicta.

Pro quibus omnibus observandis, tam prædictus Principalis, quam dictus fidejussor obligaverunt seipsos, & quemlibet ipsorum insolidum suos hæredes, successores, & bona omnia, &c. sub pœna, & ad pœnam dupli, &c. medietate, &c. cum potestate capiendi, &c. constitutione precarii, &c. renunciaverunt, &c. & præcise dictus fidejussor renunciavit beneficio *novæ Constitutionis de fidejussoribus, & cedendarum actionum*, & omni alio legum auxilio, certioratus prius de dictorum beneficiorum effectibus, & juraverunt, &c.

Io T. di T. mi obbligo ut supra.

Io T. di T. pleggio ut supra.

Io T. di T. son testimonio, e conosco li detti obbligati.

Et sic subscribuntur duo alii Testes.

T. Act. Mag.

9 FIdejussorem de parendo Syndicatui Officialis in ingressu officii præstare tenetur, alias ei denegatur possessio; ut dicemus *cap. 3. num. 4.* & dixi in *tit. 1. cap. 2. num. 30.* Et si invenire non poterit fidejussorem dicam in *d. cap. 3.*

At ubi fidejussore, modo, ut supra, minime dato, tolerare Universitas, & Officialem permitteret exercere; tunc quandocumque velit, quilibet de Civibus potest, & solet obtinere provisiones a M.C.V., vel Reg. Audientia Provinciali, ut caveat, vel desistat, ut passim videmus dictas provisiones expedire.

Et si toleratur per totum annum, potest finito officio dictus Officialis arrestari, licet nulla adsit causa capitalis pœnæ, ut assecuretur Syndicatus.

10 Secus est, quando fidejussorem dedit de stando Syndicatui, quia finito officio Universitas est cauta per fidejussorem datum, & propterea non potest carcerari, nisi aliqua superveniat causa inquisitionis de capitali pœna, *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 12. num. 17. Scial. cap. 33. de foro offic. num. 202. in fine*, & nos fusius dicemus *in tit. de Syndic. Offic.*

☞ Sic quoque docet *Reg. Petra rit. 295. num. 34.* ex dictis per *de Franch. decis. 409. Paris de synd. verbo Fuga col. 2. vers. Si vero erat*; immo illi de Gubernio, qui non curaverunt præstare cautionem, tenentur ad interesse, idem *Petra loc. cit. ex Capibl. de Baron. pragm. 4. num. 5.*

Verum excusantur, quando tempore Syndicatus Officialis, qui non præstitit cautionem, aderat in syndicatu, *Petr. ubi supr. num. 37. cu Petr. Ave ad Gram. dec. 33. sub num. 9.*

Et ratio est, quia fidejubens simpliciter pro Officiali de parendo syndicatui videtur fidejubere pro interesse tantum, & non pro pœna ex maleficio imponenda, *Scial. d. cap. 33. de foro offic. d. num. 202. ex l. fidejussores 69. ff. de fidejussor. l. 1. C. de periculo eorum lib. 11.*

11 Fidejubens de parendo syndicatui non tenetur de delictis, & gestis extra officium, sed de male gestis circa officium, ministrandum tantum, *Roman. cons. 434. de Marsil. in l. fin. num. 169. ff. de jurisdict. omn. judic. & in rubr. de fidejuss. num. 181.* quando delictum dicatur circa officium, & quando extra officium, dicemus in *tit. de Syndicatu in alio Tomo.*

Limitatur tamen hæc conclusio, ubi fidejussio late in omnem caussam esset facta, *Scial. cap. 33. de foro offic. num. 74. & Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 12. n. 131. De Marin. lib. 1. resol. 284. num. 13.*, ubi reprobat *Muscat. in modo 14. num. 7. Prax. Fidejuss.* & conclu-dit

dit hodie non teneri præstare cautionem de bene administrando, sed solum de stando syndicatui *ex Pragm. 1. §.6. de offic. Judic. & pragm. de offic. Justit.* vide *de Marin. ubi supr. & vide in nostra Praxi de syndic.*

Formula subscriptionis faciendæ per Capitaneum in libro Privilegiorum Vniversitatis.

12 *Io Dottor T. prometto osservare li retroscritti privilegj, e statuti.*

Quando fussero in differenza di osservare, seu sopra l'osservanze di detti privilegj, e statuti, può firmare il Capitano con la sottoscritta clausula, e condizione, vz.

Ego V.J.D.T. de T. promitto retroscripta privilegia, & statuta observare, quatenus Universitas, & homines dictæ Terræ in possessione, vel quasi existant.

13 Di più accade alcune volte, che per lo contrasto sopra l'osservanza de' Privilegj, e Capitolazioni, l'Vniversità, o Cittadini si protestano per comparsa, o per atto pubblico coll'Officiale, o quelli presentano alla Corte.

Però il detto Officiale potrà scrivere la presentata del seguente modo, vz.

Et quia dicta Privilegia sunt magni voluminis, & ipse Capitaneus non potest sic statim videre, & mature considerare; Ideo petit sibi exhiberi copiam ipsorum, ut ea habita, & visa possit observare, alias protestatur, quod per ipsum non stat, neque stabit, e firmerà di sua mano detta Presentata di Capitoli, e Privilegj.

Anzi potrà dire, *sono di carte tanto . . . .*

E se il Not. facesse atto publico per l'osservanza di detti privilegj potrà l'Officiale richiedere detto Notaro, che noti in detto atto pubblico detta replica fatta per esso Capitano nel modo, ut supra.

14 OFficialis exercens officium in duabus, vel tribus Terris, seu Oppidis separatæ jurisdictionis, sicuti in unoquoque Oppido separatim justitiam administrare tenetur, ita in unoquoque separatim capitur possessio, & cautio separata præstatur de stando juri, & parendo syndicatui.

Ita quoque opus est in quolibet Oppido separatim stare syndicatui pro rata temporis, *Carrab. sing.* 170. qui allegat *Anna cons.* 107. 2. *vol. Reg. de Ponte de potest. Proreg. rubr. de elect. offic. num.*22. §.1.

15 Officialis antequam ad possessionem admittatur in ingressu sui officii tenetur jurare de servandis statutis, privilegiis Vniversitatis, & de stando juri, & parendo syndicatui in fine officii, ut ex hac formula est videndum. Et si jurare recusaverit, poterit ei denegari possessio, *D.Cons.Petra rit.* 295. *num.*18. *& glos. in cap. cum supreperitus, verbo cavent, de offic. & potest. Judic. Deleg. Anna alleg.* 143. *Galeazin. defens.* 1. *c.* 1. *num.* 6.

16 Quod juramentum volunt aliqui non valere, si præstetur in die feriato ad honorem Dei, & hujus opinionis fuit *Lanfranc. de Oriano in repetit.cap.quoniam contra in princ. column. fin. de probat. num.* 50. *argum. cap.*1. *extra de feriis*, quem refert, & sequitur *Ferrarius caut.* 3. ubi ne in syndicatu de perjurio teneatur, dat cautelam, ut die festo juramentum præstet, quos sequitur *Surd. cons.* 87. *n.* 25. *& cons.* 112. *num.*5. *vol.* 1. *Borgognon. dec.* 9. *num.* 32. *vol.* 1. *Plot. de in litem jurando*, §.40. *num.* 755. *Lambert. de contract. mulier. in fin. n.*66. *Cavalc. dec.*9. *part.* 1. *Novar. in collect.* 547. *num.*2. *Scial. de foro offic. cap.* 33. *num.*54. *Caravit. rit.*128. *in fin. Marsil. sing.* 624. *Campanil.in divers.jur.canon. rubr.*22. *cap.*13.*n.*105. & optimam notant hanc cautelam, ut quicumque obligari noluerit ad juramenti observantiam, illud præstet in die festo. Prohibitio enim juramenti præstandi diebus feriatis omne genus juramenti comprehendit, sive judiciale, sive extrajudiciale, *Suarez lib. de virtute, & statu Religiosi lib.*2. *de diebus feriatis cap.*30. *num.* 16. *Fontanel. de pactis nuptial. tom.* 1. *claus.*1. *num.*29. quos citat, & sequitur *D.Cons. Petr. rit.*148. *num.*4. *& rit.*295. *num.* 20.

Sed hanc opinionem falsam esse concludit *Camill. Borrell. lib.* 1. *de magistr. edictis cap.* 14. *num.* 42. & rationem assignat, quia juramentum invalidum est die feriato in actionibus tantum judicialibus, & jurisdictionis contentiosæ, & quemadmodum acta fieri prohibentur, & facta sunt nulla, ita acta juramenti eadem prohibitione, & nullitate laborant.

Feriis enim statuitur, ne judiciarii strepitus fiant, *l.Divus Trajanus, ff. de feriis, l.fin. Cod. eod. tit.*

Aliquæ sunt jurisdictionis voluntariæ, & possunt diebus feriatis ad Dei honorem expediri, prout est actus primi ingressus officii, & juramenti, quod per eum præstatur, quia est actus extrajudicialis, qui potest, & solet præstari coram publico Notario, & Judice ad contractus, & etiam in manibus Syndici penes acta Cancellarii Vniversitatis, vel Magistri Actorum Curiæ de mandato Syndici, vel Officialis prædecessoris, aut Locumtenentis.

17 Et quod actus hujusmodi voluntariæ jurisdictionis possunt festo die expediri, allegat *Bart. in d. l. Divus, post Innoc. & Hostiens. in cap. fin. de feriis*, §. *sequitur, vers. quid si in feriis, & in cap. fin. nu.*16. *eod. tit. Marant. in part.*5. *dist.* 16. *num.* 41. *& part.* 6. *verbo actorum editio n.*17. qui dicitur, posse in die feriato in Dei honorem fieri instrumentum, *Soccin. in tract. fallentiarum reg.* 92. *limit.* 9. *Jo: de Firm. in tract. de Episc. lib.*1. *part.*1. *col. pen. vers. sed quaro, an instrumento, Marcus Mantua singul.* 586. *&* 587. *Monoch. de arbitr. judic. lib.*1. *q.*30. *num.*14. *Rebuff. de privileg. Scholar. privil.*75. qui expresse tenet contra *Ferrarium*, & sequitur novissime *Hippol. de Bonacosa q. crimin.* §. *juramentum, col.* 1. & sequitur *Ant. Corneus de absolut. a juramento par.* 4. *cas.* 18. Ideo *d. Borrell.* concludit, quod advertat Officialis juramentum observet, sive feriato, sive non feriato die fuerit præstitum; imo etiam in actis contentiosæ jurisdictionis servandum est juramentum præstitum in diebus feriatis ad Dei honorem quamvis tam jurans, quam juramentum recipiens tali die prohibito peccet, ita concludit *Postius de manutenend. observ.* 83. *num.*27. *ex Seraph.dec.*782. *num.*4. *Forzon.ad Statut. Urb. lib.*1. *cap.*58. *num.*13.

18 Pœna Officialis, qui cum juret de futuro observare statuta, &c. & juramento præstito controvenit, erit, ut infamiam incurrat, ob quam officio, & dignitate tanquam infamis, & indignus privatur, *l. quoties, C. de dignit. lib.* 12. ubi hoc voluerat *Jo: de Platea, Bart. & Andreas de Barulo, Angel. de Aretin. in* §. *item si quis juraverit, Instit. de action. Franc.Marc. dec.*667. *num.*1. *& dec.*707. *vol.*1. quoque citat, & sequitur *Borrell. lib.*2. *cap.*14. *n.*96. *fol.*49.

19 Imo si non observaverit, tenetur in Syndicatu pœna perjurii, & quidam Officialis fuit exiliatus pro tali casu, ut refert *Carrab. de Synd. part.* 2. *post num.*99. *& Novar. in pragm:* 1. *num.* 12. *de Syndic. Scial. de foro comp. cap.*33. *num.*54. sed pro consuetudine non servata non fit perjurus, quia juravit observare privilegia, & statuta, quæ sunt diversa a consuetudine, *Novar. ubi supra num.* 25. *Scial. ibidem ubi supra*; secus ubi jurasset servare privilegia, statuta, & consuetudines, proinde attendenda sunt verba juramenti.

20 Hoc juramentum ab Officiali præstitum de statutis observandis, non præcise ad omnimodam statutorum observantiam cogit, sed æquitate quadam attenta, ut concludit *Tiraq. de pœnis in præfato num.* 23. qui multos allegat, & sequitur *Borrell. in d. lib.*1. *cap.*14. *num.* 57.

Digitized by Google

Nec porrigitur ad ſtatuta invalida, vel abrogata, aut uſu, & moribus utentium non recepta, vel quæ per contrariam conſuetudinem abrogata ſunt, nec ad ſtatuta irrationabilia, aut ad illicita, ut late *Borrell. de magiſtrat. edictis, lib.1. cap. 14. num. 54. & 64. & lib.2. cap.3. n.30. Nover. gravam. 178. tom. 1. D.Conſ. & Reg. Petra rit.295. num. 22.* Nec ad obſervantiam eorum adſtringitur, quæ contraria conſuetudine abrogata ſunt, nec de illis ſervandis juratum intelligitur, *D.Conſ. Petr. d.rit.295. num. 22. ex Maſcard. Guttier. & aliis ibi.*

21 Et an porrigatur ad ſtatuta futura, & non noviter? Duæ reperiuntur ſententiæ, una affirmativa *Bart. in l.ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur, ff. de verb. oblig.* quem ſimpliciter ſequitur *Paris de Puteo in tract. Synd. §. ſtatutum, num.5.* & alii relati a *Borrell. in lib.1. cap 14. de magiſtr. edict. n.58.*

22 Altera contraria ſententia eſt negativa, quam ſubſtinet *d. Borrell. ibid. num.59.* & pluribus rationibus confutat, & refellit dictam primam opinionem ex doctrina *Divi Thomæ, Cypti, Mancini, & aliorum*, ut late ibi.

Quam concluſionem limitat ſolum in caſu, quo ex juramento apparent etiam futura, & facienda ſervare voluiſſe.

Verum juramentum in ingreſſu officii ſemel præſtitum ſufficit, & valet etiam pro tempore confirmato, *D. Conſ. Petr. rit.295. num. 30.* & ita etiam fidejuſſio, ut latius diximus in *tit.1. cap.3. nu.30.*

C A P. III.

De Cauſis impedientibus ingreſſum Officialis.

S U M M A R I U M.

Poſſeſſio ab Univerſitate denegari poteſt Succeſſori proviſo infra annum, num.1.

Conſanguineus Baronis non admittitur, quando ſunt lites inter Barones, & Vaſſallos, num.2.

Clericus non admittitur in officium laicale, & etiam poſt captam poſſeſſionem removetur, & Baro eligens Clericum punitur, num.3.

Cautela a Doctoribus data, ut Clericus renunciet Clericatui, & ſe uti laicum gerat, antequam ſit electus Officialis, an ſit tuta, num.4.

Clericus poteſt habitum reaſſumere abſque Epiſcopi licentia, etiam in Diœceſi Neap. ubi per conſtitutionem Synodalem Clericis eſt prohibitum ſine licentia reaſſumere habitum, num.5.

Clericus exercens officium Judicis criminalis, an amittat beneficium fori Eccleſiaſtici, d.num.5.

Officiali non præſtanti fidejuſſionem, nec juranti de ſtando ſyndicatui, & ſervandis privilegiis denegatur poſſeſſio; & ſi fidejuſſorem invenire non poteſt, datur cautio, num.6. & 12.

Officialis non poteſt eſſe in Regno, qui non eſt Civis Regni, num.7.

Nati extra Regnum, quando Regnicolæ dicuntur, n.8.

Orti, oriundi, & originarii, quid differant, num.9.

Officiali non exhibenti litteras patentales denegatur poſſeſſio, num.10. *verum accipiens poſſeſſionem patentibus non oſtenſis eſt manutenendus*, num.11.

Liberatorias antecedentis Officii non exhibenti denegatur poſſeſſio: imo poſt captam poſſeſſionem poteſt amoveri, ſed acta interim facta valent, num. 13.

Exiliatus a patria non admittitur in Officio cujuſcumque loci, num. 14.

Officiales in quibuſdam locis prohibentur eſſe de convicinio, vel de aliqua Civitate, num.15.

Emens officium removetur ab ejus exercitio, num. 16.

Proteſtatio contra Univerſitatem, quæ negat poſſeſſionem Officiali per actum publicum, num.17.

Proteſtationis modus, ubi non eſt Notarius, & Judex ad contractus, num. 18.

Baro poteſt committere informationem contra Univerſitatem, quæ negavit poſſeſſionem Officiali, & de contraventione punire, num.19.

Proteſtationis modus, quando illi de Univerſitate latitant, num. 20.

In gratiam Tyronum hic placet recenſere plures cauſas, per quas Univerſitas poteſt denegare ingreſſum Officiali.

1 Prima cauſa poteſt eſſe impedimenti, ubi infra annum facta fuerit proviſio, infra quem non poteſt renunciare Officialis, reluctante Univerſitate, ſed Baro poſt completum annum poterit novum deſtinare, & non antea, ut diximus in *cap.2. tit.1. a num.8.*

2 Secunda cauſa, per quam poterit impediri poſſeſſio, ſive ingreſſus Officialis, erit, quia Officialis electus eſt conſanguineus, vel affinis Baroni, & inter Baronem, & Univerſitatem ſunt lites: Nam licet de jure Baro non reperitur prohibitus eligere Capitaneum ſibi conjunctum; tamen ſi inter Baronem, & Vaſſallos ſunt lites, vel inimicitia, tunc prohibetur, *Sanfel. dec. 63. num.35. & 41.*

3 Tertium impedimentum erit, quia eſt Clericus; & in hoc Regno Neapol. ſancitum fuit per *Carolum II. in cap.159.* ne Clerici officia ſecularia exerceant, *de Franch. decis. 479. Carrab. ſing. 60. & 171. Niger in cap. Regni, Quia de Vicariis num. 14. rubr. de non ordinand. Vic. Maſull. ad Capyc. dec. 66. num. 2. & dec.177. n.1. de Pont. rubr. de elect. offic. §. 7. num. 2. fol. 128. de poteſtate Proreg.* & Barones creantes Officiales Clericos, in eorum Terris puniuntur pœna ducatorum 10000. & aliis Proregis arbitrio, *Prag. 1. de Eccleſ. perſon., doctiſ. & integerr. D. Conſ. Altim. in aureo illo immortalitati conſecrando tract. de nullit. rubr.10. quæſt.7. num.43.*

4 Imo etiam poſt captam poſſeſſionem ſi diſcooperiatur eſſe Clericus, eſt officio removendus, non obſtante, quod deinde renunciet Clericatui; nam poſſeſſio ei data eſt nulla, *dicta Prag. de Eccleſ. Perſon. Scial. cap.33. de for. comp. num.287. Dom. Altim. ubi ſupr.* Dum tempus electionis conſideratur, an electus habeat delectum, *D. Altim. ubi ſupr.* qui *num. 47.* dat cautelam, ut Officialis dicat ſe renunciaſſe Clericatui ante habitam commiſſionem, & poſſeſſionem officii, & quod nunquam inceſſit in habitu, & tonſura, & quod non ſervivit in divinis, propter quod non dicitur Clericus, juxta *Conc. Trid. ſeſſ.23. cap.6. de reform.* & petat terminum ad probandum; quia lite pendente eſt manutenendus in poſſeſſione officii, ut *tot. tit. lite pendente, Cap. bl. in Prag. 5. num.13. & Prag. 10. n.120. de Baron. Dominus Altim. d. num. 47.* Imo in Anno 1697. dum Univerſitas Altavillæ recuſavit dare poſſeſſionem Capitaneo electo per Illuſtr. Marchionem ſub prætextu, quod eſſet Clericus primæ tonſuræ, d. Ill. Marchio obtinuit proviſiones a M. C. V. quod non impedirent actum poſſeſſionis, ſtante, quod ante electionem incedebat in habitu laicali, & Clericatui renunciaverat, & ſic fuit vigore dictarum proviſionum data poſſeſſio, quam in actu exercet. Sed hæc cautela mihi non videtur tuta, & contra has proviſiones non fuit oppoſitum; non enim tollitur impedimentum, ex eo, quod tacite, vel expreſſe fuerit Clericatui renunciatum, quia quandocumque habitum reaſſumpſerit, etiam abſque ſui Ordinarii licen-

5 tia, gaudebit privilegio Clericali, itaut ad Judicem Eccleſiaſticum debeat remitti, etiam ubi eſſet Conſtitutio ſynodalis, ut eſt in hac Diœceſi Neapolitana, ubi ſancitum eſt, non poſſe Clericum qui renunciavit Clericatui reaſſumere habitum abſque Ordinarii licentia,

Digitized by Google

tia, & tamen d. prohibitione non obstante, reassumens habitum absque licentia supradicta gaudet foro Clericali, quia est caracter impressum animæ, & non potest per Episcopum deleri, ut decisum testatur *Ricc. dec.167. par.2. Squill. de privil. Cler. cap. 6. nu.19. de Marin. resol.49. lib.1.*

Et licet idem *Ric. part.3. resol. 313.* dicat, quod Clericus officium Judicis criminalis exercens inter laicos, amittat privilegium clericale, & quod circa delicta, & concernentia administrationem publici officii non gaudeat beneficio fori clericalis, vel militiæ Hierosolymitani: sed subjaceat jurisdictioni seculari, quoad pœnam pecuniariam tantum, vel suspensionis, vel privationis officii, ut late *Carlev. lib.1. tit. 2. disput. 2. q.6. sect. 3. n.453.* ubi allegat *Curav. rit. 215. Amend. ad Franch. dec. 479. Bovadill. & alios*; Tamen intricata est quæstio, & multi tenent, quod debeat parere syndicatui coram Judice Ecclesiastico, de qua re vide *Scial. de for. offic. cap.33. num.122. & Dom. de Luca in jurisprudentia consummatissimum observ. ad Franch.470.* & saltem attenta opinione *Ricc. & Carlev.* quoad distinctionem personæ deberet remitti ad Judicem Ecclesiasticum, ideo ad hæc vitanda optime sancitum est in Regno, ne Clerici ad officia secularia admittantur, alias non solum sunt nullæ litteræ patentales in eorum personas, & nullus erit actus possessionis officii, sed eligens incurrit in pœnam ducatorum decemmillia, & aliam pœnam arbitrariam, etiam corporalem, ut supra diximus, & ratio habetur in *d. prag.1. de Ecclesiast. pers.* ibi: *Risulteria, che non potriano esser costretti a dar conto, e ragione avanti li Regj Officiali, ne tampoco da essi esser castigati, e puniti degli eccessi, e delitti, che forse commettessero.*

Conferunt tradita per *Capibl. in prag. 5. de Baron. n. 119. Covar. c.33. n.6. practicar. quæstionum*, quia delinquendo non possunt a potestate laicali castigari, nec consuetudo in contrarium valet, *Capibl. ibidem ex Surdo cons.39. Caballus lib.1. casu 64.*

6 Quartum impedimentum erit, ubi Officialis non dato fidejussore vellet in officio admitti, nam fidejussorem de parendo syndicatui in ingressu officii, Officialis præstare tenetur, alias potest Universitas ei denegare possessionem, *prag.1. §.6. & prag.5. de offic. judic. Capibl. super d. prag. 5. n. 179. Carrab. de syndic. part. 2. n. 271. Scial. cap. 33. de for. offic. n. 202.* Si vero fidejussorem invenire non potest in loco officii, tunc cautela erit cautionem præstare in Regiis Tribunalibus, quæ in subsidium debet admitti; *Capibl. prag. 5. n. 178. in fine de Baron.* ubi dicit ita intelligendum esse *Pragm. 41. de offic. Proc. Cæsar. per text. in l. de die, §. jubetur, ff. qui satisdare coguntur*; & tenetur etiam jurare de observandis privilegiis, statutis, consuetudinibus, & de observandis Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni, & de parendo syndicatui in fine officii, *Pragm.4. de offic. Dom. Cons. Altim. rubric. 10. de nullit. q.12. num. 19.* & si jurare recusaverit, denegatur possessio, *Dom. Cons. & R. Petra rit.295. n.18.* & superius dixi in præcedenti *Cap.2. n. 15.* Alia tenebantur jurare antiquitus, quod hodie non observantur.

7 Quinto, Officialis non potest esse in Regno, qui non est Civis Regni, quia est externus extra Regnum, ut sunt Januenses, Veneti, Florentini, Lucenses, & alii, *De Franch. dec.479. Masull. ad Capyc. dec. 118. & 178. num. 1.*

Sed hoc non observatur, ut dicit *Carrab. sing. 166.* Et quod Hispani possint esse Officiales in Regno, antiqua, & hodierna observatio docet, ut advertit etiam *Capiblanc.*

At si casus occurrit, & disputandus sit, quis dicatur externus, recurre ad *De Luca in observ. ad Franch. in dec.479. n.9.* ubi ex *Rovit. in Pragm. 1. de Officio Procuratoris, num.8.* scribit, Regnicolam dici, tam eum, qui ortus est in Regno, quam qui est oriundus a Patre nato in Regno.

Et *Tapp. in pragm.1. de offic. distributionis*, citatus a *de Luca ad Franch. observat.479. nu.6.* dicit, quod Regnicolæ vocantur etiam, qui oriuntur ex parentibus natis in Regno.

8 Regnicolæ etiam dicuntur illi, qui nati sunt extra Regnum, dummodo facti fuerint Cives Neapolitani, vel per alias Civitates demaniales Regni, duxerint uxores regnicolas, & habuerint domos proprias in Civitatibus, in quibus facti fuerint Cives, & habitaverint in Regno saltem per quinquennium, *Tassan. in vers.3. observ.3. alleg.5. nu.269.*

Regnicolæ etiam dicuntur Cives creati ex privilegio, vel feudatarii in Regno, qui dicuntur primi Cives terrarum, *Ganaver. dec.37. a num.1. De Luca ad Franch. ubi supra.*

9 Et licet hæc adjectiva *orti*, *oriundi*, & *originarii* aliquando confundantur inter se; ut advertit *De Luca, ubi supra*, & quod dispositum in ortis, non procedat in favorem oriundorum; Oriundus tamen verificari potest in orto, ut idem *De Luca, ubi supra.*

Tamen in proprio significatu differunt inter se; nam *Orti* principaliter accipiuntur pro iis qui nati sunt in Civitate. *Oriundi*, qui originem trahunt ex loco, unde majores ejus fuerunt.

Et hæc origo non excedit personam Patris, vel ad summum Avi, si nepos sub avita potestate nascatur. Imo Regia Camera privilegium Civitatis Neapolitanæ filiis orti tantum concedit, non autem nepotibus.

Originarii mediam quandam speciem significant. Aliquando conveniunt cum ortis, si propriam designant originem; & cum oriundis, si paternam, &c. ut late *De Luca, ubi supra.*

10 Sexto, quia non exhibuit litteras patentales coram Sindicis, & Electis, sine quibus non potest ei consignari possessio, ut diximus super Formula Consultoris *num.5. cap.12. tit.1.* Et docet *D. Cons. Petra rit.295. num.18.*

Et Gl. in c. cum jurisperitus verbo careat de offic. & potest. Judic. Deleg. Anna alleg.143 num.2. Guazz. def.1. cap.1. & facit tex. in l. prohibitum C. de jur. Fisci, Sorr. ad Sanfel. dec.421.

11 Verum Officialis capiens possessionem officii, non demonstrans penitus litteras commissionales est manutenendus in possessione, licet alter haberet commissionales ante expeditas *l.1. C. de mandat. Princip. Masull. ad Capyc. decis. 125. num. 5. Anna alleg. 145. Carrab. sing. 173.*

12 Vel licet exhibuit, non vult jurare de bene, & fideliter justitiam administrando, quo juramento non præstito, non potest adipisci possessionem, ut de jure communi est *text. in cap. 1. de jurejur. in 6.* Et de jure Regni est *Glos. in c. Item quod Justitiarii col.2. num.10.* Et in Constitutione Regni *cum juste providendum.*

Vel recusat jurare de observando leges municipales, statuta, stylum, & consuetudines, ad *Text. & Glos. in l. diligenter, ff. mand. l. si itaq. 19. ff. de jurejurand.* Quod indistincte in omnibus Officialibus tum Regiis, tum Baronalibus locum habet, ut hæc omnia concludit *D. Cons. & R. Petra d. rit.295. num.18.* post *Damhoud. de pugn. Doctor. tit. de offic. in genere cap.8. num.30.*

13 Septimum impedimentum, quando non ostendit liberatoriales literas syndicatus dati in loco, ubi antecedenter officium exercuit; quia tali casu non potest admitti Officialis in alio loco, *D. Cons. Altim. in rubr.10. de nullit. q.12. num.1.* per *Textum in l. neminem, C. de suscept. & Anchar. lib.10. &* per *rit. M.C.V. 295. Rovit. in prag.5. num.19. de Baron.* & ibi *Capibl. num.163. Carrab. de Synd. par.1. num.17.* Adeo quod post captam possessionem potest amoveri, sed acta interim facta sunt valida,

lida, *D. Altim. in rubr.* 10.*q.* 12.*num.*25.*Capibl.prag.*4.*num.*69.

14 Octavum impedimentum, quando in exilium fuit missus, non admittitur ad administrationes Magistratuum, *Borrell. de magistr. edict. cap.* 11.*lib.* 1. ubi alios adducit, quos sequitur *Sanfel.dec.*6.*lib.*1.*num.*14.

15 Nonum impedimentum, quia aliquæ Universitates habent privilegium, ut non possit esse Officialis de convicino intra tot milliaria. Unde si eligatur, qui sit intra metam dictorum milliariorum, potest ei denegari possessio, & cautela Universitatis erit, quando velit complacere, ut in parlamento admittatur pro illa vice tantum, per quam non intelligatur præjudicatum ejus privilegio, protestatione præmissa.

16 Decimum impedimentum, quia emit officium, ideo commissio est invalida, & non potest exercere, *D.Cons. Altim. in rubr.* 10.*q.* 12.*de nullit.num.*13. per *Text. in* §.1.*&* 2.*Auth. ut omnes Judices sine quoque suffragio, & in cap. Regni* 36. 37. 216. *&* 276. *Prag.*4. *&* 23. *de Baron. Prag.*2.*&* 4. *de offic.*

Et Baro vendens, vel dans officium mediante pecunia, punitur pœna ducatorum sexcentum, & privationis per triennium prima vice, quo triennio durante providetur per Collaterale Consilium.

At secunda vice privatur vita sua durante, & officialis prima vice privatur, ut non possit admitti ad officia per triennium, & secunda vice semper, ut in dicta *Prag.*4., *& de Baron.* Eadem pœna privatur Actuarius, qui simul cum officio Actuarii exercet officium Capitanei, ut dict. *prag.*23.

Undecimum impedimentum est, quando Officialis est consanguineus, vel affinis alicujus Officialis supremorum Tribunalium, etiam Regiarum Audientiarum infra tertium gradum, quia prohibitum per *Prag.*5. *de muneribus Officialis*, hoc fieri absque licentia Excellentissimi Viceregis.

Et ne præter institutum nostrum longius pertractemus, reliquuntur alia similia impedimenta cuique ex se ipso perscrutanda,

Formula Protestationis per actum publicum contra Universitatem negantem possessionem Officiali.

17 Die 27. mensis Septembris 1695. Indictione 3. Reg. &c. in Terra T. Provincia T. T. & proprie in loco, ubi dicitur il Borgo.

In nostri præsentia personaliter constitutus Mag. T. Terræ T. qui sponte omni meliori via præsentavit nobis protestationem scriptam tenoris sequentis v3.

T. di T. si protesta alla presenza così di voi Magnifico Giudice a Contratto, Notaro, e Testimonj, come alla presenza delli sottoscritti Mag. del Reggimento di questa Terra T. quà presenti, che per quanto si tiene cara la grazia di S.M. Carlo Secondo per la Dio grazia nostro Re, che Dio ce lo guardi, e dell' Ill. Signor Duca T. padrone di questa Terra mediante assitto, e sotto la pena de' ducati mille comminata nella sua commessione, quale qui in pronto esibisce, e presenta, che pubblicamente si legga per voi Mag. Notaro, acciocchè da tutti sia intesa, e da nessuno si possa allegare causa d' ignoranza, e in esecuzione di detta commessione debbiano accettare esso comparente per Capitano, secondo ordina detta commessione. Altrimente si protesta dell' inosservanza di detta commessione, e delle sue giornate alla ragione di carlini venti li giorno, e di tutti danni, spese, ed interessi, qual protesta s' intenda fatta non semel, aut bis, sed ter, & toties, quoties, &c. non se adstringens, deducens, &c. omni meliori modo, &c.

Quale protesta, e commessione, ut supra letta con alta, ed intelligibile voce more præconis, parola per parola per me sottoscritto Notaro alla presenza delle sottoscritte persone v3. A. Sindico, B. C. D. Eletti, E. F.G. Cittadini.

E dopo lette dette commissioni, avendole restituite al medesimo Capitano protestante, siamo dal detto protestante stato richiesto, che delle cose predette ne avessimo stipulato il presente atto pubblico.

Et quia officium nostrum est publicum, & justa petenti non est denegandus assensus; ideo ad ejus requisitionem hoc præsens publicum instrumentum confecimus, quod, &c. Unde, &c.

Præsentibus A. Giudice a Contratto, & B.C.D. testimonj.

18 Si può anco detta protesta fare con una comparsa avanti il Capitano, o Luogotenente, il quale può far intimare, e notificare detta comparsa al Sindico, ed Eletti, e fare l' atto in piedi di detta comparsa, come avendo riconosciuto la Patente, per ubbidire à quella è pronto consegnare, come consegna la bacchetta della giustizia al detto suo Successore, con fare menzione della pleggiaria, quale è necessario darla per atto publico, o penes acta della Corte, ed in tal caso data la pleggiaria, e ricevuta la possessione da detto Capitano, o Luogotenente, ed intimato il Reggimento, subito comincierà ad assistere alla Corte, pigliare querele, informazioni, fare li banni pretorj, e mandare in Vicaria, o alla Regia Udienza a spedirsi le provisioni, che sia manotenuto in detto possesso, con presentare copia di detto atto fatto, o copia di detta protesta, ut supra.

19 Può anco il Barone far pigliare informazione da un Commessario, seu Delegato destinato da esso Barone de contraventione, & inobservantia delle commessioni, seu quasi rebellione, e far carcerare il Sindico, Eletti, ed altri contradittori, e condennarli alla pena delli mille ducati comminata nella commessione.

Universitas enim tenetur recipere Officialem destinatum cum commissione, & si non recipit, tenetur ad pœnam in commissione contentam; Ita in terminis *Philippus Decius Cons.*228. *Bertrandus cons.* 24. *n.*3. *volum.*4. *& Soccin. cons.*97. *volum.*3. *& novissime Ursillus ad Afflictum decis.*379.*num.*6.*&* 7. Ubi quando Universitas puniatur, & quando delinquat, & quando excusetur, & quando non, latissime scripsit, de quo vide *Capicium decis.*4.*&* 130.*num.*70. *& dec.*152. *&* 189. quæ omnia hæc habes apud *Amend. ad Franc. decis.*215. *num.*7.

Et ratio est, quia potest dominus ponere Capitaneum in Castro subinvitis hominibus dicti Castri, ut dicit *Guido Papa sing.*266. *ex l.* 11. §. *in Sardinia, C. de officio Præfecti Prætorii Africæ*, dum tamen expensis ipsius Domini fiat, & non subditorum *l. fin. Cod. de statuis, & imaginibus, Boer. dec.*212.*num.*11.

20 Quando non sarà data comodità al Capitano di fare detta protesta, o pure si nascondesse il Luogotenente, o Capitano predecessore, e si nascondesse il Sindico, ed Eletti, e si nascondessero il Giurato, e Cittadini, che devono intervenirvi.

In tal caso farà venire un Giudice, Notaro, e testimonj, e farà detta protesta per atto pubblico in piazza pubblica avanti di quelli uomini, che si potranno avere, o in altro luogo, dove fussero unite più persone, o all' uscire della Chiesa, o altra parte, e poi pigliar copia di detta protesta, e farla intimare in casa con il Giurato forastiero, se non si può avere Cittadino, e cominciare ad esercitare, ut supra; e mandare con detta copia a spedirsi le provisioni alla Regia Audienza, o Vicaria.

Avvertendo, che deve in pronto offerire la pleggiaria, e nominare tali, e tali pleggi.

E se

Digitized by Google

E se in detta Terra non si ritrovasse persona, che lo pleggiasse, potrà in tal caso offerire, e dar la pleggiaria in detta Regia Audienza, o Vicaria per viam expromissionis.

C A P. IV.

De Bannis Prætoriis.

S U M M A R I U M.

Formula Bannorum, quæ vulgo, Banna Prætoria appellantur, num.1.
Relatio Jurati super publicatione Bannorum, num.2.
Contumacia accusata super Bannis, num.3.
Formula libelli Universitatis petentis, ut Banna Prætoria reducantur ad jus, & justitiam, num.4.
Decretum, quod Banna Prætoria reducantur ad jus, & justitiam, num.5.
Praxis in gravaminibus Bannorum, quando est controversia inter Officialem, & Universitatem, num.6.
Interlocutoria super gravamine Bannorum, num.7.
Coadjutoris oppositio super Bannorum gravaminibus, num.8.
Monitio quæ fit Universitati, & Coadjutori super gravaminibus Bannorum, num.9.
Decretum super gravaminibus Bannorum audita Universitate, & Coadjutore, num.10.
Praxis addendi, vel minuendi capita Bannorum, eorumque finis, & effectus, num.11.

Formula Bannorum, quæ vulgo, Banna Prætoria appellantur.

CAROLUS DEI GRATIA REX.

T. di T. Duca della Città T.
T. di T. Governatore, e Giudice di questo Stato, &c.

1 BAnno, e comandamento da pubblicarsi nelli luoghi soliti di questo Stato da parte del detto Sign. Governadore, e Giudice, ut supra, quale si debbia inviolabilmente osservare da ognuno; tanto Cittadino, quanto abitante in questo Stato, ed anco da' Forastieri, che capiteranno in detto Stato, e suo Territorio; sotto la pena in ciascheduno capo contenuta.

In primis s'ordina a tutti, che tanto nella Corte, quanto in qualsivoglia altro luogo debbiano stare avanti di esso Sign. Capitano con la berretta in mano con ogni debita riverenza; e parlare con parole basse; e riverenti, e così scriversi, non ostante, che si dica, cum rev., e che non accostino al banco di Giustizia per quattro palmi attorno, e quando sono chiamati debbiano subito venire avanti di Noi, sotto pena di duc. 30. per ciascheduna volta per ciascheduno controveniente, ed un mese di carcere.

Item s'ordina alli Magnifici Avvocati, e Procuratori, che debbiano informare le cause, così in scriptis, come oretenus con parole modeste, e riverenti, senza dar taccia, nè ingiuria; sotto pena di ducati 200. e due mesi di carcere per ciascheduno controveniente.

Item, non sia persona alcuna, che ardisca far resistenza alla Corte, Mastro d'atti, Famegli, o Giurati, così per esseguire, come per ogni altro servizio di essa Corte, anzi ognuno le dia ajuto, e favore, sotto pena di duc. 30. e due mesi di carcere per ciascheduno controveniente, oltre le pene contenute nelle leggi.

Item, che dopo sonata l'Ave Maria, e proprio su le 24. ore, nessuno ardisca andar cantando, nè sonando, nè andare in altro modo dicendo cose disoneste sotto la pena sopradetta.

Item, nessuno ardisca andare armato di scoppetta, benchè lunga, nè di altre armi senza licenza in scriptis di nostra Corte, e quelli, che tengono licenza de' Superiori la debbiano presentare avanti di Noi subito, sotto pena di sei mesi di carcere, perdita dell'armi, e ducati sei per ciascheduno, oltre le pene contenute nelle Regie Prammatiche.

Item, che nessuno ardisca di portare accette, ronche, zappe, zappelle, falci, coltelli, coltellacci, putatori, nè qualsivoglia altra sorte di ferramenti, nè bastoni, o bacchette, o magli; sotto pena di ducati sei per ciascheduno, la perdita di quelli, ed un mese di carcere.

Item, che chiunque tenesse processi, così civili, come criminali, e qualsivoglia scrittura della Corte, subito debbia presentarli in essa Corte sotto pena di ducati sei, ed un mese di carcere.

Item, che chiunque vedrà gente armata per lo Territorio debbia subito fare relazione a Noi sotto pena d'un mese di carcere, e ducati sei per ciascheduno.

Item nessuno ardisca giurare per li Santi, nè quelli nominare invano, nè biastemare li Morti, nè chiamare il nome del Demonio, o Diavolo; sotto pena d'un mese di carcere, e carlini trenta per ciascheduno.

Item s'ordina, subito che si sentirà tamburro, o campana all'armi, o bando, omni mora pospolita, ogni persona, tanto dentro, quanto fuori l'abitato, che sia, debbia venire alla presenza del Capitano, avanti il Palagio della sua residenza coll'armi permesse dalle Regie Prammatiche, acciocchè si possano perseguitare i malfattori, e difendere la quiete pubblica, sotto pena di ducati 10. per ciascheduno, e mesi due di carcere, dalla quale pena non possono scusarsi di essere comparsi, se non assistono sino a tanto, che saranno da Noi licenziati.

Item, che non sia persona alcuna, che presuma, nè ardisca alloggiare, o ricettar gente forastiera nelle loro case, o massarie, taverne, o in altro luogo, se prima non darà notizia a detta Corte del nome, cognome, patria, ed essercizio della suddetta; sotto pena di duc. sei per ciascheduno per ogni volta, ed un mese di carcere.

E sotto l'istessa pena debbiano dar notizia de' garzoni, e servienti forastieri, che tengono a' loro servizj fra lo spazio di ore dodeci per evitare, che non si ricettino gente di mala vita.

Item si ordina, che succedendo tanto di giorno, quanto di notte alcuna violenza, o rissa in persona così di donna onesta, come in persona di uomini così Ecclesiastici, come laici, o case, o robe, debba ognuno del convicino andare a soccorrere, con dare ajuto, e favore, e carcerare i delinquenti, e dare subito avviso alla Corte, sotto pena di ducati 10. per ciascheduno, e due mesi di carcere, oltre le pene stabilite dalle leggi comuni, e di Regno.

Item, che nessuno ardisca vendere carne, pesce, ed altre cose commestibili, se prima non ne darà notizia all'Eccellentissimo Signor Duca, e sua Corte, ed al detto Signor Capitano sotto pena di carlini quindici, e giorni otto di carcere, e dopo che saranno essi proveduti, ed ottenuto la licenza.

Item, non sia persona alcuna, che ardisca fare tumulto, rissa, questione, nè minacciar col capo, nè mani, o far segno di voler percuotere, o in altro modo di voler offendere, sotto la medesima pena.

Item, che nessuno ardisca giuocare a sorte alcuna di giuoco, così con denari, come senza denari; sotto pena di ducati sei, e due mesi di carcere.

Item, che nessuno Chirurgo, nè altra persona ardisca di medicar ferita, o altra percussione, se prima non le rivela alla Corte; sotto pena di ducati sei, e due mesi di carcere, e sotto l'istessa pena siano tenute le Mammane, che sono richieste a pigliar creature di donne senza mariti.

Item

Item, che qualsisia persona offesa nella persona sua, o de'suoi congionti, o nelle robe, o nell' onore, non ardisca tenere occultata detta offesa, ma debbia subito denunciarla alla Corte; sotto pena di ducati sei, e due mesi di carcere.

E sotto l'istessa pena, ogni persona sia tenuta far a noi relazione di qualsisia delitto, rissa, aguato, o altre preparazioni al male, subito, che lo vede, sente, o d'altro modo che ne ha notizia.

Item, che nessuno ardisca ponere fuoco alle restocchie, cesine, o altri luoghi tanto proprj, quanto d'altri, o demaniali, prima della metà d'Agosto inclusive; sotto pena di ducati sei per ciascheduno, e due mesi di carcere, oltre le pene contenute nelle Costituzioni del Regno.

Item, che nessuno ardisca far maschere, farze, comedie, nè in privato, nè in pubblico, nè salire in banco sotto pena di ducati sei, e due mesi di carcere.

Item, che nessuno ardisca tenere, o gettare lordizie alle stradè, ma quelle tener nette, e scopate; sotto pena di carlini quindici qualibet vice, & per quemlibet.

Item, che nessuno ardisca dissuadere le genti, che vogliono far querele, e dimandar giustizia; sotto pena di docati sei, e giorni 15. di carcere.

Item si confermano tutti gli altri bandi fatti, ed emanati per li nostri Predecessori, Capitani, e Luogotenenti in detta Città, quali restino sempre fermi, e validi per quanto non contradicono a questi.

Item di tutte le sopradette pene pecuniarie, in ciascheduno delli sopraddetti capi, se ne debbia applicare la terza parte alla Corte, e proprio al Governatore, Giudice, e Mastro d'Atti, e le due parti alla Camera Principale, e la decima di dette due parti all'accusatore, o denunciante, tanto se sarà pubblico, quanto se sarà segreto, che sarà tenuto con ogni segretezza, e se li darà la decima con ogni puntualità.

Ed acciocchè il presente venghi a notizia di tutti, e da nessuno si possa allegare causa d'ignoranza, ordiniamo, che si pubblichi, e s'affighi copia nelli luoghi soliti; sotto la pena in ciascheduno capo contenuta. Dato nella Città T. 27. Aprile 1695.

T. Gubernator, & Judex.

T. Actuarius.

Bannum, ut supra, &c.

Di questo sene fa una, o più copie per affiggersi ad uno, o più luoghi, secondo il solito della Città, con l'estratta del seguente modo, vz.

Concordat cum suo originali affixo, & existenti in Aula Curiæ prædictæ, & ad fidem, &c.

T. Actuarius.

Così s'affigge la copia nelle piazze solite, e nell'originale si fa la relazione, vz.

Die 28. mensis Aprilis 1695. in Civitate T.

2 T. di T. ordinario serviente di questa Corte T. riferisce a me sottoscritto Mastro d'Atti avere oggi detto dì pubblicato il retroscritto bando, e tutte le cose in esso contenute, per le piazze, e luoghi soliti di questo Stato T. con alta, ed intelligibil voce more praeconis, ed avere affisso due copie di esso, una alla piazza T., e l'altra al luogo T. del modo, e forma, che l'è stato commesso, presenti per testimonj T. e T. in fede, &c.

T. Actuarius.

3 Die 2. mensis Maii 1695. in T. Curia, &c. instante Curiæ Coadjutore, & petente fuit accusata, prout accusatur prima contumacia in forma, & non prius ob festa, ut in Kalendario, & in fidem, &c.

T. Actuarius.

Die 6. mensis Maii 1695. in Civitate T. Curia pro Tribunali sedente, instante Curiæ Coadjutore, & petente, fuit accusata, prout accusatur ultima contumacia in forma, & ad fidem, &c.

T. Actuarius.

Et per dictam Curiam T. Civit. T. ejusque Dominum Gubernatorem, visa relatione banni publicati, & visis contumaciis legitime contractis, stante, quod nullus compartuit, fuit provisum, & decretum, quod pœnæ in dicto banno contentæ exequantur, exequutionique demandentur contra, & adversus quoscumque contravenientes, quandocumque, & quotiescumque controvenerint, juxta d. banni formam, seriem, continentiam, & tenorem, & ita per hoc suum, &c.

T. Judex, & Gubernator.

Provisum eodem, quo supra, die 6. mensis Maii 1695. in Civit. T. Curia, &c. præsentibus pro testibus T. & T. & aliis.

T. Actuarius.

Formula Libelli Universitatis petentis, ut banna Prætoria reducantur ad jus, & justitiam.

4 IN principali Curia Civitatis T. & coram Domino U. J. D. Magnific. T. de T. Judice, & Gubernatore dicti Status comparet T. Syndicus dicens, fuisse emanata nonnulla banna insolita, & contra Juris dispositionem, cum rev., & contra antiquum, solitum, & consuetum dictæ Civitatis in grave præjudicium privilegiorum, & capitulorum Universitatis prædictæ, ac decretorum S. R. C. & aliqua banna spectant ad jurisdictionem Portulaniæ per Terram, & Territorium, ideo ab eis tanquam indebite factis, & ab impertinentibus, & contra jura, & bonos mores emanatis se aggravat, cum rev., & petit reformari, & contrario imperio revocari banna ipsa impertinentia, & illa reduci ad jus, & justitiam, & ad solitum d. Civitatis, & Status, & secundum statuta ipsius, Capitulatiooes, & privilegia, & secundum capita discussa in S. R. C. & quod interim, donec non fuerit provisum super dicta cōparitione, & aggravatione, instat non procedi virtute dictorum bannorum, alias cum rev. instat, & appellat ad superiores in forma, & æquè principaliter de nullitate dicit, &c. omni alio meliori modo, &c.

In Dei nomine. Amen.

In causa aggravationis bannorum per Magn. Universitatem, ejusque Mag. Syndicum Civitatis, & Status T. ut in actis.

Die 13. mensis Maii 1695.

5 Per principalem Curiam Status T. ejusque Dominum Gubernatorem, & Judicem, visis bannis, & visa retroscripta aggravatione, provisum est, quod banna prædicta reducantur ad jus, & justitiam, & intelligantur, & observentur juxta leges, Constitutiones, Capitula, & Pragmaticas Regni hujus, & dictam Consuetudinem Civitatis prædictæ, & stylum dictæ Curiæ, quatenus in possessione, seu quasi existant, & ita per hoc suum, &c.

T. de T. Gubernator, & Judex.

Lectum, latum die quo supra, in T. Civit. Curia, &c.

T. Actuarius.

Formula Aggravationis bannorum, quando est controversia inter Officiales, & Universitatem.

Et multoties Syndicus se gravat in specie super aliquibus Capitibus, vz.

6 Si fa la comparsa di consimil modo, e si ci aggiunge, ed in specie si grava sopra gl'infrascritti capi, vz.

In primis, si grava del Bando, circa nomen Dæmonis, che non ci è pena.

Item, per lo capo del banno di chiamar le genti *extra Curiam*, e di stare con la berretta in mano, che non si comprenda l'Avvocato, e Procuratore, ed altri nobili, li quali da principio siano tenuti cavarsi la berretta, e dopo possano coprirsi, e parlare.

E così per verisimilitudine sopra gli altri capi secondo parerà all'Università.

JE-

Digitized by Google

JESUS.

7 Per principalem Curiam Civitatis T. provisum, & decretum est, quod retroscripta instantia Magn. Universitatis, & singula in ea contenta notificentur Curiæ Coadjutori; quatenus prima die post, &c. comparent ad dicendum quicquid adversus petita, & quare ea fieri, & exequi non debeant, quoniam, &c. alias, &c. hoc suum, & intimetur.

Riccius Judex, & Gubernator.

Provisum die, quo supra, in T. Civit. Curia T.

T. Actuarius.

8 Curiæ Coadjutor replicat, quod retroscripta banna sunt rite, & recte emanata, & solita aliàs emanari ab aliis Prædecessoribus Officialibus, & sunt observanda per omnes in d. Statu pro Dei honore, & beneficio publico, & pro pacis cultu, & pro obedientia Cesareæ, & Catholicæ Majestatis, ac Exc. Domini Principis utilis Domini hujus Status, & Prætor debet augere auctoritatem sui officii, & dignitatis, ut in *l. observandum, ff. de offic. Præsid.* & Judicis est in principio officii per banna generalia prohibere maleficia, saltem, ut possit sine accusatione ex officio corrigere malos mores, inquirere, procedere, & punire vigore banni, ut mali se corrigant formidine pœnæ: Ideo petit decerni, quod firma semper remaneant, quia sunt solita, & juri consona, aliàs protestatur, & de nullitate dicit, salvo recursu ad Superiores, omni meliori modo, &c.

De mandato Principalis Curiæ Civitatis T.

9 Moneantur ambæ partes, quatenus prima die post, &c. compareant coram nobis, in nostra Curia ad dicendum, allegandum quicquid, &c. & ad audiendum tenorem diffinitivi decreti super hinc inde oppositis, & replicatis proferendi, quoniam, &c. alias, &c. Datum in T. die, &c. Si fa la relazione d'essere stato notificato al Sindico, e Coadjutore.

In Dei nomine. Amen.

In causa Aggravationis bannorum per Magn. Universitatem T. ut in actis.

Die tali. &c.

10 Per principalem Curiam Status prædicti, ejusque Magn. Dom. Judicem, visis bannis omnibus, visaque aggravatione facta cum replicatione Curiæ Coadjutoris, provisum, & decretum est, quod banna ipsa observentur, prout observari mandantur omnia, quæ de jure sunt servanda, & sunt juri consona, & intelligenda, & observanda esse juxta leges, Constitutiones, Capitula, & Pragmaticas Regni hujus, reliqua vero reducantur, prout reduci mandantur ad jus, & justitiam, & ad justum, & debitum, & antiquum solitum, & consuetum dicti Status, & ad stylum dictæ Curiæ, quatenus in possessione, seu quasi existant, & respectu capitum, de quibus in specie prædictus Magn. Syndicus se gravavit, v3.

Super primo de blasphemia provisum est, quod servetur bannum, verum non exigatur pœna respectu nominis Dæmonum.

Respectu banni vocationis extra bancam, & capitis nudati, provisum est, quod servetur bannum, sed respectu Mag. Advocatorum, & Procuratorum, aliorumque Nobilium servetur solitum.

Quoad caput de rebus comestibilibus, provisum est, quod servetur bannum quoad carnem, & piscem tantum, & expectetur usque ad mediam horam ad vendendum post datam notitiam Baroni, & nobis, & circa reliqua liceat venditori illas vendere, etiam non data notitia.

Quoad prohibitionem venditionis Avium, & quadrupedum, bannum servetur, ut non fiat venatio cum armis per Pragmaticas, & banna prohibitis.

Super capite hoc de hospitandis alienigenis, provisum est, quod servetur *Regia Pragmatica*.

Super capite de rixis, provisum est, quod procedatur *T. m. l.*

juris ordine servato nulla banni pœna exequuta.

Et sic de singulis si va adattando la provista.

11 Qui si deve avvertire, che li banni si possono fare più brievi, e più lunghi a capriccio, e volontà dell'Officiale. Però da noi si è data la formola di alcuni capi de' bandi più usitati, e scelti, ma chi volesse breviarli, e levarne tanti Capi, o aggiungerne degli altri sta ad arbitrio suo.

Ma ho veduto alcuni inesperti Officiali fare certi capi di banni inutilmente, come proibire, che nessuno biastemi il nome di Dio, e suoi Santi. Item, che nessuno ardisca asportare, o tenere in case armi proibite, e simili proibizioni, che senza il bando stanno proibite per le Regie Prammatiche, o altre leggi di Regno, o comuni.

Poichè il fine di fare il bando, o l'effetto del bando è, che si proibisca cosa, che non sta proibita, o almeno non vi è certa, e determinata pena, ed è espediente, ed utilità pubblica proibirsi per alcun buon fine, o vero sebbene vi è proibizione penale de jure, vi sarà stata licenza espressa, o tacita, o connivenza de' Superiori, come è nel portare scoppette per uso di caccia, si suol fare bando penale, che nessuno vadi armato, con rivocare le licenze, o che debbano mostrarle per registrarsi.

L'altro fine, o vero effetto del bando sarà, che in un luogo succedono frequenti scandali, o risse, o altro, dove non si può procedere ex officio senza querela di parte, e per frenare in quel luogo tal disordine, si proibisce per bando, acciocchè senza querela di parte, vigore banni si possa procedere contro gli trasgressori.

Ma quando si fa bando, che nessuno biastemi Dio, &c. che nessuno usi armi proibite, &c. non ci è fine, nè effetto alcuno de' sopranarrati; E però lo stimo bando inutile, e superfluo, che io non l'ho mai posto alli bandi da me emanati.

E questo basti per la pratica di saper formolare diversi capi de' bandi, e l'ho discorso in lingua volgare, acciocchè ogni Officiale idiota se ne istruisca, e circa l'altre cose concernenti alla validità de' bandi, e pratica d'essi, diremo nel seguente *Capo Quinto*.

C A P. V.

De praxi procedendi in contraventione Bannorum.

S U M M A R I U M.

Formula instantiæ Coadjutoris pro pœna spreti Banni, num. 1.

Interlocutoria super d. instantia Coadjutoris, num. 2.

Citatio ad solvendam pœnam Banni, num. 3.

Citari debet prius contraveniens ad dicendum caussam, quare non debet exequi pro pœna contraventionis Banni, vel præcepti pœnalis; executive exequuntur pœnæ prædictæ, num. 4.

Banna prætoria non possunt publicari sine voto Assessoris, num. 5.

Bannum dicitur sententia interlocutoria, num. 6.

Assessor debet contradicere, ne Capitaneus publicet Banna contra Jus, vel præter Jus, num. 7.

Banna finito officio expirant, num. 8. *Ideo debent repeti a Successore*, ibid.

Banna sub nomine Baronis publicata, non expirant finito officio, num. 9.

Bannum, ut liget, debet non solum in publicis, & solitis locis sollemniter publicari, & affigi; sed debent contumacia incusari, ibid.

Bannum secundum jus, præter jus, contra jus, & in fraudem juris declaratur, num. 10. 11. & 12.

Judices inferiores in bannis corporales pœnas impone-

re non possunt, num.13. *Possunt tamen cumulative addere aliam pœnam legi factæ a Superiore*, num.14.

Formula Instantiæ Coadjutoris pro pœna spreti Banni.

1 IN T. Curia comparet T. Coadjutor dicens, qualiter die 20. Julii 1695. T de T. suis juribus non contentus, spernendo banna ipsius Curiæ, temere, & appensate posuit ignem in suo Restucchio contra formam Banni, quare incursit in pœnam ducatorum sex in banno prædicto contentam; Instat propterea ipsum puniri, ratione spreti Banni, quæ omnia patrata fuerunt d. die, & anno, quibus supra, Regnante, &c. Dominante, &c. sub Præsidatu, &c. Ita instat, & omni alio meliori modo, &c.

Jesus.

2 Per Curiam T. fuit provisum, quod de expositis capiatur informatio ad finem, &c. & ita, &c.

T. Judex.

Provisum die, quo supra, In Curia T. Curia, &c.

T. Actuarius.

Deinde examinentur saltem duo Testes, qui deponant super dicto facto, & postmodum expediatur citatio tenoris sequentis v3.

De mandato Curiæ Civitatis T.

3 Juratis dictæ Curiæ in solidum significamus, qualiter post ingressum nostri officii publicari fecimus edicta, & banna generalia, ut moris est, inter quæ extat, & est infrascriptum Bannum tenoris sequentis v3.

Item, che nessuno ardisca ponere fuoco alle Cesine, Restocchie, o altri luoghi, tanto proprij, quanto d'altri, o demaniali, prima della metà d'Agosto inclusive, sotto pena di ducati sei, &c.

Quod bannum fuit ordinatum die 28. Aprilis 1695. & publicatum per Juratum dictæ Curiæ eodem die, & affixæ copiæ in publicis plateis, & accusatis debitis contumaciis, ut ex actis. Nuper vero ad notitiam nostri, & nostræ Curiæ pervenit qualiter T. de T. de mense Julii currentis anni 1695. contra tenorem dicti banni ausus fuit ignem accendere in suis restucciis non sine gravi periculo incendiandi segetes, & aeras, & herbagia, incidendo propterea in pœnam ducatorum sex in banno prædicto contentam, & quia pro parte Coadjutoris instatum fuit pro exequutione pœnæ prædictæ, & capta informatione constat in actis: Ideo vobis jam dictis committimus, & demandamus, quod ad omnem instantiam dicti Coadjutoris, peremptorie mandetis d. T. de T. quatenus prima die post, &c. personaliter compareat soluturus in posse Proventarii dictæ Curiæ pœnam ducatorum sex ratione contraventionis prædictæ, & ad dicendum quicquid, & caussam, quare non teneatur ad pœnam prædictam, quoniam &c. alias, &c. data, &c.

Fiat relatio, & accusentur contumaciæ in forma, & expediantur literæ exequutoriales realiter tantum: & sic dictæ pœnæ, seu potius mulctæ executive exequuntur prævia dicta citatione, *Capibl. in pragm.14. de Baron. num.72.* & non fit condemnatio, adeo quod si citatus opponeret aliquam exceptionem, quæ non militaret, fit decretum, quod oppositis non obstantibus exequatur contra eum, hoc suum, & expediantur literæ executoriales in forma; & non dicitur, quod condemnetur, quia executive exigitur mulcta, ut supra.

4 Et tam in casu, quo quis contravenit banno, quam ubi fit aliquod præceptum pœnale, ut aliquid faciat sub tali pœna, priusquam procedatur ad actum punitionis, debet fieri aliud præceptum ad dicendum caussam, quare non debeat exequi pro pœna contra hunc non obedientem, vel ad solvendam pœnam incursam ratione contraventionis, & ad dicendum quicquid, *Ursill. ad Affl. decis.189. num.8. Bart. in l.1.* & ibi *Jason. ff. si quis Jusdic. non obtemper. Affl. in const. adulterorum col.2. & Isern. ibidem rejecta opin. Bald. in c. gravis de restit. spoliat.* qui dicit posse statim puniri stante contraventione.

Et firmabis regulam, quod banno contraveniens non habetur statim pro condemnato, sed est prius citandus ad dicendum caussam quare non debeat exequi pro pœna contenta in banno, *Caravit.* 133. & melius *in rit.228. num.1. Capibl. in pragm.14. num.72. tom.1. Novar. gravam.153. tom.1.*

5 Banna prætoria non possunt publicari, & affigia Capitaneo, nisi sint firmata ab Assessore, vel cum voto Consultoris, alias sunt nulla, *Vincent. de Vita in suo repert. juris, verb. banna prætoria, fol. mihi 24. col.2.* & *Ursill. ad Afflict. dec.290. num.7.* & specialius habetur in *Pragm.10. de offic. Jud.* vulgo dicta *delli 89. capi, cap. 32.*

6 Infertur hinc, quod in ingressu Judicis, non potest Judex suo nomine banna facere, nam ad Prætorem tantum spectant banna publicare cum voto sui Judicis, ut supra, & late dicemus in *cap.12. quæst.4.* ea erit ratio, quia bannum dicitur sententia interlocutoria, ut docet *Maraut. in p.6. vers. sententia n.36. fol. mihi* 458. & quia omnis sententia interlocutoria esset nulla, si fieret absque voto Assessoris, vel Consultoris, ideo banna quoque sunt nulla sine voto Doctoris, ut latius est videndum in *quæst.4. cap.12.*

7 Imo Assessor debet prohibere, & contradicere, & protestari, ne a Gubernatore publicentur banna, & alia, quando sunt contra, vel præter Jus, *Paris. de syndic. vers. assessor c.a. num.28. Pellegr. in pract. crim. de sentent. condemnat. p.4. & 16. num.2.*

8 Cauti Officiales semper in banno solent confirmare banna Prædecessoris, prout in penultimo *Cap.* horum bannorum posuimus, *Item confirmiamo tutti li bandi, &c.* Nam Banna ab Officiali emissa finito officio expirant, & ideo pœna contraventionis bannorum a Prædecessore promulgatorum non potest exigi a Successore, nisi præcedat renovatio; Unde, ut ligent in posterum, non solum debent refirmari a Successore, sed publice in locis consuetis repeti, ex *Text. in l. honorarii, ff. de act. & oblig. & in l.1. de postul. Mattesil. sing. 190. Affl. dec.290. Tusc. concl.66. lit. S. & concl.6. n.4. & 5. lit. B. Farinac. in fragm. crim. lit. B. num.5. p.1. Castill. decis.124. num.4. Mascard. de probat. Conclus. 1297. num.13.*

9 Verum Banna sub Baronis nomine facta, perpetuo durant, *Novar. grav.125. tom. 1.* & secuta patientia subditorum, banna præjudicant, maxime in actu affirmativo, ex. gr. Si fiat bannum, vel ordo, quod omnes vadant ad suum molendinum, vel quod faciant talem rem. Tunc patientia, consensus, & paritio dat robur banno, & præbet jus possidendi, & præscribendi; sed si prohibitio erit negativa, ex. gr. Ne quis venetur in tali loco, ne vendant inconsulto Barone, ne piscaut, vel lignent in tali loco, tunc simplex patientia non præjudicat, nisi accedat actus, & occasio, & subditi patiantur uti illa prohibitione facta; & propterea cautæ Universitates protestantur contra banna, & instant pro revocatione illorum, & se conservant in faciendo actus contrarios Bannis, etsi opus fuerit, debent ad Regios Superiores petere revocationem, ut late *Capibl. tom.2. cap.5. per totum*, & ideo, ut ligent, banna debent non solum in locis publicis, & solitis, sollemniter publicari, & affigi, sed contumaciæ incusari, ex quibus contumaciis firmatur bannum ob patientiam Populi, qui videtur consentire banno, *Capibl. prag.14. num.70. de Baron.* post *Ursill. & alios.*

10 Banna, aut sunt secundum jus, vel præter jus, & tunc licita sunt Banna pœnalia, ex. gr., tunc dicuntur secundum jus, quando de jure aliquid est prohibitum, & lex stat in meris terminis prohibitoriis; tunc potest

adim-

adjungi pœna per banna, & tunc banna dicuntur conformia juris dispositioni, *Menoch. de arbitr. Judic. casu* 388. *num.* 46. *Avend. de execut. mand. cap.* 17. *num.* 11. *p.* 2. *Guid. Pap. dec.* 206. citatus per *Capibl. tom.* 2. *cap.* 88. *num.* 13.

Præter Jus dicuntur, quando lex non prohibet aliquid fieri, sed ratione publicæ utilitatis, & honestatis possunt prohiberi, & tunc licite possunt banna promulgari cum pœna, & dicuntur banna licita, quamquam sint præter jus, idest contineant prohibitionem illius, quod a lege non reperitur prohibitum, *Capibl. ubi supr.* ex. gr. ne quis de nocte ambulet post duas horas, hoc non est de jure prohibitum, nec jus resistit; tamen ex caussa, ne delicta fiant, vel aliqua scandala occurrant, bannum valide fieri potest, dummodo hora certa ponatur, & quod pulsetur campana, & quod non reducatur ad iniquitatem contra illos, qui veniunt e foris, *Capibl. pragm.* 14. *num.* 48. *de Baron.*

Et ad evitanda scandala potest prohiberi, ne fiant maschatæ, *Rovit. tit. de Personatis, Capibl. ubi supr.* & ex eadem ratione valet bannum, ne quis loquatur cum carceratis, & hoc ante datas defensiones, *Ursill. dec.* 290. *Capibl. ubi supr. num.* 53. Item ne vulnera curentur, nisi data notitia Curiæ, *Capibl. ibid.* Et semper, ubi jus non resistit, licet sit præter jus, valet prohibitio pœnalis, dummodo pœnæ non sint exorbitantes.

11 Bannum vero, quod fit contra jus, vel in fraudem juris, non potest ab inferioribus Judicibus promulgari, *c. cum inferior de major. & obed. Capibl. d. cap.* 88. *tom.* 2. & *prag.* 14. *num.* 55. *tom.* 1. Nam bannum debet esse rationabile, & ad publicam utilitatem, *Novar. tom.* 1. *grav.* 219. & 230.

12 Bannum in fraudem juris exemplificatur, quando fit, ne quis injuria afficiat aliquem, vel ne faciat rixam, & similia sub pœna. Hoc bannum dicitur in fraudem juris factum. Nam de jure Regni Judex non potest procedere ex officio, nisi in delictis ultra relegationem; & per talia banna fraudaretur dispositio juris, procedendo vigore banni ex officio in delictis levibus, in quibus de jure non potest procedi, nisi ad partis instantiam, *Capibl. d. prag.* 14. *de Baron. num.* 66. post *Marant. in artic. inquis. num.* 31. per *DD. in l. non dubium, C. de legibus*.

13 Judices inferiores, neque possunt in bannis ponere pœnas corporales, sed tantum pecuniarias, quæ non excedant aureos triginta, *Capibl. tom.* 2. *cap.* 88. *num.* 16. *per text. in l. eos, C. de modo mulct.* Nam illæ comminatæ refrœnantur, *Capibl. in prag.* 14. *de Baron. n.* 72. *tom.* 1. & *d. cap.* 88. *ubi sup.*

14 Possunt tamen Judices inferiores merum, & mixtum Imperium habentes cumulative addere pœnam legi factæ a Superiore, dummodo ex aliqua justa caussa id fiat, & tunc utraque pœna valet exigi, *Capibl. in d. pragm.* 14. *num.* 59. ex *Bovadill. lib.* 2. *polit. cap.* 16. *num.* 128. *Surd. cons.* 252. *num.* 40. *Anna cons.* 94.

TITULUS TERTIUS

De Tutelis, & Curis.

In præcedenti Secundo Titulo tradidimus Instructiones circa primum ingressum Officii, ejusque possessionem; & quia capta possessione devenitur ad actus judiciarios, & ut servetur ordo, incipiendum est ab actis præparatoriis, quæ sine Contradictore fiunt, quorum primus locus debetur Tutelis, sine quibus pupilli non possunt esse in judicio, nec agendo, nec excipiendo. Ideo successive posuimus Tertium hunc Titulum de Tutelis, & Curis.

QUI TERTIUS TITULUS dividitur in IX. CAPITA v3.

C A P. I.

De Divisione Tutelæ, & modis petendi Tutorem.

S U M M A R I U M.

Tutela quid, & quotuplex sit, num. 1.
Tutor quis, & cui præferatur, num. 2.
Tutor quot modis petitur, & a quibus, num. 3.

1 Tutela est vis, atque potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit.

Tutela triplex est; nempe, testamentaria, legitima, & dativa, & alii addunt quartam speciem, quam vocant tutelam anomalam, sive extraordinariam.

Google

Testamentarius tutor est, qui in testamento relictus est.

Tutor legitimus, qui a lege ipsa ad tutelam vocatus est, ut sunt omnes proximiores consanguinei pupillorum.

Tutor dativus est, quando non a Testatore, neque a lege, sed a Judice datur, & ideo dativus dicitur.

Tutor anomalus dicitur is, qui a norma, & regula alienus, & extra regulam datus est, quasi extraordinarius, sive irregularis Tutor dicitur; Cum enim regulariter omnis Tutor detur invitus, mater tamen, & avia non coguntur, sed possunt si velint tutrices esse, imo praeferuntur legitimis. Pariter cum onus Tutelae sit officium virile, a quibus foeminae sunt exclusae, ideo dicuntur praeter regulas in tutela admissae.

Et non dicitur testamentarius, nec legitimus, nec dativus.

2 Et quia tutela testamentaria praefertur legitimae, & dativae, & tutela legitima praefertur dativae, & ideo quamdiu Tutor est in testamento datus, cessat legitimus, & quamdiu est legitimus, cesset dativus, cum habenti Tutorem alium dare jura prohibeant.

Quo fit, ut si Judex tutorem det, quando adest testamentarius, vel legitimus, talis datio non valet, omneque periculum administrationis tunc spectat ad testamentarium, vel legitimum, & non dativum Tutorem; ut late *Oinotim.lib.1. inst.tit.20. de Attil. Tutor. num.7.*

Quod intellige, ut in tantum legitimus praeferatur dativo, in quantum sit idoneus, alias non; & in materia Tutelarum totum negotium in prudentis Judicis arbitrio remittitur, ut non apices juris, sed quod utilius sit pupillo attendat, de qua re vide, quae latius dicemus super formula Tutoris petiti a matre inferius; & late *D.Rodoer.consil.15. num.43.*

Propterea prius de Tutore testamentario, & gradatim de aliis dabimus formulas.

3 Tribus modis petitur Tutor a pupillis, vel ex necessitate, vel ex voluntate, vel ex officio Judicis; ex necessitate debent petere Tutorem, mater pupilli, avia, agnati, & cognati proximiores, ac etiam liberti infra annum, alias privabuntur successione, & omnibus legatis, & substitutionis pupillaris commodo eis a patre pupilli devenientibus, & sive agnatus sit clericus, sive laicus.

Quod ampliatur etiam ubi essent in testamento minus legitime dati Tutores, quia mater adhuc tenetur infra annum petere a Judice hujusmodi Tutores testamentarios confirmari, ut late *Galter.in prax.tutelar. part.1.rubr.stadeat primo tutor datus nu.26.* ex quare vide quae latius dicemus inferius in Formula Tutoris petiti a matre.

Ex necessitate debet petere tutorem etiam creditor, qui velit agere contra pupillum, alias acta facta cum pupillo essent nulla, quomodo, & qualiter practicetur, dicemus in *Tom.2. Judicii ordinarii.*

Ex voluntate possunt petere a Judice, ut pupillo detur tutor, omnes amici, vel vicini, & educatores ipsius pupilli, *Galter.ubi supra.*

Ex officio Judex nemine petente dat Tutorem, vel Curatorem, si cognoverit, quod bona pupilli alias perirent, vel aes alienum minueret, dummodo id faciat de consilio conjunctorum, *Galter. ubi supra n.31. fol.32.*

C A P. II.

De Tutela Testamentaria.

S U M M A R I U M.

Libellus, & Formula tutelae testamentariae sine inquisitione, num.1.
Inventarium Tutoris penes acta Curiae, num.2.
Fidejussi Tutoris testamentarii penes acta, num.3.
Tutor testamentarius, non semper tenetur cavere, num.4.
Tutor regulariter tenetur statim cavere, num.5.
Officiales, ejusque haeredes tenentur, ubi praetermittunt fidejussionem tutoris, vel non idoneam recipiunt, n.6.
Tutor non admittitur, & a suscepta tutela removetur, nisi legitime satisdederit, num.7.
Tutor non habens fidejussorem in loco, potest alibi praestare fidejussionem cum distinctione, & limitatione tamen, num.8.
Pupillus major infantia potest stipulari, secus minor infantia, num.9.
Tutor, & Curator non admittitur ad juratoriam cautionem, ut alii, num.10.
Cantela Capollae improbatur circa excusationem Tutoris, num.11.
Cautio quando dicitur esse idonea, num.12.
Fidejussor talis, qualis admittitur, ubi tam magnae essent facultates pupilli, ut vir inveniri non possit idoneus, num.13.
Formula tutelae testamentariae confirmata per inquisitionem, num.14.
Formula depositionis testium super tutela testamentaria per inquisitionem, num.15.
Formula decreti tutoris testamentarii per inquisitionem confirmati, num.16.
Tutoris confirmatio quid importet, & quando requiratur, num.17. *& quid sit,* num. 25. *& quid sit tutoris inquisitio, & quid contineat,* num.26.
Tutor, ut administrare possit, quae requisita sunt ei necessaria, num.18.
Tutor non potest administrationem propria auctoritate occupare, sed requiritur decretum Judicis, num. 19. *&* 22.
Tutor postquam petierit a Judice confirmari, poterit pendente confirmatione administrare, dummodo alias solemnitates adimpleverit, num.20.
Tutor ante confirmationem Judicis potest administrare, quando testator licentiam administrandi propria auctoritate dederit, cum testamento perfecto, secus in minus solemni, num.21.
Tutor testamentarius an, & quando eget Judicis confirmatione, num.23.
Tutor an, & quando sine inquisitione confirmatur a Judice, num.24.
Tutoris confirmatio, ut bene procedat, quae sunt per Judicem consideranda, num.27.
Tutor a quo dari potest in testamento, num.28.
Tutor cui dari potest in testamento, num.29.
Tutoris datio, in quibus casibus non valet, num.30.
Qui tutores in testamento dari possunt, num.31. *& qui dari nequeunt,* num.32.
Quis Judex est competens in datione, & confirmatione tutoris, num.33. *& quando dari potest nemine petente,* num.43.
Tutore recusante administrare bona extra Provinciam, Judex illius Provinciae providebit de alio tutore, num.34.
Clerico Pupillo quis Judex dat Tutorem, num.35.
Clericus an, & quando possit esse tutor, num.36.
Curiae baronales, & etiam Bajulares sunt competentes hodie in dandis, & confirmandis Tutoribus, num.37.
Bajuli Terrae Laurini decernunt tutelas, & omnes caus-

fas

fas civiles, prout Bajuli Neapolis, Salerni, & Messanæ, num.38.

Episcopi non possunt hodie, sicuti antiquitus tutores dare laicis; Nam caussa tutelæ est mixti imperii, num.39.

Feudatario quis Judex dat Balium, & Tutorem, n.40.

Tutela dari potest etiam diebus feriatis, num.41. *& in Ecclesia, ac in quocumque loco*, num.42.

Libellus, & Formula tutelæ testamentariæ sine inquisitione.

1 IN Curia T. comparet T. de T. & exponit qualiter A. de A. jam mortuus, & humane sepultus, in ultimo suo testamento, cujus copiam præsentat in promptu, constituit ipsum comparentem tutorem B. filio ejusdem; Proinde tutelam acceptans, petit sibi administrationem decerni bonorum pupillarium, & quia patrimonium dicti pupilli est multis negotiis implicitum, non intendens gratis tutelam prædictam administrare, instat sibi salarium constitui, & ita instat, & protestatur, omnique alio meliori modo, &c.

Visa petitione suprascripta, visa particula testamenti q. Talis de Tale per principalem Curiam Civitatis T. provisum, & decretum est talem de tale tutorem in dicto testamento relictum T. pupilli, & filii ejusdem testatoris esse confirmandum, & bonorum ipsius pupilli administrationem decernendam esse in personam d. Talis de Tale, prout præsenti decreto confirmatur, & decernitur, qui adimpleat de jure adimplenda, & ita per hoc suum, &c.

T. Actuarius.

2 Inventarium per tutorem testamentarium penes acta Curiæ.

DIe 15. mensis Martii 1696. in Civit. T. nos T. de T. Gubernator Civitatis T. & T. de T. Actuarius accessimus ad domum qu. A. Testatoris ad requisitionem Talis de Tali tutoris testamentarii B. filii pupilli d. A. testatoris, quæ domus sita est in tali contrata juxta tales fines, & cum essemus ibidem, prædictus tutor asserens se esse tutorem in testamento d. q. A. constitutum, & decreto Curiæ T. Civit. confirmatum, intendens adimplere solemnia, ad quæ de jure tenetur, & conficere Inventarium de bonis in hæreditate prædicta remansis, citius, quam potuit, signo, & signaculo Sanctæ Crucis ✠, ut moris est, declarat cum juramento in dicta hæreditate invenisse & esse suprascripta bona, v3.

In primis bona mobilia reperta in dicta domo.

Et primo nel cortile vi sono T. & T. cose, &c.

Alla sala vi sono li tali mobili, & sic de singulis.

Item, li tali beni stabili, e si ci descrivono tutti li confini, servitù, ed azioni, che sono in detti stabili.

Item, li tali crediti ed esigenze.

Item, le tali scritture, e liti, e pretendenze, jussi, e Cappellanie.

Item, li tali pesi, ed esiti, che si pagano ogn'anno.

Item, tali, e tali cose, che dicono essere prestate dal Tale di Tale, e che si devono restituire.

Item, le tali cose, che dicono essere impegnate per il tale prezzo.

Quo quidem inventario modo, quo supra descripto, dictus tutor tactis scripturis juravit ad confectionem ipsius, vere simpliciter, & bona fide processisse, nec dolum commisisse, ac ad ejus notitiam pervenisse, dicta bona fuisse, & esse de hæreditate prædicta, & protestatus extitit, non posita ponenda, &c. & de uno facere aliud inventarium de bonis forte remansis, de quibus omnibus requisivit nos, &c. nos autem, &c. unde &c.

Subscribatur ab hærede, a testibus, ab Officialibus, & ab Actuario.

Fidejussio Tutoris testamentarii penes acta.

3 DIe 14. mensis Martii 1696. in Civitate T. & penes acta Curiæ dictæ Civitatis personaliter constitutus Talis de Tale Tutor testamentarius B. pupilli, & filii qu. A. testatoris, ex decreto ipsius Curiæ confirmatus sub die tali, &c. qui sponte, &c. pro adimplendis solemnibus, ad quæ de jure tenetur, obligavit se, & bona sua omnia præsentia, & futura sub pœna unciarum auri 50. in casu contrarii proventario, &c. bona & personas dicti B. pupilli gubernare, & regere & defendere, &c. res pupillares salvas facere, utilia agere, & inutilia prætermittere, & in fine administrationis dictæ tutelæ reddere fidelem rationem, & computum eidem pupillo, seu alteri ejus nomine, ipsamque tutelam gerere fideliter, & legaliter, omni qua convenit diligentia, et ad majorem cautelam dicti pupilli, dictus tutor in fidejussorem dedit semetipsum principalem, nec non T. de T. ibidem præsentem, & sponte fidejubentem, qui sciens ad prædicta non teneri, tamen teneri voluit proprio, & principali nomine, & insolidum cum dicto Tali de Tale principali, ita quod non possit excusari suum posse, fecisse, & factum alienum promisisse, renuncians beneficio de primo, & principali conveniendo, beneficio ceden. action. & omnibus aliis beneficiis in favorem fidejussoris dictantibus, pro quibus omnibus observandis, tam dictus Talis de Tale principalis, quam d. T. fidejussor obligaverunt d. pupillo absenti, &c. mihique Actuario præsenti, &c. seipsos; & quemlibet ipsorum insolidum, suos hæredes, successores, & bona omnia præsentia, & futura sub pœna, & ad pœnam prædictam cum potestate capiendi, &c. constitutione precarii, &c. renunciaverunt, &c. juraverunt, &c.

Deinde subscribitur a principali, & a fidejussoribus, a testibus, & ab Actuario.

4 TUtor testamentarius non semper tenetur cavere, imo regulariter non tenetur, ut inferius dicemus, sed in aliis cautio debet a tutore statim dari, & ita rem pupilli salvam fore. Adeo quod possit cogi captis
5 pignoribus tutor differens illam præstare, *§. subsidiario instit. de satisdat. tutor. l. dies cautionem, §. intra, ff. de damno infecto, l. si quis a liberis, §. si quis ex iis, ff. de liber. agnoscend. Galter. in prax. tutel. rubr. vel acceptans solemnia adimpleat, fol.* 114. *num.* 22.

6 Et ubi Magistratus prætermittit dictam fidejussionem exigere, vel idoneam non exigens, tenetur adulto in subsidium actione subsidiaria, ex *tex. in §. sciendum instit. de satisdat. tutor. §. nos autem in fine, & §. impuberes, instit. de action. tutor.* & alii allegati a *d. Galter. ubi sup. num.* 20.

Imo hæredes Magistratus tenentur hac actione; *Galter. ubi sup.* Ordo autem conveniendi tutores, & Magistratus affertur a *Jodoc. de tutor. num. cap.* 6. *num.* 23.

Fallit supradicta conclusio in aliquibus casibus narratis a *d. Galter. ubi supr.* in quibus tutor non cogitur præstare fidejussorem; ad quem recurre.

Tutores, & Curatores testamentarii satisdare non tenentur, quia eorum fides est approbata a Testatore, *Oinot. lib.* 1. *tit.* 24. *de satisdat. Tutor., vel Curat. nu.* 8. *l. Testamenta* 16. *de Testam. Tutor.*

Fallit, quando mutati sunt mores, vel lapsus est in facultatibus, *Oinot. im. loc. cit.*

Et intellige ex testamento Patris, secus ex testamento Matris.

Item datus ex inquisitione a Magistratu superiore non tenetur satisdare, secus sine inquisitione, & secus

a Ma-

Digitized by Google

a Magistratu inferiori, quia tunc etiam cum inquisitione tenetur satisdare, *Oinot.ibid.*

Sed Magistratus inferiores sint cauti in exigenda dicta satisdatione, ne litem faciant suam, vide *Oinotim.lib.1. Instit. tit. 24. de satisdat. tutor. vel Curat. num.14.*

7 Et ideo necessaria est satisdatio prædicta, quod tutor, nisi legitime satisdederit ad administrationem non admittatur, & post susceptam administrationem, ab officio tutelæ removeatur, *l.1.C.de Tutor.& Curat. qui non satisd.*

8 Si fidejussorem invenire non potest tutor in loco dationis tutelæ, potest alibi præstare, dummodo non sit in loco multum distanti, *l.fidejussor, §.si necessaria, ibi, si in alio ejusdem Provinciæ, & l.de die, §. tutor vers. jubetur, ibi, mittendi sunt in municipium, ff. qui satisd. cogantur, Bart.in d. §. jubetur, Galter.ubi supr.num.23.*

Hic nota pulchram differentiam inter fidejussionem necessariam, sive ex legis dispositione, (ut in fructuario, vel in tutore, & similibus, & fidejussionem voluntariam, (ut ex contractu, vel conventione, vel alia causa voluntaria,) nam fidejussio necessaria potest præstari alibi, si non invenitur in loco judicii, secus voluntaria, quæ debet præstari omnino in loco contractus, etiamsi ibi non inveniantur fidejussores, *Staib. tom.1.resol.25.num.10.* Aliam differentiam inter fidejussionem Judiciariam, & fidejussionem contractus, dicemus *in 2. tom. Judicii ordinarii.* Ita etiam exterus in aliquo loco detentus pro crimine, ubi non poterit fidejussores invenire, si offert fidejussores in propria patria, non auditur, cum omnino dari fidejussor in loco judicii debeat, *Staib.ubi supr.num.3. ex Claro in pract.crim.§.fin.quæst.46. Afflict. in Const. Regni humanitate, in fine num.5.*

Si pupillus est major infantia; idest major annis decem cum dimidio masculus, & annis novem cum dimidio fœmina; tunc dicta cautio fieri potest stipulante
9 ipso pupillo: Sed si minor, tunc fiet stipulante Notario publico, vel Actuario Curiæ, vel alio, cui Judex commiserit dictam stipulationem, aut servo dicti pupilli *l.2.& 3. & l.servum, ff. rem pupilli salvam fore.*

Ideo quando stipulatur ipse pupillus major infantia, dicitur in stipulatione, *tam dictus tutor, quam dictus fidejussor, &c. obligaverunt sponte dicto pupillo præsenti, &c. idest stipulanti, & acceptanti, &c.*

Quando stipulatur Notarius publicus, ut Notarius Curiæ, tunc *obligaverunt, &c. dicto pupillo absenti, mihique Notario & Actuario præsenti, &c. idest stipulanti, & acceptanti nomine, & pro parte dicti pupilli, Galter.in prax.tutelari, ubi sup.*

10 Licet in aliis satisdationibus ob impotentiam satisdandi, quia non reperit fidejussorem, admittitur juramenti cautio, in tutela tamen, vel cura non admittitur juratoria cautio, sed per fidejussores, vel pignora idonea satisdari debet, *Oinot. lib.1. tit. 14. de satisd. Tutor.vel Curat.num.4. DD.in l.vulgo, ff.de admin.tutor. Galter.prax.tutel.Rubr. ut personam suam inspiciat, fol.511.num.11.*

11 Unde *Capolla caut.167.* dat cautelam tutori dato, qui vellet se excusare a tutela, sed justam cautionem non habet, quod procuret, ut nullus pro eo fidejubeat, si sit legitimus, aut dativus sine inquisitione.

Sed hanc cautelam improbat *Galter.in prax.tutel. rubr.vel se excuset fol.88.num.33.* & contra *Capollam* concludit, quoniam malitiis non est indulgendum & tamdiu carceratus detinendus est, quamdiu fidejussionem non invenerit, ne pupillus indefensus remaneat.

12 Et tunc dicitur idonee satisdatum, quando fidejussor, vel ejus principalis tantum habet in bonis, quantum est debitum cum fructibus, & sic quando habet tantum in bonis, quantum pupillus, *Cavalc.* & concludit etiam *Piagg.q.9.num.9.*

13 Sed concurrente tutoris idoneitate quoad alia, solet aliquando admitti talis, qualis fidejussor inveniri poterit; prout practicatum refert in Curatore cujusdam maximi Magnatis, cujus annui introitus ascendebant ad summam ducatorum centum sexaginta millium, fuit admissa fidejussio ducatorum sex millium, ita *Galter.in prax.tutel. rubr. vel acceptans solemnia adimpleat, fol.115.num.24. Mant. cap.32. reg. 7.num.14.& 15.num.71.*

Praxis, ut taxetur quantitas fidejussionis pro summa, cujus feudum est redditu majus unius anni, erit, ut Balius reddat computum quolibet anno, vel quolibet semestre, & sic erit cautum pro pupillo; ita *De Marinis ad Revertertum decis.56.num.3. & lib.1. resol.137.*

Exceptiones, quæ possunt per fidejussorem opponi, & quibus renunciare debet, vide in *seq. cap. 15. num.17.*

Formula Tutelæ testamentariæ confirmatæ per inquisitionem.

Consimili modo fit libellus, ut in prima formula.

Deinde decretum, vz.

14 Visa petitione præsentata per T.de T.Tutorem, visa particula testamenti, qualiter T. de T. principalis Curiæ T.providet, quod summaria capiatur informatio de idoneitate dicti T. Tutoris, & aliis de jure requisitis, & testes habeantur pro legitime citatis, qua capta providebitur, hoc suum, & intimetur proximioribus dicti pupilli agnatis, cognatis, & vicinis.

15 Quibus intimatis recipitur depositio Testium, videlicet.

Die T. mensis T, in Civitate T. coram Domino Gubernatore.

T.de T.ætatis annorum . . . . ut dixit, dice vivere del suo, testis summarie productus. & cum juramento interrogatus, & examinatus super tenore retroscriptæ petitionis, toto facto, caussa, & quicquid inde scit; E

Primo, se conosce il quondam Ludovico T.e che n'è di detto Ludovico, e se conosce Antonio T.; Respondit; So benissimo detto quondam Ludovico, che ha circa un mese, e mezzo, che è passato all'altra vita, ed ho visto sepellire il suo cadavere nella tale Chiesa, e conosco anco Antonio T. che è fratello carnale di d. qu. Ludovico, e per quanto ho inteso, che nel testamento, che fece d.q.Ludovico per mano del tal Notaro due anni sono, lasciò tutore del tal pupillo figlio del qu.Ludovico il detto Antonio.

Interrogatus, mentre due anni prima di morire lasciò tutore in testamento detto Antonio, se esso testimonio sa, che li fusse detta volontà durata, o passata; Respondit. Che per quanto ad esso testimonio li è noto, che li fusse durata detta volontà, stante la buona corrispondenza, che era tra esso testatore, e d.tutore.

Interrogatus, se le facoltà di detto tutore, che aveva in tempo, che fè il testamento detto testatore sono diminuite, o mantenute: Dixit: che più presto sono avanzate, che diminuite.

Interrogatus, se detto Tutore avesse mutato li costumi in peggio, o avesse qualche malignità de' costumi, che non fusse stata nota al Testatore, quando si fè il testamento; Respondit: che detto testatore avea ben noti tutti li costumi di detto Curatore; per essersi cresciuti assieme, nè ha fatto mutazione de' costumi dopo detto testamento.

Interrogatus, se dopo detto testamento il detto Testatore avesse passato qualche inimicizia con detto Tutore; Respondit, Signor no, perchè fino all'ultimo

del-

della morte sono stati sempre in buona corrispondenza.

Interrogatus, se detto Tutore avesse fatto qualche obbligo col fisco, o incorso in qualche pena fiscale; Dixit: che per quanto ad esso testimonio costa, non ave avuto che fare col fisco; e questo è quanto esso testimonio può deponere *ex causa scientiæ*, & de loco, & tempore *per modum, ut supra.*

Interrogatus de contestibus; dixit, ne può deponere TT. & TT. & altri.

Io T. del T. ho deposto, ut supra.

T. Gubernator, & Jud.

T. Actuar.

Eodem modo deponant alii testes, sed mutato sermone, & deinde fit instantia, vz.

Tutor instat interponi decretum confirmationis, stante quod credit satis constare ipsi Curiæ per inquisitionem factam de identitate suæ personæ, & instat taxari sibi salaritum, dum intendit salario mediante, acceptare dictum onus tutelæ omni meliori modo, &c.

De Mandato Curiæ Civitatis T.

Moneantur proximiores talis pupilli, qui prima die post, &c. compareant ad dicendum quicquid, & ad audiendum tenorem diffinitivi decreti super petitis interponendi, quoniam, &c. alias, &c. data in Civitate T. die T. anno T.

Nomina propinquorum sunt, vz. T. T. T. T.

Et facta relatione intimationis interponitur decretum, vz.

In Dei nomine, Amen.

16 *In causa confirmationis tutelæ petitæ per Antonium T. tutorem testamentarium talis pupilli, & filii q. Ludovici T. testatoris, ut ex actis.*

Die tali, &c.

Visa petitione supradicti Antonii T. petentis, se confirmari tutorem testamentarium dicti talis pupilli, & filii qu. Ludovici, & visa particula testamenti dicti qu. Ludovici testatoris, visaque informatione captu de morte dicti testatoris, & quod ejus corpus Ecclesiastica sepultura sit traditum, factaque diligenti inquisitione circa personam dicti tutoris, proximioribus dicti pupilli citatis, monitis, & auditis; visis denique, & consideratis omnibus in jure, & in facto videndis, & considerandis Principalis Curia Civitatis T. providet, atque decernit, quod dictus Antonius T. tutor per dictum testatorem in ejus testamento constitutus talis pupilli, & filii ejusdem testatoris confirmetur, prout præsenti decreto confirmatur, & administratio omnium bonorum pupilli prædicti decernatur, prout decernitur in personam dicti Antonii tutoris, cum omnimoda potestate in forma; adimpletis tamen prius de jure adimplendis, & ita hoc suum interponit decretum, & intimetur.

T. Gub. & Jud.

Lectum, latum, die quo supra, in Civitate T. Curia pro Tribunale sedente, præsentibus pro testibus TT. TT. & aliis.

T. Actuarius.

Fit relatio Jurati qualiter fuit intimatum proximioribus, ut supra, pupilli.

Deinde fit inventarium cum fidejussione juxta formulam superius traditam.

17 Adverte ad inventarium Tutoris Tutorem numquam dici posse suspectum, etiamsi multum differat conficere inventarium, antequam suscipiat administrationem, sic refert *Menoch. de Arbitr. Judic. cas.* 174. & citat *Ruin. cons. 108. lib. 2. & cons. 10. lib. 5.*

Quod tamen intellige quantum ad hunc effectum, ut non removeatur; verum tanquam negligens tenetur *Ruin. ubi supra, & Clarus cons. 89. num. 9. Tusc. concl. 429. lit. T.* cujus verba sunt hæc: *Tutor si differat facere inventarium, & suscipere administrationem (quia si sciat) tenetur ad omne damnum, Tusc. ubi supra.*

Adverte, quod salarium Tutori, & Curatori non debetur, si a principio non fuerit petitum, & a Judice constitutum, vel a Testatore relictum, *l. a Tutoribus §. fin. ff. de administr. Tutor. Guid. Pap. dec. 256. de Franch. dec. 122. num. 1. & 4. Viv. dec. 4. num. 4. quia nil petendo videtur donare, rejecto Praso* contrarium dicente, cui respondet doctissimus *de Luc. ibi ad Franch.*

Verum poterit quandocumque peti, & tunc non a die susceptæ tutelæ, vel curæ, sed a die petitionis debet a Judice constitui salarium, *Menoch. cons. 3. num. 37. 58. & 60. ex Tiber. & Decian.* & aliis, quos sequitur *Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 185. n. 36.*

Item si tutor, vel curator fuerit Advocatus, etiamsi a principio non fuerit ei salarium constitutum, tamen pro patrocinio præstito salarium debetur, arbitrio Judicis taxandum, *Gizz. ubi supra, n. 37.*

Sed quid si Tutor extrajudicialiter dixerit, vel protestatus fuerit velle salarium, tunc deberi tenet *Guttier. de tut. p. 3. cap. 2. num. 4. & de Luc. ad Franch. d. decis. 122. in fine, ubi citat etiam Altogrud. cons. 57.*

Verum Balio, qui datur pro bonis feudalibus, adhuc debetur, licet non sit a principio petitum, nec constitutum, *de Franch. dec. 122. num. 5. Viv. decis. 40. num. 7 de Marin. resol.*

Executoribus testamenti non deberi salarium, fuit decisum penes *de Franch. dec. 122. num. 6.*

Sed *de Luc.* ibi contrarium tenet cum *Escob. de ratiocin. cap. 27. num. 47.* in executore habente tractum successivum in ministerio, & quod dicta decisio intelligatur in executore non habente tractum successivum.

Et indistincte deberi salarium executori tenet *Ferrer. ad decis. Guid. Pap. 256.*

18 Notatu dignum erit, quod multum interest scire, an necessaria sit ipsa confirmatio Judicis, ut valeat datio tutoris, an valeat datio tutoris ipso jure, quæ non eget confirmatione. Nam quando sine Judicis confirmatione, non valet datio tutoris, ut exemplificatur in tutore dato in testamento minus solemni, tunc non tenetur ante confirmationem administrare, nec tenetur petere se confirmari, itaut si ante confirmationem cesset administrare, nullum periculum incurrat, *l. impuberi ff. de adm. tutor. l. 1. C. de testam. tutel.* Omnia hæc habes apud *Oinotom. lib. 1. tit. 13. de tutelis, §. permissum num. 9. fol.* 178.

Sed tutor recte datus in testamento, statim, quod scit se datum tutorem, debet incipere administrationem, alias suo periculo differt, & omne damnum pupilli ad tutorem pertinet, quod est causatum ob ejus negligentiam, *l. si ibi, C. de tutor. l. 1. ff. de admin. tutor.* Quod intellige, ut incipiat administrare, & non differre Judicem adire pro decernenda sibi administratione.

19 Nam tutor, sive datus sit a testatore, sive a lege, sive a Judice, numquam tutelam administrare potest, nisi quinque interveniant. Primo decretum Judicis; Secundo ut faciat inventarium; Tertio, ut juret utilia agere, & inutilia prætermittere; Quarto, ut promittat defensionem pupilli; Quinto, ut caveat rem pupilli salvam fore, vel per pignora, vel per fidejussores, *Oinot. lib. 1. tit. 15. num. 13.* Adde sextum requisitum, ut juret rationem tutelæ suo tempore redditurum, cum reliquorum restitutione, *Oinot. ubi sup. in addit. lit. A. Mansuer. tit. de tut. num. 15. & 40.* Adde septimum requisitum in matre, & Avia, ut renuncietur secundis nuptiis, Vellejano, & omni alio auxilio, *auth. matri, & Aviæ, & auth. sacramentum, C. quando mulier*, & hæc sunt solemnia, quæ debet quilibet tutor adimplere, sine quibus non dicitur legitimata ejus persona ad comparendum pro pupillo.

Primum requisitum est, ut interveniat Judicis decre-

crc-

cretum, ut ſcilicet per decretum Judicis decernatur ei administratio, quod nihil aliud eſt, quam ponere ipſum tutorem in poſſeſſione administrationis tutelæ, ut idem *Oinot. d. lib. 1. Inſtit. tit. 15. de legit. agnat. tutel. num. 14. fol. 189. ex gloſ. in l. legitimos, & l. 4. in ver. diviſe, ff. de admin. tutel. Ferrar. & Bart. ibi citati.*

Tutor enim non debet administrationem propria auctoritate occupare, etiam quando in teſtamento valido datus fuerit, ut concludit *Piaggius qu. 7. nu. 6.* ex *l. 4.* ubi notatur, *ff. de auctorit. tutor. l. fin. §. illo procul dubio, C. arbitr. tutel.* ibi: *Publice, quod Judicis decretum præſupponit, l. fin. ff. ut in poſſeſſ. legati, Bald. in l. Orphanotrophos, C. de Epiſc. & Cler. l. facultas, ff. de jure baſ. fiſcal. lib. 10.* ubi aſſerit, quod ultra Judicis decretum requiritur, quod decernatur administratio, *Bart. in §. legitimos in princ. nu. 7. Inſtit. de legit. agnat. tutel. Caſtrenſ. conſ. 359. n. 4. lib. 1. Mont. c. 32. reſ. 1.* quos citat, & ſequitur *Galt. in prax. tutel. par. 1. Rub. vel acceptans ſolemnia adimpleat, fol. 120. num. 29.*

20 Sed poſtquam tutores petierint a Judice confirmari, donec confirmetur, vel dum differtur confirmatio ob Judicis negligentiam, non prohibentur administrare, aliis tamen ſolemnibus adimpletis, *Bart. in l. qui a patre ad fidem, ff. de confirm. tutor. Angel. in l. ſi ut proponis, Cod. eod. Galter. in pract. tutel. Rub. ſtudeat 1. tutor datus, nu. 13. fol. 17.*

21 Supradicta concluſio limitatur, ubi teſtator conceſſerit licentiam tutori propria auctoritate adminiſtrandi bona pupilli; quod intellige in teſtamento perfecto, quod non ſit minus ſollemne, *Oinot. ubi ſup. ex Bart. in l. legitimos.* Quia tunc teſtatoris voluntas, ut lex ſervanda eſt, *cap. ultima voluntas 13. qu. 2. §. diſponat, Aut. de Nupt. Papienſ. in prax. inform. libel.* quia agitur ad reddendam rationem, *gloſ. 1. num. 19. Galter. ubi ſup. Rub. vel acceptans ſolemnia num. 30.* Limitat etiam *Piaggius qu. 7. num. 7.* in matre, cui ipſo jure a lege tutela defertur per *Gloſ. in auth. matri, & avia.*

22 Sed contraria, & verior ſententia, cum in fortioribus terminis requiratur Judicis decretum, nempe quando mater tutrix data eſt in teſtamento a marito, *Galter. ubi ſup. num. 29.*

23 Tutela teſtamentaria, ut valeat, requiritur, ut fiat in teſtamento, unde teſtamentaria dicitur: Idcirco ſi tutor detur in Codicillis nullo condito teſtamento, ipſo jure non valet, ſed confirmandus erit a Judice: Ideo notabis, quod aut tutor datur a patre, aut a matre, aut ab extraneo; quando datur a matre, vel ab extraneo, requiritur confirmatio, ex inquiſitione per Judicem facienda; Quando datur a patre, vel Avo; tunc diſtinguendi ſunt plures caſus v3.

Si tutor datur a patre, vel avo in teſtamento ſolemni filio legitimo, & naturali, non emancipato, & tunc non eget confirmatione Judicis, *l. 1. in princ. ff. de confirm. tutor.*

Et talis tutor ſtatim, quod ſcit ſe datum tutorem, debet incipere adminiſtrare, aliàs ſi differat, omne damnum pupilli ad ipſum tutorem ob negligentiam ejus cauſatam pertinet, *l. 1. ff. de admin. tutor.*

Si datur in teſtamento minus ſolemni, tunc iterum diſtingue.

Aut teſtamentum eſt imperfectum, vel minus ſolemne, ſive nullum ratione præteritionis, vel exhæredationis; & tunc valet conſtitutio tutoris ipſo jure, & auctoritate legis, & non eget confirmatione Judicis.

Quia ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis irritum eſt teſtamentum, quantum ad inſtitutionem hæredis; Cætera vero, ut conſtitutio tutoris, & legata firma permanent, *Auth. ex cauſa, C. de liber. præterit.*

Aut eſt imperfectum ratione defectus numerationis teſtium, aut ex defectu alterius ſolemnitatis.

Tunc aut datus eſt unus ex liberis, & non indiget, ut confirmetur per decretum Judicis, *l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam.*

Aut datus eſt extraneus, & ſtatim poſt teſtamentum factum teſtator mortuus fuerit, & tunc datus tutor confirmabitur a Judice, ſine inquiſitione.

At ſi diu poſt teſtamentum factum ſupervixerit teſtator, & tunc tutor confirmabitur a Judice facta prius inquiſitione, utrum aliqua cauſa ſupervenerit, quæ indignum tutela, ejuſque adminiſtratione tutorem datum reddiderit, *Bart. in l. utilitatem, ff. de confirm. tutor. & l. qui a patre, & in §. ex imperfecto l. hac conſultiſſima, C. de teſtam.*

In his tribus caſibus non requiritur confirmatio tutoris per decretum Judicis.

Primo, non requiritur confirmatio, nec inquiſitio, ubi tutor datus eſt in teſtamento ſolemni, ſive perfecto.

Secundo, item in teſtamento imperfecto ratione exhæredationis, vel præteritionis.

Tertio, in teſtamento imperfecto ex defectu ſolemnitatis, vel ob defectum teſtium, quando unus ex liberis relinquitur tutor.

Et in his tribus caſibus non requiritur confirmatio Judicis, ſed tutor poteſt adminiſtrare, abſque quod a Judice confirmetur, *Oinotim. lib. 1. de tutel. tit. 19. num. 9.*

24 Confirmatio, ſine inquiſitione requiritur.

Primo, ubi non filius, ſed extraneus datus eſt in teſtamento imperfecto ex defectu ſolemnitatis, ut ſupra, quando ſtatim teſtator mortuus eſt facto teſtamento.

Secundo, ubi a patre datur in teſtamento tutor filio emancipato, tunc ſine inquiſitione confirmabitur a Judice, *l. 1. ff. de confirm. tutor.*

Confirmatur tutor prævia inquiſitione.

Primo, ubi a patre datur extraneus in teſtamento imperfecto ex defectu ſolemnitatis, quando teſtator diu vixit poſt teſtamentum.

Secundo, ubi tutor datus ſit in teſtamento matris, vel extranei, *Oinotim. ubi ſupra.*

25 Confirmatio Judicis, quæ requiritur, eſt ipſum decretum, per quod Judex decernit, quod tutor in teſtamento conſtitutus exerceat tutelam; ut habes Formulam ſuperius.

26 Inquiſitio, quæ requiritur in caſibus ſupra notatis, nihil aliud continet, niſi quod examinentur duo, vel tres teſtes ſaltem.

Primo, an ſcilicet duraverit patris, vel teſtatoris voluntas.

Secundo, an facultates tutoris a teſtatore relictæ defecerint, vel permanſerint.

Tertio, an aliqua morum improbitas celata, vel ignorata fuerit a teſtatore, vel an mores mutaverit in pejus.

Quarto, an aliqua inimicitia poſt teſtamentum ſupervenerit cum teſtatore.

Quinto, an cum fiſco contraxerit.

Sexto, ubi a matre, vel extraneo datur, Inquirendum eſt etiam, an tutor ſit dives, & an fidejuſſores præſtet, & in dicta inquiſitione citantur proximiores pupilli, *Gloſ. & DD. in l. fin. §. Juriſd. de tutel. Alex. conſ. 86. vol. 2.*

Et examinatis teſtibus ſuper dictis articulis dicitur facta inquiſitio circa idoneitatem tutoris teſtamentarii, ubi requiritur confirmatio cum inquiſitione.

27 Ad cognoſcendum, an confirmatio de jure proceſſerit, ut ſciat Judex, quem confirmare, & quem recuſare debeat;

Quatuor ſunt conſideranda.

Pri-

Primo, est consideranda persona testatoris, an dare potuerit tutorem.

Secundo, est consideranda persona pupilli, an ei potuerit dari tutor.

Tertio, est consideranda persona tutoris, an possit in testamento dari tutor.

Quarto, est consideranda persona Judicis, an habeat potestatem decernendi tutelam, & decretum pro Trib. interponendi, ex *tex. in l. naturali, §. si gravetur, ff. de confirm. tut.*

28 Circa primam considerationem, a quo dari possit tutor in testamento.

Dabunt igitur ascendentes descendentibus, quos in potestate habent.

Et sic pater filio, avus nepotibus ex filio, quem in potestate habet, sive testator sit major, vel minor ætate, dummodo factionem activam habeat, *Bart. in l. quæro, §. fin. ff. de testam. tutel.*

Etiamsi in testamento nihil relinquant, & pupillum exhæredem faciant.

Dabunt quoque ascendentes descendentibus, licet emancipatis, sed confirmandus est a Judice sine inquisitione.

Dabit mater, dabit avia, dabit quilibet extraneus, qui habet testamenti factionem activam, cum discrimine tamen, quod si mater non instituit pupillum hæredem, erit in arbitrio Judicis confirmare prævia inquisitione, si instituit hæredem, debet confirmare.

At si extraneus non instituit hæredem, nullo modo confirmabitur; at si instituit hæredem, est in arbitrio Judicis confirmare.

29 Circa secundam considerationem, cui potest dari in testamento tutor.

Primo filiis natis, & omnibus descendentibus in infinitum, dummodo non sint recasuri in potestatem sui patris, cum discrimine tamen, quod si sunt in potestate testatoris, non eget Judex confirmatione Judicii, sed si est pupillus emancipatus, tunc tutor confirmandus erit a Judice, sine tamen inquisitione.

Secundo filiis etiam nascituris; adeo quod si pater simpliciter det filiis tutores, etiam posthumis dati intelliguntur. Quod secus est in legatis, nam legatum factum filiis non intelligitur factum posthumis, nisi id expresse dixerint.

Tertio filio naturali tantum, si institutus sit hæres a Patre, quia potest ei dare tutorem in illis bonis, in quibus eum instituit, *l. fin. Cod. de confirm. tut.*

Quarto adoptivo similiter in illis bonis, quæ ob adoptionem patris pupillo perveniunt, *l. cum in adoptivis, C. de adopt.*

30 In infrascriptis vero casibus non valet datio tutoris, v3.

Primo, spurio omnino non potest dari tutor.

Secundo, illi, qui est recasurus in potestatem alterius, neque potest dari tutor.

Tertio, majori pubertate, quæ in masculo est ætatis 14. & in fœmina 12 annorum.

Quarto, non detur tutor in testamento matris illi pupillo, cui fuit a Patre destinatus tutor in ejus testamento, nam habenti tutorem tutor dari nequit. Et idem intelligitur de Avia.

31 Circa tertiam considerationem, qui Tutores in testamento dari possunt.

Primo, tam paterfam. quam filiusfam. esse potest tutor testamentarius, & si pater non consentit filio tutori, tenebitur pro rata peculii, si vero consentit tutelæ per filium administrandæ tenetur insolidum, *l. filius, ff. de tutelis.*

Secundo, minor 25. annis de jure communi, & 18. annis de Jure Regni potest in testamento relinqui tutor, sed incipiet tutela, cum major factus fuerit, *§. furiosus Institut. Qui testam. tutor. dari poss.* Sed interim dativus tutor a Judice datur.

Tertio, servus proprius cum libertate recte tutor datur.

Quarto, servus alienus sub conditione si liber factus erit.

Quinto, mater, & avia a Patre liberis tutrices dari possunt.

Sexto, creditor, & debitor, licet non possint esse tutores legitimi, vel dativi, tamen possunt esse testamentarii, quia fides eorum censetur approbata a testatore.

32 Nequeunt tutores in testamento dari.

Primo, servus, dum est servus.

Secundo, furiosus, dum est in furore.

Tertio, minor, dum est in minori ætate.

Quarto, mutus, & surdus, adeo quod si superveniat talis morbus, extinguitur tutela jam suscepta, si vero minus audiat, vel balbutiet, non obstat talis defectus.

Quinto, fœminæ, excepta matre, & avia, ut late de omnibus suprascriptis, *Oinotim. lib. 1. Instit. tit.* 14. His adde v3.

Sexto excommunicatus, *Galter. in praxi tutel. Rub. ne personam inspicias n.23. fol.58.*

Septimo, prodigus.

Octavo, Judæus non potest esse tutor pupilli Christiani.

Nono, cæcus, qui aciem utriusque oculi amisit.

Decimo, & ultimo, qui contraxit cum fisco, *Galter. ubi supra.*

33 Circa quartam considerationem, ut interveniat decretum Judicis pro Tribunali sedentis.

Notabis, quod ille Judex est competens in confirmando tutore, & dando tutore, qui habet in sua jurisdictione tam tutorem, quam pupillum, licet bona sint in aliena jurisdictione sita, & ratio erit, quia attenditur, ubi est persona; nam personæ principaliter datur tutor, & secundario bonis, cum non possit dari tutor non suppositus jurisdictioni dantis, *l. nequo, C. quomodo tutores dar. poss. Oinotim. lib. 1. Instit. tit. 20. §. nos, num. 85.*

Pupillus itaque debet esse subjectus jurisdictioni dantis tutorem, vel ratione domicilii, vel originis, quia pater ibi tempore mortis habuit domicilium; vel ratione suorum bonorum, quæ ibi sita sunt.

Etsi idoneum non invenit in Civitate, potest Judex dare alium alterius Civitatis, si tamen consentiat, *Galter. in prax. tutor. p. 1. Rubr. studeat primo tutor datus, n.25. fol.24. per tex. in l. simul, & l. Divi, ff. de tutor. & curat.* & si non consentiat, referat Præsid. Provinciæ *d. l. Divi, Galter. ubi supra.*

Sed quando pupillus habet plures Judices prævalet, ubi in eodem loco pupillus habet domicilium, & bona, *Oinot. lib. 1. instit. tit. 20. §. nos autem per totum.*

34 Quando vero pupillus in uno loco habet domicilium, in alio originem, in alio bona sita, tunc habet locum præventio, & Judex tam originis, quam domicilii potest dare tutorem, qui administrare debet etiam res in alia Provincia sitas.

Poterit tamen tutor se excusare ab administratione illorum bonorum extra Provinciam, & tunc Judex illius Provinciæ providebit de alio tutore, *Oinot. ubi supra num. 5.*

Hinc fit, quod si pupillus est Clericus, peti debet a Judice Ecclesiastico tutor, quia Judex laicus non habet pupillum suæ jurisdictioni subjectum.

35 Verum si tutor se excusaret pro bonis extra Provinciam sitis, tunc dari debet alius tutor a Judice laico illius Provinciæ, & ratio erit, quia ab Ecclesiastico datur principaliter personæ pupilli Clerici, cujus est Judex competens solus Judex Ecclesiasticus,

at tutor, qui datur pro bonis extra Provinciam, ubi datus est tutor, non datur personæ, sed principaliter datur illis bonis extra Provinciam sitis; & ideo tunc Judex laicus recte procedit, *Galter. in prax. tutel. fol.30. p.1. num.27. rubr. studeat primo tutor datus ex Mont.* & aliis ibi allegatis.

Et Ecclesiasticus Judex potest pupillo Clerico laicum tutorem dare, *Galter. ubi supra.*

Etsi pupillo laico esset datus in testamento tutor Clericus, tunc potest a Judice laico confirmari, teste *Aretin. in §. sed hoc jure num. 6. Instit. de Atril. tutor.* quem citat, & sequitur *Galter. in sua prax. tutel. p.1. rubr. ut personam suam inspiciant num. 13. fol.52.*

36 Verum Clericus, sive testamentarius, sive legitimus, sive dativus non potest cogi, sed si velit sua sponte acceptare, obtinebit prius licentiam a suo Judice Ecclesiastico, sine qua non posset onus prædictum acceptare.

Et ratio est, ne Clerici a Divinis distrahantur *c. Cyprianus 21. qu.3.* & obtenta dicta licentia, Judex laicus eum constituit tutorem pupillo laico, sive testamentarius sit, sive legitimus; quia Judex competens pupillo magis prævalet *Galter. ubi sup. ex Cavalcan. Piaggio,* & aliis ibi allegatis.

Verum pupillis pauperibus, & miserabilibus, alio idoneo non existente, cogi possunt Clerici ad suscipiendam tutelam, sed coguntur per Ecclesiasticum Judicem, *Galter. ubi sup. ex text. in c. fin. 86. dist. 1. c.87. dist. ex l. Orphanotrophos, C. de Episc. & Clericis, Carav. rit. 19. num. 19. & ex Concil. Trid. sess.23. cap. 1.*

37 Insuper notabis, quod antiquitus Magistratus inferiores non poterant tutores constituere; Hodie omnis Officialis, qui habet mixtum imperium, potest tutelam decernere, quo fit, ut non solum Officiales Baronales, sed etiam Curiæ Bajulares possunt tutores dare, exceptis in quibusdam locis Regni, ubi Bajuli non consueverunt talem jurisdictionem exercere, quia hodie Bajuli non habent parem jurisdictionem ubique, sed magis, & minus, prout de Consuetudine in qualibet Civitate fuit diu usitatum.

38 Et in statu Laurini Judex Bajularis facit præambula, decernit tutelas, & omnes lites civiles, & etiam cognoscit de furtis minimis, & ita Neapoli, Salerni, Messanæ, ut per *Affl. in Constit. locorum Bajuli, num.6.*

39 Nec hodie, ut poterant antiquitus, Episcopi possunt tutores dare pupillis laicis, nisi ubi haberent jurisdictionem temporalem, *c. si Clericus extra de for. compet. Ornat. in addit. lib.1. tit.20. de Atril. tutor. lib.6.*

Causa itaque tutelæ non est meri Imperii tantum, cum non sit delegabilis, non est jurisdictionis simplicis, quia in solo commodo pecuniario non consistit. Ideo mixti Imperii esse dicitur, *Galter. fol.30. in prax. tutel. par.1. rubr. studeat primo tutor, num.28.*

40 Et ultimo nota, circa personam Judicis, quod si pupillus esset feudatarius Regius, tunc non est competens alia Curia, nisi Supremum Coll. Cons. per quod, adimpletis in Reg. Cam. Sum. adimplendis, expeditur privilegium tutelæ, seu Baliatus pro administrandis bonis, tam feudalibus, quam Burgensaticis, *Galter. ubi sup. num.30. fol.32. De Marin. ad Rev. dec.563. num.2.*

41 Causa tutelæ decernendæ est adeo privilegiata; Primo, ut etiam tempore ad honorem Dei feriato tutor dari possit, *text. est in l. nec mandante, §. dari ff. de tutor. & curat. Galter. in prax. tutel. rubr. ut personam suam inspiciat, num.31. fol.32.*

42 Secundo, ut etiam in Ecclesia, & in quocumque loco possit fieri dicta datio tutelæ, *Galt. ubi sup. ex Mont. cap.25. Bald. in l. nemo, num.10. Cod. de sacros. Eccl. & in l. actus, num.3. C. de feriis. Piaggius quæst.*

43 Tertio Judex nemine petente ex officio dat tutorem, vel Curatorem, si cognoverit, quod bona pupilli aliàs perirent, vel æs alienum immineret, dummodo id faciat de consensu conjunctorum, *Galter. ubi supr. ex Bart. Bald. ac Decis. Pedemont. 89. Mont. cap.57.*

C A P. III.

De Tutela legitima, & Anomala matris, & aviæ.

S U M M A R I U M.

Tutor legitimus in tantum dari potest, in quantum si pupillus non habet tutorem testamentarium, nec mater pupilli vivit, nec avia. Quibus viventibus non potest dari tutor legitimus, nisi illis prius requisitis, qui tenentur vel acceptare, vel recusare tutelam, num.1.

Quando mater, vel avia nolunt acceptare, nec recusare tutelam, quomodo procedit Judex ad dationem tutoris legitimi; traditur Practica, & formula decreti, num.2.

Mater, & Avia requiri debent in datione tutoris, & præferuntur, quando in testamento, ut mater, & avia tutrices esse nequeant, num.3.

Mater, & Avia præfertur, etiam, quod sit naturalis tantum, etiam, quod sit creditrix, vel debitrix, num.4.

Avia paterna præfertur Aviæ maternæ. Et mater præfertur aviæ, num.5.

Pupillus habens avum, quando pater non erat emancipatus non eget tutore, quia est in potestate avi, sed quando avus, vel pater est dilapidator, tunc datur tutor, non obstante, quod pupillus sit in potestate avi, vel patris, & tali casu mater præfertur avo paterno, & rejiciuntur contrariæ opiniones, n.6.

Tutela quando per inquisitionem decernitur, quis ordo sequendus sit, num.7.

Frater major ubi patrimonium consistit in negotiatione, & similis repellitur a tutela fratrum minorum, num.8.

Tutela per inquisitionem dari, vel confirmari non potest, nisi prius citatis propinquioribus etiam amicis pupilli, num.9.

In quibus casibus Tutor testamentarius confirmandus est sine inquisitione, decretum confirmationis fit nemine citato, num.10.

Libellus, & Formula Tutoris legitimi, quando mater pupilli non vivit, nec avia, num.11.

Tutela legitima decretum, num.12.

Libellus, & Formula, quando Tutor legitimus petit tutorem pupillo, qui habet matrem, vel aviam, num.13.

Mater requisita ubi acceptat ipsa cum tutela, traditur formula, num.14.

Tutoris nominati a matre acceptantis tutelam traditur formula acceptationis cum decreto, num.15.

Inventarii cum fidejussione tutoris, quod fit penes acta Curiæ, traditur formula, num.16.

Exceptiones, & beneficia quibus juvatur fidejussor, & quibus renunciare debet, explanantur, & late traditur praxis, num.17.

Tutor nominatus a matre debet per Judicem confirmari, facta tamen inquisitione, quo casu potest etiam fratrem, imo Vitricum nominare; sed mater tenetur pro mala administratione, num.18.

Mater, & Avia infra annum nisi petat, & cum effectu procuret tutorem dari pupillo impuberi, vel furioso etiam majori, privatur successione & in dictam pœnam;

nam privationis a successione incidunt omnes, qui tenent primum locum in successione, sed gradatim, & quo ordine, late declaratur, num.19.

Mater statim non expectato anno tenetur petere Tutorem ventri, alias privatur successione, num.20. *sed quid attenta Consuetudine Neapol. vel ubi matrimonium esset contractum secundum usum Capuani, & Nidi*, num.21. *& plures limitationes, in quibus cessat dicta poena privationis*, num.22.

Mater etiam post annum, & quandocumque transit ad secunda vota, indistincte privatur successione, si non petat pupillo tutorem, & cum effectu procuret, ut adimpleat, rejecta distinctione Parladori num. 23. *cum limitationibus*, num.24.

Legitimus non semper præfertur dativo, & quando Judex debet potius ad dativum devenire, & legitimum repellere, num.25.

IN præcedenti 2. *Cap.* diximus de Tutela testamentaria, quia Tutor testamentarius præcedit omnes alios Tutores, & quia gradatim deficiente testamentario præfertur mater, vel avia si velint, & eis nolentibus præfertur Tutor legitimus; ideo consequenti ordine in hoc 3. *Capit.* dicemus de Tutela legitima, & Anomala.

1 Si itaque pupillus non habet Tutorem datum in testamento, & mater pupilli non vivit, nec avia, tunc Tutor legitimus, idest proximior ex agnatis, vel cognatis præfertur, & dicitur legitimus, quia ab ipsa lege datur in defectum testamentarii, sed si mater pupilli vivit, vel avia, tunc Judex antequam alium Tutorem constituat, tenetur citari facere eam, eaque citata, si velit ipsa acceptare tutelam præfertur, si recuset onus tutelæ, vel nihil dicit, tunc in contumaciam procedit ad dationem tutoris legitimi, & si neque legitimus existit, tunc dabit tutorem dativum, idest personam idoneam, licet non sit agnatus, vel cognatus pupilli, *Galter. in prax. tutel. p.1.rubr.ut personam suam inspiciat num.39.fol.32.* ex *Bart.in l.tutor, ff.de tutor. & curator.* & in *auth. matri, & avia in fine.*

2 Hic nota practicam, quod ubi mater nihil respondisset, fiunt saltem bina præcepta, vel tria, & postea interponitur decretum, *quod ex quo mater non curavit declarare si velit, vel non, habeatur pro facta dicta declaratio, & in deterius contra ipsam, & in ejus contumaciam procedatur ad dationem tutoris legitimi, & proinde capiatur informatio de proximitate, & magis idoneo; citentur agnati, & cognati proximiores dicti pupilli, ut prima die compareant ad dicendum quicquid, & videndum testium juramenta, qui habeantur pro citatis, & deinde in antea ad videndum dationem dicti tutoris, hoc suum, & intimetur.*

3 Et prædicta procedunt, etiamsi pater in testamento caverit, ut mater, vel avia tutrices filiorum vel nepotum esse nequeant, nullo tamen relicto tutore in testamento; *Jodoc. de tutor.Moni. cap.5.num.6.* Quia non obstante prohibitione prædicta mater, & avia præferuntur.

Secus ubi pater reliquit tutorem testamentarium, quia testamentarius præfertur matri, aviæ, & omnibus, *Ursill.ad Afflict.dec.183. n.2. Galter. ubi supra n.19. fol.20.rubr.studeat primo tutor datus.*

4 Ampliatur etiam in matre, vel avia naturali tantum, quando solutus cum soluta filios suscepit, nam admittitur ad tutelam, si velit esse tutrix, licet ex forma statuti excluderetur a successione filii, vel nepotis, *Galter.ubi sup.*ex *Ursill.ibid. n.5.* & aliis ibi citatis.

5 Ampliatur etiam, quod mater, vel avia sit creditrix, vel debitrix, licet regulariter debitor, vel creditor pupilli tutor esse nequeat. Et avia paterna præfertur avo materno, *de Marin.ubi supr.num.14. in fin.* Mater præfertur aviæ, *Afflict. dec.28.* ubi *Ursill. Galter. rubr. studeat primo tutor datus, n. 20. in praxi tutelari p.1.*

6 Ampliatur, ut mater præferatur etiam avo paterno, quando pater pupilli emancipatus erat, secus si in potestate erat; nam tunc non tractatur de tutela; ita *de Marinis lib.1.resol.95. n.1. Afflict. decis. 283.& Ursill.* ibi ex *Bald.& aliis. Reg. Salernitanus. dec.55.* & *glos.in Auth.defuncto, vers.gradus*, ubi *DD. Cod.ad Sen.Cons.Tertullian.*

Sed contrarium decisum bis refert *Peregrin. decis. 28.num.6.* & firmat *Arias de Mesa lib.3.resol.25. nu. 19. & Revert. in decis.35.* refert decisum in Collat. Consi.referente *de Franch.* quod in tantum mater fuit admissa excluso avo paterno, in quantum erat avus dilapidator. Unde si non fuisset malæ qualitatis avus exclusisset matrem. Quam decisionem posuit quoque *de Franch.dec.10.*

Licet *de Luca in d. decis.10. ad Franch.* videtur amplectere primam opinionem, quando erat pater pupilli emancipatus, ut supra, sed secunda opinio est verior.

Et quando potest dari tutor pupillo existenti in potestate avi, vel patris, vide *Mastrill. decis.59.* quorum unus est casus, quando pater, vel avus est dilapidator, & vergit ad inopiam, ut fuit in *decis. 10.de Franch.& dec.354. Revert.*

Et si non constat de emancipatione, sed filius habitavit seorsim per multos annos, quantum tempus requiritur ad præsumendam emancipationem, vide *de Franch.& de Luca in d.dec.10.*

7 Ordinem enim servare debet Judex in inquisitione tutoris, ut primo inquirat, si sit testamentarius, qui confirmandus, & hæc dicitur testamentaria tutela.

Secundo, ut deficiente testamentario requirat matrem si velit esse ipsa tutrix, deinde aviam, & hæc dicitur anomala tutela.

Tertio inquirat, an sit in agnatis, vel cognatis aliquis idoneus, & his deficientibus inquirat an cognatus; Et cognatis deficientibus, an affinis; Et hæc dicitur legitima tutela.

Quarto, his deficientibus inquirat, an intimus defuncti amicus, vel vicinus, aut alius idoneus sit, & hæc dicitur tutela dativa.

Ut late hæc omnia habes apud *Mausier.in practic. tit.de tutel.num.32. Oinot.in addit. lit. A. lib. 1. tit. 13. de tutel, §.permissum, fol.mihi* 178.

Et quando sunt plures agnati, vel plures cognati in eodem gradu omnes vocantur ad tutelam, sed magis idoneo committitur administratio aliorum periculo cum tacita ipsorum hypotheca, *l. si plures, ff. eod.auth.sicut hereditas, C.eodem*: Et inter æque idoneos senior præfertur, *Oinot. lib.1.instit. tit.15. de legit.agn.tutel.num.11.& in add.lit.B.*

Et potest dare unum, vel plures tutores, *Galter. in p.1. prax. tutel. Rubr.studeat primo tutor datus num.25.fol.14.*

8 Hoc est notatu dignum, quod frater major, qui habet commune patrimonium cum fratribus pupillis, sine controversia potest esse tutor eorum, nisi personales præstationes essent magnæ quantitatis, quia tunc uti magnæ quantitatis creditor esse non posset tutor.

Hinc si patrimonium pro majoriparte consistit in pecunia, & negotiatione, quia de facili fraus, & occupatio fieri potest, ideo frater repellitur, ut refert decisum *de Franch.dec.404.Galter.ubi supr.rubr. ut personam suam inspiciat, num.19.fol.56.*

9 Nota circa requisitionem propinquorum pupilli, quod

quod ubicumque per inquisitionem est dandus, vel confirmandus tutor, inquisitio est facienda citatis pupilli propinquioribus, *Galter. in pract. tutel. 1. p. rubric. fin. dat primo tutor datus num. 11. fol. 15. ex glos. in d. l. fi. 1. tit. de tutel. l. 1. ff. de confirm. tutor. Alex. cons. 86. vol. 2. & alii ibi.*

Imo non solum consanguinei, sed etiam amici pupilli requirendi sunt, quatuor ex parte patris, & quatuor ex parte matris, si tot adsint, vel tres, vel saltem duo, & ab iis juramentum recipiat, & examen tenetur super idoneitate tutoris dandi, quem credunt pupillo utiliorem, atque ab eisdem nominatum, debet dare Judex, & non statur judicio matris nominantis, ut late idem *Galter. in d. pract. tutel. p. 1. rubr. ut pers. nam suam inspiciat, nu. 18. fol. 56. ex Bart. Bald. &c.*

10 At in illis casibus, in quibus tutor testamentarius sine inquisitione erit confirmandus, dum petitur licentia administrandi, sive petitur confirmari a Judice, tunc non sunt citandi alii, etiam ii, qui alias tutores esse possunt, *l. si ut proponis C. de confirm. tutor. Galter. in pract. tutel. p. 1. rubr. vel accepiant solemnia adimpleat num. 30 fol. 110.*

Verum si plures sint dati tutores, & unus sibi administrationem decerni petit, alii contutores tunc citandi sunt, *Galter. ubi supr. n. 31.*

Libellus, & formula tutoris legitimi, quando mater pupilli non vivit, nec avia.

11 IN Curia T. exponit Philippus T. qualiter qu. Matthæus T. elapsis diebus intestatus decessit nullo relicto tutore filiis superstitibus, quorum tutela cum de jure ad ipsum proximiorem cognatum spectet, petit sibi eam decerni cum administratione bonorum ipsorum pupillorum, omni modo meliori.

Jesus.

De expositis summaria capiatur informatio, qua capta providebitur, & testes habeantur pro legitime citatis, & ita per hoc suum, &c.

T. Gub. & Jud.

Provisum in Civitate T. die 15. mensis Martii 1696. Cuna, &c.

T. Actuarius.

Die 16. mensis Martii 1696. in Civit. T. & coram Domino Gubernatore.

Giuseppe T. di questa Città T. e proprio del Casale T. Patria sua, dice essere Massaro di campo, d'età d'anni 40. in circa, ut dixit, testis summarie productus, & medio ejus juramento interrogatus, & examinatus super tenore retroscriptæ petitionis, toto facto caussa, & quicquid inde scit; dixit; Sign. Io so benissimo, che il q. Matteo T. di questa Città abitante nel mio Casale vicino le mie case, li giorni passati se ne morì senza fare testamento per quanto ho inteso, ha lasciato Leonardo, Angelo, e Beatrice T. suoi figli, d'età minore, cioè Leonardo d'anni nove in circa, Angelo circa d'anni sette, e Beatrice d'anni cinque in circa, ed ho veduto con proprj miei occhi il cadavere di d. qu. Matteo sepellire nella Venerab. Parocchia T. di questa Città, e conosco anco Filippo T. quale è il più parente stretto di detti pupilli, per essere zio carnale di essi, stante detto Filippo è fratello carnale della qu. T. madre di detti pupilli, e questo è quanto esso testimonio può deponere, de causa scientiæ dixit, quia scit, vidit, audivit, interfuit, &c. & de loco, & tempore dixit, ut supra.

Io Giuseppe T. ho deposto ut supra.

T. Gub. & Jud.

T. Actuarius.

Simili modo fiat depositio alterius testis, & deinde fiat iterum instantia v3.

Penes acta denuo comparet Philippus T. qui dum credit in actis satis constare de proximitate, & ejus b no iure instat pro decretatione tutelæ pupillorum qu. Matthæi T. in ius personam, omni meliori modo, &c.

Jesus.

12 Visis actis per principalem Curiam T. providetur tutelam Angeli, Leonardi, & Beatricis T. filiorum qu. Matthæi T. decernendam esse, prout præsenti decreto decernitur, in personam Philippi T. proximioris cognati dictorum pupillorum, cum administratione bonorum in forma &c. adimpletis tamen de jure adimplendis, & ita per hoc suum, &c.

T. Gub. & Jud.

Lecta, lata, die, quo supra, in Civitate T. Curia, &c. præsentibus pro testibus T. T. BB. aliisque.

T. Actuarius.

Deinde fit inventarium, cum fidejussione juxta primam formulam superius.

Libellus, & formula, quando tutor legitimus petit tutorem dari pupillis, qui habet matrem.

13 IN principali Curia T. comparet Andreas T. & dicit, qualiter qu. Michael T. elapsis diebus intestatus decessit, nullo relicto tutore filiis superstitibus; propterea cum providendum sit eis de ipso tutore, instat requiri Magn. Dianoram T. viduam relictam per dictum qu. Michaelem, an velit ipsa tutrix esse; alias cum de jure ad ipsum exponentem tutela ipsa spectet, tanquam proximiorem cognatum, petit eam decerni, vel ad matrem, si velit, vel illa renuente ad ipsum exponentem cum administratione bonorum dictorum pupillorum, omni modo meliori.

Jesus.

Visa petitione suprascripta principalis Curia T. providet, quod mandetur, prout mandatur Magn. Dianoræ T. matri pupillorum, & filiorum q. Michaelis T. quatenus infra biduum declaret, si velit esse tutrix dictorum pupillorum, alias dicto termino elapso providebitur, ut juris, hoc suum, & intimetur.

Quo decreto notificato ad matrem, si ipsa non comparet, fit iterum instantia, v3.

Andreas T. iterum comparet penes acta, & dicit, qualiter vidua Dianora T. non curavit parere mandatis ipsius Curiæ, non sin magna fraudis suspicione, cum rev. dum nullo facto Inventario prætendit administrare bona pupillorum, qua de re nimis suspecta redditur, instat propterea interdici bonorum administrationem, & pupillorum educationem, & ipsorum identitati provideri, omni meliori modo, &c.

Decreto principalis Curiæ T. providetur, quod cum effectu præcise, & peremptorie infra aliud biduum Magn. vidua Dianora T. faciat petitam declarationem servata forma alterius decreti, alias, &c. hoc suum, & intimetur.

14 Dianora T. intimata, compare penes acta, e dice, che essa accetta la tutela, ed è pronta fare l'Inventario, ed adempire ciò, che de jure è tenuta, e perciò fa istanza detta tutela decretarsi in sua persona con l'amministrazione delli beni di detti pupilli justo salario mediante, e citra pregiudizio delle ragioni sue dotali, omni modo meliori.

Per Curiam T. fuit provisum, quod summaria capiatur informatio de expositis ad finem providendi, & testes habeantur pro legitime citatis, hoc suum, & intimetur Andreæ de T.

Quo intimato examinantur duo, vel tres testes, & deinde fiat decretum juxta formulas, ut superius, mutatis tamen mutandis, & fiat inventarium, & fidejussio, in quo addatur, quod renunciat secundis nuptiis,

nuptiis, Vellejano, & omnibus aliis beneficiis: Quæ renunciatio de jure antiquo fieri debebat cum juramento, quod juramentum hodie non est necessarium, ut *Auth. Matri, & Aviæ, & Auth. Sacramentum, C. quando mulier*, & ut scias ad quid deservit ista renunciatio Vellejani facta a matre, vel avia tutrice; Dico, quod prodest illis, cum quibus contrahet nomine liberorum, tamquam persona publica facta per tutelam, ut *gl. in authen. matri, & aviæ in gl. 1. super verbo Vellejani, Speluncano super form. tutelæ extra ordinem.*

Libellus, & formula tutelæ legitimæ, quando mater vult transire ad secunda vota.

IN Curia T. reverenter exponit Dianora T. Vidua qu. Michaelis T. mater, & tutrix CC.BB. & DD. filiorum ipsius, & dicti ejus viri, quæ cum intendat transire ad secunda vota refutat tutelam dictorum pupillorum, & quia de jure spectat ad Magn. Andream T. fratrem ipsius comparentis Avunculum, & proximiorem in gradu dictorum pupillorum, magis idoneum, & legaliorem, instat propterea dictam tutelam decerni in personam dicti Andreæ, ut juris, offerens ipsa reddere computum suæ administrationis factæ, petitque sibi eligi rationalem non suspectum, & protestatur, quod per ipsam comparentem non stat, & quod juribus suis nullum unquam inferatur præjudicium & super omnibus jus, & justitiam ministrari, omni meliori modo, &c.

Per Curiam Civitatis T. fuit provisum, quod summaria capiatur informatio de expositis, qua capta providebitur, ut juris, & testes habeantur pro legitime citatis, hoc suum, & intimetur dicto Andreæ T.

Post intimatum decretum, examinantur duo, vel tres testes juxta formulas superius positas, nempe, quod dictus Andreas est proximior pupillis magis idoneus, & bonæ conditionis, & famæ, deinde noviter fit instantia, v3.

15 Andreas T. citatus comparet penes acta, acceptat onus tutelæ TT. & BB. & DD. protestatione præmissa, quod sibi per Curiam ante omnia taxetur salarium, cum patrimonium sit adeo intricatum, ut requirat omnino personæ suæ occupationem, & cogatur propria negotia deserere, & ita instat, & protestatur, & omni alio modo meliori, &c.

In Dei nomine, Amen.

In causa tutelæ renunciatæ per Magn. Dianoram T. matrem, & Tutricem TT. BB. & DD. pupillorum, & filiorum qu. Michaelis T. ut ex actis.

Die 20. mensis Martii 1696.

Per Curiam T. visa petitione præsentata per viduam Dianoram T. ejusque renunciatione tutelæ ejus filiorum pupillorum, visa informatione summarie capta, ex qua constat Magn. Andream T. per ipsam Tutricem nominatum esse Avunculum, & proximiorem cognatum dictorum pupillorum, & satis idoneum, fuit provisum, & decretum, quod onus tutelæ prædictæ decernatur, prout decernitur in personam dicti Andreæ cum omnimoda potestate omnia, & singula faciendi, quæ de jure tutor facere potest, & tenetur, & omnimoda bonorum administratione, dummodo dictus Andreas adimpleat prius omnia solemnia, ut juris, hoc suum &c.

16 Die 21. mensis Martii 1696. in Civit. T. accersito me infrascripto Actuario ad instantiam Mag. Andreæ T. tutoris TT. BB. & DD. pupillorum, & filiorum q. Michaelis T. cum infrascriptis testibus, specialiter ad hunc actum vocatis, &c. ad domum dictorum pupillorum sitam in hac Civitate T. & proprie in T. loco juxta tales fines, & cum essemus ibidem, præfatus Andreas asseruit, stante refutatione facta per Mag. Dianoram T. matrem, & tutricem dictorum pupillorum intendentem transire ad secunda vota sibi datam fuisse tutelam personarum, & bonorum dictorum TT. BB. DD. pupillorum mediante decreto principalis Curiæ hujus Civitatis, sub olim die 20. mensis Martii currentis anni, & quia intendit servare solemnia, & adimplere, quæ de jure tenetur, inventariumque conficere citius, quam potuit signo, & signaculo Sanctæ Crucis ✠ ut moris est, declaravit in dicta hæreditate invenisse, & esse infrascripta bona ex relatione supradictæ Mag. Dianoræ primæ tutricis, & matris ipsorum pupillorum, quæ juravit infrascripta bona ad præsens esse in hæreditate prædicta cum oneribus, & exitis infrascriptis.

Si descrivono minutamente le robe, così stabili, come mobili, e semoventino, crediti, esigenze, jussi, cappellanie, con li pesi, esiti, e servitù, siccome nell'altro inventario, nella prima formola di questo istesso *Cap. 4.*

Quæ bona omnia, ut supra adnotata, præfatus Andreas tutor præsentialiter, & manualiter coram nobis recipit, & habet a dicta Mag. Dianora matre olim tutrice præsente, & consignante una cum d. TT. BB. & CC. pupillis, & penes se promisit retinere, & conservare ad opus, & instantiam prædictorum pupillorum, & reddere computum administrationis in forma cum reliquorum restitutione, & insuper protestatus extitit, non posita ponenda, &c. aliudque inventarium de bonis forte remansis de novo conficere, si quæ alia bona deinceps reperiantur, nullamque fraudem, ubi dolum in dicto inventario commisisse, sed pure, simpliciter, & bona fide processisse, promisitque personas dictorum pupillorum defendere, & ejus bona, & jura salva facere, & ad majorem cautelam dedit, & posuit in ejus fidejussorem, & principalem observatorem omnium prædictorum semetipsum Mag. Andream principalem, nec non Mag. Jacobum T. ibidem præsentem, sponte fidejubentem sciens ad prædicta non teneri, tamen teneri voluit proprio, & principali nomine, & insolidum cum dicto Mag. Andrea principale, ita quod non possit se excusari suum posse fecisse, & factum alienum promisisse, renuncians cum juramento beneficio de primo, & principali conveniendo, & cedendarum actionum, omnibusque legum auxiliis, & beneficiis in favorem fidejussorum dictantibus, & proinde tam dictus Andreas principalis, quam dictus Mag. Jacobus fidejussor obligavit dictis pupillis absentibus, &c. mihi, &c. præsenti, &c. se ipsos, & quemlibet ipsorum insolidum, suaque bona omnia præsentia, & futura sub pœna, & ad pœnam dupli medietate capiendi, &c. constitutione precarii, &c. renunciaverunt, &c. juraverunt, &c.

Io Andrea T. prometto ut supra.

Io Giacomo T. pleggio, e mi obbligo ut supra.

Io Fabio T. fui presente.

Io T. de T. son testimonio.

T. de T. ord. Act. Civitatis T. stipulavit.

17 Et ne erretur in renunciationibus faciendis per fidejussores sciendum est, quod Fidejussores renunciant; si unus est, renunciat duobus beneficiis, beneficio *novæ Constitutionis de fidejussoribus, & beneficio cedendarum actionum.*

Si duo sunt, vel plures, facies ipsos renunciare tribus beneficiis, v3.

Epistola Divi Adriani;

Beneficio novæ constitutionis de fidejussoribus, &

Beneficio cedendarum actionum.

At principales debitores, quando insolidum obligantur; si unus est debitor, non renunciat, quia non cadit pactum solidi, sed si duo sunt, tunc ultra pactum solidi facies renunciare tribus beneficiis, v3.

Beneficio novæ Constitut. de pluribus reis debendi.

Bene-

Beneficio nova Constitutionis de fidejussoribus; *Et Beneficio cedendarum actionum*.

Et si sunt tres, vel plures facies ipsos renunciare etiam Epistolæ Divi Adriani, omnia hæc ex *Roland.* Adde infrascripta ex *Muscatell.* v3.

Beneficio *l. sancimus*, *C. de fidejuss.* datur fidejussori de judicio sisti, ut possit reum repræsentare infra sex menses, cui beneficio necesse est hodie, quod expresse, & specialiter fidejussor renunciet, ut per *Bar. in l. si quis num. 5. ff. de custod. reor.* & alios allegatos per *Muscat. in prax. fidejussor. mod.* 20. ubi ponit bonam cautelam esse post specialem renunciationem, renunciare omni legum auxilio ad beneficium fidejussorum.

Beneficio nova Constitutionis de fidejussoribus.
Authentica præsenti de fidejussoribus.
L. de primo, & principaliter conveniendo.
Beneficio novi Juris authenticorum.

Hæc sunt synonima idem significantia, v3. Quod si fidejussor habet beneficium, ut principalis primo conveniatur, si ipse principalis præsens fuerit, & solvendo, sed si fuerit absens, gaudet beneficio, quod infra tempus a Judice dandum, principalem repræsentet, sed renunciando huic beneficio, creditor poterit convenire, quem voluerit, absque ulla excussione, vel termino expectato.

Limita in fidejussore indemnitatis, qui etiam si renunciaverit huic beneficio, vel juraverit solvere, adhuc opponere potest excussionem principalis; & fidejussor indemnitatis ille est, qui promittit solvere in casu, quo alius non solvit, *Gallup. part. 1. cap. 8. num. 7. ex Covar. Alex.* & aliis ibi. Sed ego dicerem, quod est is, qui promittit fidejussorem eximere indemnem, & illæsum a fidejussione facta, eique reficere omne damnum.

Beneficium Epistolæ Divi Adriani, juvat insolidum fidejubentes, seu tutelam, vel curam gerentes, ut unusquisque conveniatur pro parte sua tantum, dummodo omnes sint solvendo, & præsentes, ideo renunciant huic beneficio, ne gaudeant beneficio divisionis.

Beneficium cedendarum actionum efficit, ut fidejussores, & alii obligati in una obligatione, possint postulare sibi cedi jura, & actiones, quas creditor habet contra alios obligatos, & nisi cedantur a creditore, possunt recusare solutionem, sed renunciando huic beneficio, creditor poterit unum cogere, & alteri gratificari.

Beneficium nova Constitutionis de pluribus reis debendi, auth. hoc ita de duobus reis stipulandi, & committendi, l. de duobus, vel pluribus reis insolidum obligatis, sunt Cantilenæ Notariorum idem significantes, nempe, quod debitores etiam si insolidum sint obligati, unusquisque pro parte sua tantum tenetur, dummodo debitores omnes sint præsentes, & solvendo, ideo renunciatur huic beneficio, ne fiat divisio.

28 Mater ad secundas nuptias transiens, si tutorem idoneum pro ejus filio nominet, facta inquisitione per Judicem, & constito, quod sit idoneus, confirmandus est. Quo casu potest etiam fratrem ipsius mulieris in tutorem filiis nominare; Imo etiam Vitricum, qui prævia inquisitione, si idoneus reperiatur, confirmari debet, ut concludit *Scop. ad Nicol. fol. 139. num. 110. ex doctrina Gratiani cap. 668. nu. 17. tom. 4. discept. forens. Hodiern. ad Surd. decis. 43. per tot. in l. fin. cum ibi notatis per Bald. Cod. de contr. Jud. gut.*

Ab hac opinione non dissentitur Jurisprudentissimus, omnique virtute ornatus *Dom. Joannes Leonar. Rodoerius in consil. 25. num. 44.* concludens, quod tutor a matre nominatus, a Judice confirmandus non est, nisi per inquisitionem reperiatur idoneus, & si fortasse imprudens Judex tutorem a matre petitum, minus idoneum confirmaret, mater tenetur pro mala administratione tutoris, quem ipsa nominavit, per *tex. in l. 2. §. si mater, ff. ad Tertull.* ibi: *Quid si indignos, idest minus habiles ad tutelam petierit, cum sciebat Prætorem eos non daturum? Quid tamen si dedit eos Prætor matris petitionem sequutus? Jam quidem Prætoris delictum est; sed, & matris ponimus consilium. Dom. Rodoer. ubi sup.* qui monet in casu contingenti consulendum esse *Menoch. de arbitr. Jud. cas. 151. & Purlad. differ. quotid. 121. fol. 127. Verde Instit. lib. 1. de fiduciaria tutela lemma 3. nu. 48. fol. 64. Boeri decis. 166. num. 3. & de educatione penes Matrem fol. 62. num. 451. & de Franch. dec. 350.*

Et præfertur nominatus a matre, etiam aliis magis idoneis, *Gabriel. cons. 40. num. 5. lib. 1. Verd. loc. citat. num. 481.*

Nam licet remota matre ob transitum ad secunda vota aperitur locus legitimis tutoribus; qui præferuntur dativo, cum distinctione tamen, (ut inferius dicemus); non desunt, qui tali casu dativum tutorem prævalere volunt ex regula, quod quoties tutor ex caussa suspicionis removetur, tunc dativus, & non legitimus prævalet. Ergo cum mater ob suspicionem secundarum nuptiarum removetur, potius dativus, quam legitimus dandus sit, sed de veritate vide infra.

Mater enim duobus casibus tenetur petere tutorem filiis, alias illorum successione privatur.

29 Primo casu intra annum luctus a die obitus viri tenetur petere tutorem, alias privatur successione illorum, *l. 2. §. si mater, ff. ad Tertyll. & §. pen. Instit. eod. tit.*

Imo nec evadit pœnam privationis, si petat tantum, sed debet curare, quod cum effectu detur, & ut adimpleat, & exerceat, *d. l. 2. §. quid ergo, vers. quid si non compulit*, peritissimus *D. Rodoer. cons. 15.* Quod intellige in tutore dativo, secus in legitimo, ut inferius *in limit. 9.*

Ampliatur hæc conclusio, sive extenditur pœna ob non petitum curatorem, etiam filio furioso; sive sit pubes, sive impubes, ut privetur ejus successione, *de Franch. decis. 167. num. 5. de Luca* exquisitus additionator ibi *Cap. Larro dec. 231. nu. 3.*

Item in mentecapto, & in omnibus casibus, in quibus pupillus eget curatore, *de Franch. d. decis. 167. nu. 5. & ex gl. in l. 1. in verb. in secundo casu in fin. ff. qui petant tutores.*

In eandem pœnam privationis a successione incidunt omnes, qui sunt Infantibus proximiores, ut annuit idem *D. Rodoer. d. cons. 15. num. 3. ex decis. de Franch. 167.*

Quod sane intelligas hoc ordine, ut onus petendi tutorem infra annum datum est solum matri, aviæ, & libertis, ut *l. 1. ff. qui petant tutores, & d. l. 2. vers. quid si nepotibus.*

Itaque existentibus matre, & avia, tunc proximiores, qui tenent primum locum post illos, si non petant tutorem non privantur.

Illis vero non existentibus, tunc omnes, qui tenent primum locum in successione tempore mortis patris pupilli, seu furiosi, quorum eo tempore esset prima caussa successionis, tunc incidunt in dictam pœnam privationis, ex *tex. in l. sciant cuncti, Cod. de legit. heredit. de Franch. in dict. decis. 167. num. 10.*

Sed elapso anno, per quem mater, aut primus in gradu excluditur, alius sequens in gradu per lapsum alterius anni non excluditur, ut late *dict. de Franch. ubi supra.*

Nisi prior in gradu esset mortuus, quia tunc mortuo priori in gradu incipit currere annus sequenti in gra-

gradu, ut advertit oculatissimus *de Luca in d. observ. 157. num. 3. & Surd. dec. 48.*

Avia vero ex speciali provisione privatur hæreditate nepotis, si matre existente negligente, ipsa etiam fuerit negligens in non petendo tutorem nepoti, *d. l. 2. ff. ad Tertyll. vers. quid si nepotibus, de Franch. & de Luca loc. cit.*

Et sive sit Avia paterna, sive Avia materna, *Ricc. in d. dec. de Franch. ex Paris. cons. 84.*

Idem in Avo, qui non cogit filiam, quam habet in sui potestate ad petendum tutorem filio suo, Avus ex hac negligentia privatur successione nepotis, & successive defertur sequentibus in ordine, *de Franch. d. dec. 167. num. 8.*

Sed annus non currit matri, & aviæ simul, sed elapso anno, per quem excluditur mater, per lapsum alterius anni excluditur Avia, ut docet *D. de Luca in d. decis. nu. 4. & de Franch. num. 7. per d. §. sam l. 2. vers. sed, quid in nepotibus.*

Et ut excludatur mater, necesse est probare, quod filius supervixerit post annum patri, & quod mater fuit major 25. annis. Sed in Regno attenditur in hoc ætas 18. annorum, ut concludit *dict. de Franch. num. 15.*

20 Extunditur pœna privationis successionis, etiam si intra annum non petatur Curator ventris, *Gratian. discept. forens. 72. num. 19. Cancer. lib. 1. variar. resol. c. 7. de tutor. num. 53.*

Sed *de Luca ad Franch. d. decis. 167. num. 5.* dicit matrem statim teneri petere curatorem ventris, & non expectare annum, ex doctrina *Ansald. consil. 101. num. 39.* ubi alios impugnat ex *Bart. cons. 30. Paul. cons. 144.*

21 Sed quid stante consuetudine Neap. per quam proximiores ex parte patris succedunt in bonis paternis, & de novo quæsitis intra districtum, Quæ consuetudo cessat patre, vel matre in judicio existente, an fratres patrueles excludant fratrem uterinum defuncti in casu, quo mater declaratur incapax successionis, ob non petitum tutorem, quo casu habetur, ut si non extaret mater, quia tollitur de medio ob tutorem non petitum, & sic in omnibus aliis casibus in quibus non succederet mater, ut quia matrimonium esset contractum secundum usum Capuanr, & Nidi, per quem usum renunciatur successioni filiorum impuberum, vel quando fuisset exhæredata ex alia justa caussa, quo casu haberetur mater, ac si non existeret; sed pro fratribus uterinis defendit *Cons. de Georg. alleg. 23.*

Sed contra uterinum concludit doctissimus *de Luca ad decis. de Franch. 167. in fine, ex Anna cons. 92. & 199.* ubi casum decisum refert & rationem reddit.

22 Sed suprapofita conclusio pluribus limitatur, in quibus successione non privatur, etiam quod non petierit tutorem.

Primo, si mater non petierit tutorem pupillis egenis, etiam si postea divitiæ superveniant.

Secundo, si patrimonium esset ære alieno gravatum.

Tertio in matre legitime impedita propter infirmitatem, pestem, vel aliud legitimum impedimentum.

Quarto, taliter, ut nec per procuratorem potuerit tutorem petere.

Quinto, si infra anni tempus filii mortalitate esset præventa.

Sexto, si filii haberent alium institutum post eorum mortem, quia ille successurus, tunc, & non mater teneretur.

Septimo, si intra annum illum plures matris consanguinei fuissent mortui, quia pro cujuslibet introitu habet impedimentum novem dierum.

Octavo, si mater esset persona rustica.

Nono, si essent tutores legitimi, & mater fecisset declarationem apud acta Judicis, quod nolit filiorum tutelam exercere.

Ea ratione, quia locus non datur tutori legitimo, cui mater præfertur, nisi facta dicta declaratione per matrem, sed ea facta ad aliud non tenetur mater, quia tunc aperitur locus legitimo tutori, eique transit onus petendi tutorem.

Obligatio vero matris non solum petendi, sed curandi, ut cum effectu decernatur tutela, ut tutor adimpleat, & exerceat, procedit tantum, quando esset locus tutori dativo, ut late *Dom. Rodorr. in d. cons. 15. num. 36.* post *Gratian. discept. 219. tom. 2. Pasqual. de patr. potest. lib. 3. cap. 10. num. 34.*

Decimo, si mater esset minor; verum si intra annum a die obitus viri fit major, utique intra reliquum anni tempus, tutorem petere teneretur, alias successione privaretur, sed si transacto anno major efficeretur, tunc excusatur, ut late has omnes excusationes pro matre exquisite more suo ponit idem *Rodorr. d. aureo cons. 15.*

23 Secundus casus, quo mater privatur successione filii, si non petat tutorem, & quandocumque ad secundum matrimonium transit, *tex. est in leg. omnem 6. C. ad Senatum Cons. Tertyll.*

Imo tenetur curare, ut tutor datus adimpleat, & exerceat, & reddatur ratio tutelæ per ipsam matrem administratæ, & hæc omnia simul adimpleantur, priusquam ad secunda convolet vota, *D. Rodorr. d. cons. 15. num. 23.* post *Merlin. in tract. de legitima lib. 4. tit. 2. qu. 4. num. 8.*

Reprobata distinctione *Parlador.* & aliorum tenentium, quod si mater non exercuit, tunc non sufficiat petitionem tutoris, sed omnia supradicta adimplere necesse sit, cui *Parlador.* respondet idem acutissimus Doctor *D. Rodorr. ubi sup. num. 24.* & latius alia dicemus *in cap. 9. de curatore ventris.*

24 Verum in hoc secundo casu excusatur mater, si legitimus adsit tutor, quo casu, neque tenetur animum suum declarare, quod nolit esse tutrix.

Quia per transitum ad secunda vota ipso jure mater tollitur de medio, & remanet onus legitimis tutoribus, qui tunc præferuntur, ac si mater non extaret, nam declaratio matris est necessaria in matre, quæ intra annum a die obitus viri tutorem petere tenetur, & non debent hi termini confundi, cum primus casus differat a secundo.

Et ita secundus casus procedit solum quando in defectum matris transeuntis ad secundas nuptias esset locus tutori dativo ob defectum tutoris testamentarii, vel legitimi, *D. Rodorr. d. cons. 15. num. 27. & Gratian. discept. 219. tom. 2. a num. 4.*

Et hæc est una limitatio ad secundum casum prædictum, cui adde sex alias limitationes ex illis novem supra relatis in primo casu, nimirum in prima, 2. 5. 6. 8. & 9. ut docet idem *Rodorr. loc. cit. num. 25.*

Ubi numeris seqq. miro ordine explicat DD. diffidentes opiniones, an remota matre ob secundas nuptias fiat locus legitimo, vel dativo tutori, & demum plene examinatis aliorum distinctionibus concludit indistincte pro legitimo tutore, si tamen alia obstantia non concurrant, cum in caussis tutelaribus non juris apices, sed quid utilius pupillo attendi debeat, totumque negotium prudentis Judicis arbitrio reponitur.

25 Et in tantum legitimus dativo præfertur, in quantum idoneus sit, & non suspectus, nam si adeo opibus lapsus esset, ut pupilli substantia cauta non esset, vel alter idoneus non existeret, tunc Judex non tenetur legitimum non idoneum præferre, sed debet ad dativum devenire; quia paria sunt legitimum non habere, vel habere, sed inutilem, ut late *Rodorr. n. 43.*

CAP.

C A P. IV.

De Tutela dativa.

S U M M A R I U M.

Formula dandi tutorem dativum ex officio Judicis nemine petente, num. 1.

Formula requirendi vicinos, & amicos pupillorum in datione tutoris per inquisitionem, num. 2.

For. examinandi testes super inquisitione tutoris dativi ex officio dati, num. 3.

Tutor dativus requiritur, & monetur ad videndum sibi decerni tutelam, & istiusmodi requisitionis traditur formula, num. 4.

Decreti formula in tutela dativa ex officio Judicis, num. 5.

Libellus tutelæ dativæ ad instantiam alicujus amici decernendæ, num. 6.

1 Formula tutelæ dativæ ex officio Judicis datæ nemine petente, multoties pupilli remanent sine agnatis, & cognatis, & quandoque etiam in posse Novercæ, & non est qui tutorem petat illis, & bona detrahuntur, tunc potest, & debet Judex ex officio providere illos de tutore, imo eadem die, quo defunctus obiit, vel quam citius poterit, & incontinenti inventarium facere, & in tutum ponere bona pupillaria. Quo casu formula erit tenoris sequentis, vz.

Inventario delli beni ritrovati alla casa, ed eredità del quond. Vincenzo T. che si fa per la Corte T. ex officio per utilità di T. e T. pupilli, e figli di detto quon. Vincenzo.

A 9. di Aprile 1690. nella Terra T. e proprio nel Casale T.

Noi infrascritti Dott. T. di T. Giudice, e Governatore nella Terra T., Francesco T. ordinario Mastrod'atti della Ducale Corte dello Stato predetto, e gl' infrascritti testimonj, a ciò specialmente chiamati, &c. personalmente ci siamo conferiti alle case della solita abitazione del qu. Vincenzo T. site in detto Casale T. in contrada di S. Catarina, e quelle proprio, che tiene affittate dal Mag. Dott. T. di T. fine la casa del Venerabile Convento di S. Antonio, fine la casa di T. di T., e l'orto del Mag. T. di T., per causa che è venuto a nostra notizia, come detto qu. Vincenzo è passato da questa vita senza lasciar tutore alli T. e T. suoi figli pupilli, nè men vi son parenti di essi poveri pupilli, ma solo rimasti in potere di Angela T. seconda moglie di detto defonto, e matregna di detti pupilli, e perciò spettando all'officio nostro, e buon governo, e zelo, che detti pupilli non siano fraudati nelli beni lasciati da detto loro Padre, e che la loro persona sia difesa, e cristianamente siano allevati, e nutriti, per non mancare al debito nostro, avemo proceduto con quanta più vigilanza, e sollecitudine s'è potuto, a fare l'inventario delli beni predetti lasciati nella morte di detto Vincenzo.

E perciò avemo dato il giuramento tactis scripturis alla detta Angela matrigna de' detti pupilli, la quale fattosi prima il segno della Santa Croce ✠ ha giurato in detta eredità esservi rimasti gl' infrascritti beni vz.

Si descrivono tutti li beni mobili, stabili, ed animali, scritture, ed esigenze distintamente.

E detta Angela si è protestata, che in detto inventario vi sono li mobili proprj suoi dotali, e che deve conseguire le sue doti, e ragioni dotali, &c.

Quæ quidem bona fuerunt adnotata, & descripta præsentibus infrascriptis testibus, & pro nunc consignata Tali de T. hic præsenti sub mandato, & obligatione de illa exhibendo, cui, quibus, & quando, &c. & ad omnem ordinem dictæ Curiæ, sub pœna unciarum auri 25. Proventario, &c. & ita, &c.

Subscribatur a consignatario, Testibus, & ab Officiali, & Actuario.

Ex provisione Ducalis Curiæ Status T.

2 Quoniam ipsa Ducalis Curia ex officio intendit procedere ad dationem Tutoris in personam T. de T. & TT. pupillorum, & filiorum qu. Vincentii T. Civitatis T. habitantis in hoc Statu T. Ideo mandetur, prout præsentis tenore peremptorie mandatur infrascriptis personis, vicinis, & amicis dicti qu. Vincentii, & aliis infrascriptis hominibus, quatenus prima die post, &c. compareant personaliter coram nobis in hac nostra Curia ad dicendum quicquid super inquisitione facienda pro datione Tutoris prædicti, & ad jurandum, ut juris est, & testimonium veritatis deponendum in inquisitione facienda, & deinde in antea ad dictæ tutelæ decretationem audiendam, &c. caveant de contrario sub pœna U. A. 25. Proventario, &c. per quemlibet, &c. citetur, & referatur in forma. In Terra T. die, &c.

T. Gub. & Judex.

T. Actuarius.

Citandi sunt vz.
T. T. T. T. T. T. & T. T.

Deinde fiat relatio, qualiter sunt citati omnes amici, & vicini, & postea examinentur aliqui ex prædictis amicis, & vicinis citatis, sed prudens Judex antequam scribat illorum depositionem se informet, quisnam sit magis idoneus ad dictum onus Tutelæ, & cum eo loquatur, ut bono animo suscipiat dictum onus, vel demum cogat, & deinde scribat depositionem aliquorum ex citatis amicis, & vicinis, ut supra, tenoris sequentis, vz.

3 Die T. mensis T. 1690. in T. Casali, & coram Domino Gubernatore. &c.

Magister Petrus T. dicti Casalis disse l'arte sua essere di Cucitore di panni, ætatis suæ annorum 55. ut dixit, vicinus, & amicus qu. Vincentii T., citatus, relatus, &c. ac testis medio ejus juramento interrogatus, & examinatus super inquisitione tutoris constituendi in personis, & rebus T. T. & T. T. pupillorum, & filiorum dicti quond. Vincentii, toto facto, caussa, & quicquid inde scit, dixit; Signore è la verità, che io sono amico del detto qu. Vincenzo, che la casa della sua abitazione è allo stesso luogo, a muro con la casa mia, e detto Vincenzo è passato all' altra vita Martedì 8. del corrente Aprile, e viddi il suo cadavere sepellire alla Parochiale Chiesa di S. Nicola di detto Casale, ed ha lasciato due figliuoli, ed una figliuola chiamati, cioè Antonio d'anni circa sette, Giovanni d'anni circa cinque, e Lucrezia d'anni circa tre tutti procreati in costanza di matrimonio con la quond. T. di T. prima moglie di detto Vincenzo, e così tenuti, e stimati, e tenuti da tutta la gente, e per quanto ho inteso, che non ha fatto testamento, nè so, che vi siano parenti di detti pupilli, e però si potria dare per Tutore di essi Giuseppe T., quale è persona di buona condizione, timoroso di Dio, puntuale nelle azioni, possiede molta facoltà, fedele, che di tutte le cose ne suole dare buon conto, ed era amorevole assai di detto qu. Vincenzo, che è quanto esso testimonio, come amico, e vicino del medesimo, ed amorevole di detti pupilli, può deponere de causa scientiæ, & de loco, & tempore dixit per modum, ut supra, & quia scit, vidit, interfuit, & audivit, &c.

Interrogatus de contestibus dixit, ne possono deponere li T. e T. che pure sono amici del detto qu. Vincenzo.

Signum Crucis. &c.

T. Gubernator, & Judex.

T. Actuarius.

Con-

Digitized by Google

Consimili modo examinentur tres, vel quatuor alii.

Deinde fiat monitio tenoris sequentis, v3.

De mandato Ducalis Curiæ T.

4 Quoniam ipsa Curia intendit decernere tutelam Antonii, Joannis, & Lucretiæ T. pupillorum, & filiorum qu. Vincentii T. in personam Josephi T. stante inquisitione facta, & nominatione ejus personæ ob defectum Tutoris testamentarii, & legitimi; Ideo moneatur, & requiratur dictus Joseph, quatenus prima die post, &c. & deinde in antea compareat coram nobis in dicta nostra Ducali Curia ad dicendum quicquid, & quare, &c. & videndum sibi decerni dictam tutelam, alias, &c. citetur, & referatur in forma. In T. Civitate, die T. mensis T. 1690.

Citandi sunt v3.

Giuseppe T.

Monitio ad sententiam, ut supra, subscribatur.

T. de T. ordinarius Juratus dictæ Ducalis Curiæ retulit mihi infrascripto Actuario se hoc prædicto die T. mensis T. 1690. personaliter citasse Joseph T. modo, & forma sibi commissis; & in fidem, &c.

T. Actuarius.

In Dei nomine, Amen.

In caussa tutelæ Antonii, Joannis, & Lucretiæ pupillorum, & filiorum qu. Vincentii T. quæ ex officio Curiæ est decernenda, ut ex actis.

Die 11. Aprilis 1690.

5 Visa informatione capta, vicinis, & amicis dicti quond. Vincentii plene auditis, & prius citatis. Per Ducalem Curiam Status T. provisum, atque decretum est tutelam dictorum pupillorum, bonorumque administrationem decernendam esse, prout præsenti decreto decernitur in personam Josephi T., qui servata forma juris adimpleat adimplenda, & ita, &c.

T. Gubernator, & Jud.

Provisum die, quo supr. in Civit. T., &c. Curia pro Tribunali sedente, præsentibus pro testibus T. T. & T. T. & aliis.

T. Actuarius.

Eodem, quo supra, die per me prædictum Actuarium fuit judicialiter notificatum supradictum decretum dicto Josepho T. modo, & forma, &c. & in fidem, &c.

T. Actuarius.

Deinde stipuletur penes acta fidejussio, in qua declaret tutor recepisse bona sibi consignata, juxta formulam, ut infra *cap. 6. de Recusante tutel.*

Ubi vero non proceditur ex officio, sed ad instantiam alicujus amici, vel vicini, aut alterius, tunc fit libellus tenoris sequentis, v3.

6 Nella Ducal Corte della Terra T. comparisce T. di T. e dice, come è passato a miglior vita T. di T. suo vicino, ed amorevole amico senza far testamento, con aver lasciati T. e T. suui figli pupilli, che non hanno persona congionta, eccetto che la madrigna, a la sola protezione di Dio, e della giustizia, perciò lo denuncia ad essa Corte, acciocchè non solo li proveda di tutore idonco, ma che subito s'annotino li beni rimasti, acciocchè non si perdano in danno di detti poveri pupilli, implorando il nobile officio di esso Sig. Giudice, e sopra di tutto somministri una celere, e spedita giustizia, in ogni miglior modo, &c.

Visa suprascripta petitione, Ducalis Curia T. providendo decernit, quod accedat Actuarius ad conficiendum inventarium omnium bonorum per qu. T. relictorum, & tutæ personæ consignet, donec &c. & nihilominus capiatur de omnibus expositis summaria informatio, & citentur vicini, & amici dicti qu. T. quatenus sub pœna U.A. 25. Curiæ, &c. compareant prima die post, &c. ad videndum quicquid, & testimonium veritatis deponendum super inquisitione idonei tutoris facienda, & ad dictam tutelam decerni videndum, alias, &c. hoc suum, & intimetur.

Deinde fit inventarium, & examen testium ad consimilem modum, ut supra.

Et ubi creditor vellet instituere judicium contra minorem, ante omnia debet instare, ut provideatur de tutore, si est minor infantia, & de curatore si est major infantia, de qua praxi late videbis *in 2. tom. Judicii Ordinarii in cap. de except. contra minorem.*

C A P. V.

De Recusante Tutelam, & se excusante.

S U M M A R I U M.

Libellus tutoris dativi recusantis, & se excusantis, num. 1.

Tutor temporarius quomodo eligitur pendente excusatione tutoris electi, num. 2.

Acta sine tutore temporaria facta sunt nulla, num. 3.

Libellus tutoris testamentarii, vel legitimi se excusantis, num. 4.

Tutor caussas excusationis proponere potest infra 50. dies. Quo termino elapso non amplius admittitur, & infra quatuor menses, inclusis dictis 50. diebus debet dictam excusationem prosequi, num. 5.

Terminus 50. dierum datus tutoribus ad se excusandum est continuus, & quando incipit currere, & in quibus non currit, late distinguuntur casus, num. 5.

Tutores, quibus ex caussis se excusare possunt ab onere tutelæ, num. 6.

Formula, quando tutor dativus recusat tutelam, & se excusat.

1 In Curia T. comparet T. de T. citatus, & monitus ab ipsa Curia, ut veniat ad suscipiendam tutelam T. de T. pupillorum, & filiorum quond. T. ex defectu testamentarii, & legitimi tutoris, & quoniam datio prædicta nulla est, cum rev., & si quæ est, ipse comparens habet justas excusationis caussas, cum scilicet habeat tot liberos, &c. Ideo illas infra legitima tempora proponens, se excusat, & petit prædictam excusationem admitti, & a dictæ tutelæ onere, sententia mediante, declarari immunem; eam aliis deferendo, & pro validitate præsentis judicii Curatorem, vel Tutorem destinari dictis pupillis ad præsentem caussam instat, & ita ejus indemnitati provideri, isto, ac omni alio meliori modo, &c.

2 Visa instantia suprascripta, Curia T. providet, quod in præsenti caussa eligatur, prout eligitur T. temporarius tutor T. pupillorum, qui interim pendente caussa excusationis allegatæ per T. dictos pupillos defendat cum omnimoda potestate in forma juris, & cum quo legitime procedatur ad omnes actus, hoc suum, & intimetur.

Quo decreto intimato tam tutori temporario, quam tutori se excusanti, proceditur ad discutiendum caussas excusationum, quæ si militant, fit electio in personam alterius tutoris, sed illis non militantibus cogitur primus tutor ex officio extra ordinem ad adimplenda sollemnia, hæc omnia sunt ex *Galter. in prax. tutel. in rubr. vel se excuset p. 1. num. 20. per text. in l. 1. ubi glos. in vers. extra ordinem, & l. ita autem, §. pessisti, & §. si quis, ff. de admin. tutor.* Qui *num.* 28.

3 advertit hanc practicam eligendi tutorem temporarium, nam circa hoc Advocati semper errant, & decretum, & acta sine ipso facta essent nulla; & ante ipsum fuit hoc idem animadversum a *Matthesil. sing. 138. alias 236. Praggiu quæst. 10. num. 7. Maut. cap.*

24. num. 15. per text. in l. cum quidam, ff. de tutor. & curat. dat. &c.

Et hoc intellige, ubi nullum alium tutorem habet pupillus; nam si contutorem habet, tunc cum dicto contutore sufficit agere, ut concludunt dicti *Authores ubi sup. per tex. in l. solet, & in l. si quis alicui, §. si mandatum ff. mandati, notatur in L. 1. C. de transact. Castrens. cons. 302. num. 5. lib. 1.*

Formula, quando tutor testamentarius, vel legitimus recusat tutelam, & se excusat.

4 IN T. Curia comparet T. exponens ad sui notitiam devenisse, quod Petrus T. testamento condito exponentem ipsum N. N. filiis suis tutorem reliquit, & fecit.

Et quoniam datio prædicta nulla est, cum rev., & si quæ est, ipse comparens habet justas excusationis caussas, &c.

Et sequitur tenor libelli juxta form. superius traditam.

Etsi esset tutor legitimus, fit libellus tenoris sequentis, vz.

In T. Curia comparet T. exponens, qualiter T. de T. intestatus decessit nullo relicto tutore filiis superstitibus pupillis, quibus ipse exponens est cognatus proximior, & eorum tutela a lege ad eum defertur. Et quia ipse comparens justas habet excusationis caussas, &c.

Et completur libellus consimili modo, ut in superiori formula.

5 IN hoc libello dixi infra legitima tempora, nam præfinitum est tempus proponendi caussas excusationis, quo termino elapso non amplius admittitur excusatio.

Qui terminus est dierum 50. *l. quinquaginta, ff. de excusat. tutor. & l. quinquaginta, Caodem, Abbic. dist. 90. num. 4. lib. 2. Galter. in prax. tutel. p. 1. rub. vel se excuset, num. 25. fol. 84.*

Terminus vero prosequendi caussam propositam excusationis est quatuor mensium, in quibus illi quinquaginta dies dati ad excusandum connumerantur, *d. l. quinquaginta, glos. in §. qui autem, Inst. eodem tit.*

Quo termino elapso tutor tutelam, & curator curam acceptasse censetur, ita ut amplius non audiatur, sed cogatur exercere, *l. scire oportet, §. scire autem, ff. de excusat. tutor. Galter. ubi supra, n. 26.*

6 Notabis, quod terminus 50. dierum est continuus, & sic non attenditur, an regatur Curia, an non, sed computantur etiam dies festivi ad honorem Dei, *Galter. ubi supr.* ex *Montan. cap. 35. reg. 3. num. 2.*

In testamentario incipit currere a die purificatæ conditionis; ubi sub conditione fuerit datus.

At quando fuit datus pure, & simpliciter incipit currere a die aditæ hæreditatis.

Et in quibusdam non currit tempus, nisi a die, quo fuit interpositum decretum confirmationis, ut supra, a quo tempore periculum tutelæ eis currat, *Galter. ubi sup. n. 27. fol. 85. in l. 5. C. de testam. tutore, l. 1. C. de confirman. tutore.*

In legitimo tutore terminus currit statim, ac a lege defertur sibi tutela, & cura, a quo etiam tempore de neglectis tenebitur, *l. si sororis, C. qui dare tutores possunt.*

In dativo tutore currit terminus a die scientiæ, & notificationis factæ, *d. l. scire, §. autem.*

Et non requiritur interpellatio judicialis, sed qualiter innotescat, sufficit, *Galter. ubi supr.* ex *Mont. cap. 32. reg. 4. & cap. 55. reg. 3. num. 13.*

Sed si proximior in gradu remotiore, vel minus idoneo constituatur, ipse, vel alius tutor debet infra quatuor menses a die scientiæ hoc proponere Judici, alias dicto termino elapso amplius non audiretur, excepta matre, vel avia, quæ ultra quatuor menses adhuc audirentur, *Galter. in d. prax. tutel. p. 1. rubr. vel se excuset fol. 88. num. 32. l. tutor si petitus, ff. de tutor. & curator.*

Caussæ excusationis multæ sunt, quæ his quinque versibus comprehenduntur.

Cæcus, mutus, surdus, furiosus, pauper, & absens,
Senex, inimicus, Philosophus, Grammaticusque,
Qui litem, & liberos habet, pluresque tutelas
Gessit, & infirmus, Miles, banditus ab Urbe,
A tutela quaunt accipere immunitatem.

Ampliationes, limitationes, & declarationes horum versuum vide apud *d. Galter. in d. prax. tutel. vel se excuset.*

Restat nunc videndum ex quibus caussis nec volentes admittantur ad Tutelam; vel admissi removeri debent, tanquam suspecti.

Et traditur regula, quod sive Testamentarius, sive legitimus, sive dativus, tanquam suspectus recusari, & removeri potest a tutela; & caussæ sunt dolus, & culpa lata, vel levis, non autem levissima, quo casu removetur, etiam si sit solvendo, & satisdationem offerat, & clarius enumeratur suspectus.

Primo. Tutor qui conversatur cum malis hominibus, & excedit modum in expendendo.

Secundo. Si in alia tutela male versatus sit.

Tertio. Qui res minoris, sine decreto Judicis alienat.

Quarto. Qui Inventarium non fecit.

Quinto. Qui subtrahit alimenta pupillo.

Sexto. Qui omittit defendere pupillum, & generaliter ubicumque indiciis dolus probari poterit, ut late *Oinot. ubi s. Instit. de suspect. Tutor. tit. 26. §. suspectus fol. 281.*

Adde quod Ill. Marchio Vasti fuit remotus a Baliatu filiæ Ill. Ducis Amalfiæ, quia prætensionem habebat, ut ejus filius in uxorem duceret dictam pupillam, & propterea erat suspectus *de Marin. ad Revert. dec. 335. tom. 2.*

Immo tutoribus puellas educantibus prohibitum est, eas filiis suis matrimonio jungere, nec sponsalia de futuro facere absque decreto, & licentia Superiorum sub certa pœna, ut in *Pragm. 1. de educatione puer.*

Et licet de jure communi inter personas prædictas permittatur *glos. in c. 1. in verbo quandoquidem 3. q. 3.* quod jus canonicum in hoc attendi debet *de Marin. ubi sup. & Marad. sing. 123.*

Tamen jus canonicum permittit, supposito libero consensu puellæ.

At Pragmatica prohibuit ob præsumptam violentiam, vel malitiosam allegationem voluntatis non liberæ ipsius puellæ, quo fit, ut possit sequestrari ad explorandam voluntatem, *de Marin. ad Revert. dec. 132. tom. 1.*

Et contemptores subjacent pœnis dictæ *Pragm.* non obstante dicto Jure Canonico, quo attento non irritatur matrimonium, nec dicitur adesse canonicum impedimentum, quo impediri possit.

Sed non per hoc *dict. Pragmat.* contendi potest, quæ rationabiliter impedit, ne prius tractetur matrimonium, nisi explorato consensu puellæ, an libera sit, ad evitandum ne matrimonium malis artibus fiat, tum valet statutum prædictum ex late traditis per eundem *Reg. de Marin. lib. 2. resol. 132.*

CAP.

C A P. VI.

De Actore, & Procuratore Tutoris.

S U M M A R I U M.

Libellus tutoris petentis actorem, num. 1.

Decretum, & commissio actoris electi, num. 2.

Tutor, ut valide constituat actorem, quæ requirantur, num. 3.

Tutor alium tutorem substituere non potest, num. 4.

Tutori quando adjungitur Administrator, & quando Curator, num. 5.

Procurator, actor, & syndicus, quid inter se differant, num. 6.

Tutoris officio finito definit quoque officium actoris per ipsum constituti, num. 7.

Tutor post litem contestatam potest constituere procuratorem ad illam litem tantum, in qua per contestationem est effectus Dominus litis, sed ante contestationem potest constituere actorem tantum, nam si constitueret procuratorem, acta essent nulla, etiamsi Judex id concederet, num. 8.

Ante litis contestationem a solo tutore constitui non potest procurator, nisi constituatur ab ipso pupillo, majore tamen infantia cum consensu tutoris, num. 9.

Formula Actoris electi per tutorem.

1 Nella Corte T. comparisce la vedova Antonia T. madre, e Tutrice di Leonardo, e Diego suoi figli minori, ed eredi del qu. T. loro padre, e dice, come per lo suo femminile sesso non può personalmente portarsi al Cilento, dove possiedono detti pupilli alcuni stabili, nè può portarsi alla marina di Capaccio, dove tengono l'industrie detti pupilli d'animali, come anco in altri luoghi, e perciò la tutela predetta patisce molti incomodi, ed acciò si proveda all'indennità sua, e di detti suoi figli, nomina, ed elegge Attore, ed Aggiunto Francesco T. quale sia confirmato con il decreto di detta Corte, acciocchè coll'ajuto del medesimo siano essa comparente, e suoi figli ajutati nell'amministrazione della tutela predetta, e in ogni miglior modo, &c.

2 Per Ducalem Curiam T. visa petitione supradicta fuit provisum, & decretum Franciscum T. per retroscriptam Tutricem nominatum in Actorem esse periculo ipsius nominantis confirmandum, prout præsenti decreto confirmatur cum omnimoda potestate in forma juris, & ita per hoc suum, & expediantur literæ provisionales in forma.

Deinde expediatur commissio tenoris sequentis, vz.

Ex provisione Ducalis Curiæ Terræ T.

Francesco Antonio T. della T. Terra vi significamo, come per parte della vedova Antonia T. di detto medesimo luogo, madre, e Tutrice di Diego, e Leonardo T. suoi figli minori ci è stata presentata comparsa del tenor, che siegue, vz. *S'inserisce detta comparsa*, sopra la quale petizione si ci è interposto decreto del tenor seguente, vz. *S'inserisce detto decreto*. Perciò facendoci istanza la medesima Tutrice, vi facemo la presente, con la quale vi si concede tutta l'autorità bastante, che per disposizione di legge, e di ragione vi compete, e può competere, come Attore aggiunto, e sostituto di detta Tutrice a comparire in ogni Corte, luogo, e foro, agere, e difendere tutte le cause civili, e criminali, e miste, e trattare tutte le cose in nome di detta Tutrice per beneficio, ed utile de' detti pupilli servata la forma di detta sua petizione, e decreto, come di sopra inserito, e secondo le leggi, dantes, mandantes, &c. data in T. Terra, die, quo supra, &c.

T. Gubernator, & Judex.

Costituzione di Attore alla tutela di Leonardo, e Diego T. pupilli, ut supra.

T. Actuarius.

3 Ut constitutio Actoris facta per Tutorem valeat; Primo requiritur, ut necessitas, vel infirmitatis, vel carceris, vel alterius legitimi impedimenti caussa narretur in libello, alias sine caussa non valet, ut si patrimonium sit valde diffusum, & varietas adsit negotiorum, aut dignitas vel ætas ita expostulet.

Secundo requiritur, ut per decretum Judicis confirmetur Actor per tutorem nominatus periculo ipsius tutoris, alias non valet, *Nicolin. fol. 128. n. 319.* per *text. in §. fin. Instit. de Curator. l. decreto, ff. de admin. tutor. Oinotom. lib. 1. Institut. tit. 23. de Curat. §. interdum, fol. 244. num. 2. Galter. in prax. tutelar. part. 2. rubr. utiliter agat, fol. 209. num. 96.*

4 Tutor alium tutorem substituere, & pupillo dare non potest, cum magistratui tantum sit hoc permissum, *l. jus dandi, ff. de Tutor. & Curator.* item *l. neque, C. de Procurat.* quia non est Dominus, sed Domino tantum permittitur, *l. 1. ff. de Procurat. l. solet, ff. de tutor. l. actor, ff. rem ratam haber.* sed limita, ut inferius *num. 8.*

5 Nota plures differentias; Tutori non idoneo adjunctus, administrator rerum est potius, quam Curator, *Oinot. ibidem addit. lit. A.*

In locum Tutoris remoti alius Tutor datur, *l. pen. ff. de tutor.*

Tutori jam constituto interdum adjungitur Curator, interdum adjungitur alius Tutor, *C. in quibus casibus Tutor, vel Curator habenti Tutorem, vel Curatorem dari potest.*

Syndicus dicitur, qui gerit negotium Universitatis.

6 Procurator, qui gerit caussam, vel negotium singularis personæ, qui sit Dominus.

Actor, qui gerit caussam, vel negotium singularis personæ, quæ non sit Domina, ut est in Tutore, *Oinot. ubi supr.*

7 Officium Actoris definit finito Tutoris Officio, a quo fuit constitutus, vel finito negotio, in quo Actor datus fuit, *l. 1. C. quando Tutor, vel Curator esse desinit, Nicolin. loc. cit.*

8 Notabis id, quod diximus supra *num. 4.* quod Tutor constituere non potest Procuratorem, intellige ante litem contestatam, & ea ratione, quia ante litis contestationem Tutor non dicitur Dominus litis, secus post, quia post litis contestationem dicitur Dominus litis, & sic tunc poterit constituere Procuratorem ad illam litem.

Adeo hoc verum est, quod processus factus cum Procuratore constituto a Tutore ante contestationem, erit nullus, ut concludit *Maranta in par. 4. dist. 16. num. 54. & l. actor, num. 3. & 4. ff. de Procurat.* quem sequitur *Galter. in prax. tutelar. p. 2. vers. utiliter agat, num. 22. Afflict. dec. 261. num. 6.*

Advertat itaque Tutor, ut ante contestationem eligat Actorem, & non Procuratorem, qui Actor eligitur juxta hanc nostram formulam cum decreto Judicis.

Post vero contestationem poterit constituere Procuratorem, ut supra.

Amplia, ut neque Judex possit potestatem concedere Tutori constituendi Procuratorem ante litis contestationem. Potestatem enim Tutoris a lege limitatam non potest Judex augere, vel minuere, *Piaggius q. 5. num. 49. Montan. cap. 31. num. 22. Galter. ubi sup.*

9 Notabis id, quod usque huc diximus intelligere, quando pupillus est minor infantia, idest septem annis, qui loqui non potest.

Nam in majore infantia, idest in pupillo, qui loqui potest, tunc idem pupillus, cum auctoritate, & con-

sensu Tutoris, Procuratorem constituit, *Maranta*, *Galter.*, & *Afflict. loc. cit.*

C A P. VII.

De Curatore minoris, & rationibus Tutoris depositantis.

S U M M A R I U M.

Libellus minoris puberis petentis Curatorem, num. 1.
Interlocutoria super dicto libello, num. 2.
Decretum Curiæ ad petitionem minoris, num. 3.
Libellus Tutoris depositantis, & Curatorem petentis, num. 4.
Interlocutoria super dicto libello, num. 5.
Minor citatus a Tutore ad nominandum Curatorem, si non curat illum nominare, accusantur contumaciæ, quarum effectus est, ut non amplius Tutor teneatur, num. 6.
Libellus Tutoris depositantis, qui vult rationem reddere, & liberatoriam obtinere, num. 7.
Decretum Curatoris electi in contumaciam minoris ad instantiam Tutoris depositantis, num. 8.
Libellus, & Praxis præsentandi libri introitus, & exitus per Tutorem, num. 9.
Formula instantiæ, quæ fieri solet per minorem, & ejus Curatorem contra Tutorem rationis librum præsentantem, num. 10.
Formula decretorum pro eligendo Rationale, sive Calculatore tutelæ, num. 11.
Decretum, quod interponitur post calculatas rationes Tutoris, num. 12.
Praxis, & decretum, quando partes discrepant super rationibus calculatis, num. 13.
Libellus minoris petentis cogi Tutorem, & fidejussorem ad reddenda computa tutelæ administratæ, & formula interlocutoria, num. 14.

CUrator datur minori, muto, surdo, fatuo, prodigo, infirmo, & hæreditati jacenti, *Jason in l. cum deliberent, & l. seq. ff. de Cur. furios.*

Adde, quod datur etiam absenti extra Regnum, vel in loco intra Regnum ignoto, *Altim. rubr. 21. qu. 32. num. 9. text. est inter gloss. in l. cognatos, C. de postlim. revers. Menoch. de arbit. lib. 2. cap. 150.* & ubi cessaret caussa, propter quam fuit datus, cessaret curatio, *Tiraquell. in tract. de cessante caussa*, *Scaglionus tit. 287.*

Formula Curatoris dati ad instantiam minoris puberis.

1 IN Curia T. exponit Titius T. pubes, qualiter intendit convenire Fabium T. olim ejus tutorem, vel N. N. hæredes q. talis tutoris pro redditione rationis administratæ Tutelæ, & bonorum ipsius, vel cum eodem se convenire, & transigere pro dicta administratione, & quia indiget curatore pro validitate agendorum una cum annexis, connexis, emergentibus, & dependentibus, instat sibi provideri de Petro T. præsenti, quem nominat suum curatorem, ut cum ejus consensu, & auctoritate possit præmissa, & alia quæcumque facere, ita instat, & provideri petit, omnique alio meliori modo, &c.

2 Per talem Curiam fuit provisum, quod Petrus T. curator per Titium T. puberem petitus, ac nominatus adimpleat adimplenda, quibus adimpletis, providebitur, hoc suum, &c.

Deinde fit inventarium, & præstatur juramentum de utilia agendo, & inutilia prætermittendo, & præstabitur fidejussio juxta formulas antecedentes; quibus adimpletis hujus fit instantia tenoris, v3.

Titius T. pubes denuo instat penes acta confirmari Petrum T. sibi curatorem petitum, stante, quod omnia solemnia adimplevit, ut ex actis, & ita, &c. omni alio meliori modo, &c.

Die T. mensis T. anni T.

3 Per Curiam T. fuit provisum, & decretum, quod Petrus T. præsens, & audiens, nominatus curator per Titium T. puberem confirmetur, prout præsenti decreto confirmatur, cum ejus præsentia, consensu, & auctoritate liceat ipso Titio puberi omnia facere in judicio, & extra, quæ placuerint, & expedire videbuntur, ac se convenire, & transigere cum quibuscumque, prout confirmari; & puberi licere decernitur, & mandatur per hoc suum, &c.

Formula Curatoris dati ad instantiam Tutoris depositantis tutelam.

4 IN Curia T. comparet Joseph T. exponens, qualiter per spatium annorum quatuor gessit, & administravit tutelam T. & T. pupillorum, & filiorum q. Leopardi T. ejus fratris sicut testamentarius tutor ipsorum, quæ cum sit finita ob pubertatem d. pupillorum, & ipse non intendit teneri post pubertatem de omissis, & aliis negotiis pupillaribus, & casibus, qui possunt accidere, ideo petit moneri prædictos T. & T. jam puberes, quatenus sibi eligant curatorem ad hoc, ut ipsis, & ipsorum curatori reddat rationem, & de qua, quæ forte erunt, quos, & quæ offert, & demum a tutela liberetur, & debitas recipiat cautelas.

Et quoniam habet de introitu superante exitum præ manibus ducatos mille, illos ad evitandum interesse, offert sacculo parato deponere, penes quem Curia voluerit, & mandaverit cum conditione, quod non liberentur dictis puberibus nisi legitimatis eorum personis. Et in defectu ipsorum puberum non eligentium, instat eligi per Curiam ipsam Curatorem, in quem administratio transferatur, protestans se bis, ter, & quoties opus est, quod per ipsum non stat, neque stabit, & de omnibus protestandis.

Petitque intimari omnia præmissa Dianoræ T. eorum matri T. T. consanguineis dictorum puberum, ut de omnibus notitiam habeant, ita instat, protestatur, omnique alio meliori modo, &c.

Die T. mensis T. anni T.

5 Per Curiam T. visa instantia suprascripta, fuit provisum, quod T. & T. puberes infra quatuor dies nominent, & eligant Curatorem, & in eodem termino compareant coram nobis in hac nostra Curia Vidua Dianora T. eorum mater, ac infrascripti consanguinei ad dicendum quicquid super petitis per Josephum T. olim Tutorem, & ad audiendam provisionem super petitis faciendam, alias, &c. hoc suum, &c. & intimetur.

Quo decreto intimato, fit relatio intimationis.

Ubi si minor petit, & nominat curatorem, tunc fit confirmatio eodem modo, quo dictum est in præcedenti prima formula.

6 Si vero non petat, seu nominet curatorem, tunc accusantur contumaciæ ad instantiam tutoris, quibus accusatis non tenebitur amplius tutor de omissis, & periculis, nec pro usuris, & interesse, *Galter. in prax. tutelar. p. 2. rubr. rationem reddat &c. num. 12. fol. 321. per tex. in l. fin. C. de usuris pupillorum, & in l. ita autem, §. si tutor, ff. de admin. tutor.*

Effectus itaque dictarum contumaciarum erit, ut tutor non amplius teneatur administrare, sed a futura administratione liberetur, sed si tutor velit quoque a præterita administratione omnino se liberare, iterum instabit hoc modo, v3.

7 Tutor, ut in actis intendens non solum in administratione ob finitam tutelam amplius non se ingerere,

re, sed rationem reddere; pro validitate faciendorum petit puberem contumacem juris, & facti remediis opportunis cogi ad eligendum, & nominandum curatorem, qui sibi magis placuerit, in quem administrationis fiat translatio, vel saltem curatorem constitui ad hunc actum, cum quo agi possit, & cujus auctoritate possit fieri computorum calculatio, & plena rationis redditio, & omnia ad eam pertinentia, & necessaria, ac demum in scriptis subsequi liberatio, omni modo meliori, &c.

Per Curiam T. fuit provisum, quod T. pubes cum effectu praecise, & peremptorie infra biduum eligat, & nominet curatorem, quem sibi placuerit ad administrandum, vel saltem curatorem, ad hunc actum tantum recipiendi rationes a T. de T. olim tutore, alias dicto termino elapso eligetur, & nominabitur per ipsam Curiam, hoc suum, & intimetur.

Quo decreto notificato si pubes perseveret in contumacia non eligendi curatorem; fit instantia v3.

T. tutor iterum instat in contumaciam puberis eligi curatorem, saltem ad hunc actum, cum quo legitime procedi possit, inhaerendo aliis instantiis, omni meliori modo, &c.

8 Per Curiam Civitatis T. provisum, & decretum est, quod in contumaciam T. puberis Curia ipsa eligat, prout eligit praesenti decreto, & nominat in ejus Curatorem A. de B. ad hunc actum tantum, cum quo legitime procedi valeat in praesenti judicio rationum reddendarum per ipsum T. de T. olim tutorem, cum sufficienti, & omnimoda potestate in forma, hoc suum, &c. & intimetur.

Quo decreto notificato tam puberi, quam curatori per Curiam electo, vel conveniunt, & extrajudicialiter exhibet librum rationum coram communibus amicis electis ad calculandum rationes, & sic erit finitum judicium, vel nec pubes, nec Curator velit convenire in recipiendis computis.

Et tunc tutor exhibebit librum coram Judice, qui Judex, vel ipse videbit computa audito Curatore, & pubere, vel committet alteri, qui auditis partibus calculabit, & significabit, &c.

Ut habetur apud *Gaiter. in prax. tutelar. p. 2. rub. rationem reddat, num. 22. fol. 322.*

Et in praesentatione dicti libri fiat protestatio hoc modo v3.

9 In T. Curia penes acta comparet T. tutor, & in promptu praesentat librum rationis cum potestate rehabendi, ut T. pupillus jam pubes, ejusque Curator jam electus facultatem habeat eum inspiciendi, & copiam accipiendi, si velint, & protestatione praemissa, ut habeatur fides, tam quoad partitas introitus, quam exitus, alias quod introitus factus habeatur pro non praesentato, & verificato, & nullam circa ipsum verificationem faciat, & ita dicit, & protestatur, omnique alio meliori modo, &c.

Fit praesentatio hoc modo v3.

Praesentatus fuit hic liber T. de T. die T. mensis T. anno T. cum potestate rehabendi, & cum potestate, ut habeatur aequalis fides introitus, & exitus, & non aliter, in Terra T. &c. Curia, &c.

T. Actuarius.

Et in calce comparitionis sic, &c.

Intimetur parti, quia sic, &c.

T. Actuarius.

Deinde fit relatio intimationis factae tam puberi, quam curatori, qui solent opponere v3.

10 T. pubes, & N. Curator intimati, petunt copiam libri cum protestatione, quod nulla intelligatur facti approbatio, nullumque sibi generetur praejudicium, quoad partitas, tam in introitu, quam in exitu descriptas, & petit Calculatorem eligi non suspectum.

Vel petit calculari rationes per ipsum Dominum Judicem, omni meliori modo, &c.

11 Per Curiam T. fuit provisum, quod attento communi partium consensu coram nobis petito eligatur, prout praesenti decreto eligitur, T. calculator, qui partitas introitus, & exitus auditis partibus calculet, & calculatas referat in forma, & proinde ambae partes compareant prima die post, &c. coram dicto calculatore ad dicendum, &c. quicquid, &c. quoniam, &c. alias, &c. hoc suum, & intimetur.

Quo decreto notificato, & per calculatorem acceptato expeditur commissio cum inserta formula decreti.

Formula alterius decreti, quando dissentiunt partes in eligendo calculatorem.

Per Curiam Status T. fuit provisum, quod ambae partes infra biduum concordent in eligendo calculatorem de communi consensu, vel in eodem termino dent listam suspectorum ad finem de non suspectis, possit ab ipsa Curia eligi. Quo termino elapso, absque alia citatione, vel termino expectato, data, vel non data lista suspectorum prima die sequenti, & deinde in antea cum continuatione compareant ad videndum dictam electionem faciendam per Curiam ipsam, quoniam, &c. alias, &c. hoc suum, & intimetur.

Fit relatio intimationis, & elapso biduo fit electio calculatoris juxta formam decreti superius lati mutatis mutandis, & intimata dicta electione calculatori, eique facta commissione per Curiam, tunc Calculator faciet monitionem partibus ad dicendum quicquid circa partitas introitus, & exitus, & ad opponendum, & audiendum calculum.

Facto calculo per calculatorem monentur partes ad videndam relationem calculi v3.

De mandato T. Curiae.

Moneantur, requirantur, &c. ambae Partes, quatenus prima die post, &c. compareant in hac Curia coram nobis, &c. ad videndam relationem T. calculatoris, quoniam, &c. alias, &c. data in T. Terra, die, &c.

T. Actuarius.

Qua relatione facta fit decretum v3.

12 Per T. Curiam fuit provisum, quod relatio facta per talem calculatorem, vel laudum factum per tales arbitros electos de communi consensu ad calculandas rationes per talem tutorem redditas T. puberi, ejusque curatori notificetur eis cum termino bidui ad percuntandum, &c. hoc suum, &c. & intimetur.

Quo decreto intimato, si partes acquiescunt; fit decretum confirmationis v3.

Viso laudo prolato per tales arbitros utrique parti notificato, & partibus ipsis auditis, vel visa relatione calculi facti per T. calculatorem utrique parti notificata, & partibus ipsis auditis per T. Curiam provisum, & decretum fuit, quod illud exequatur juxta illius seriem, continentiam, & tenorem, pro cujus exequutione fiant cautelae in forma, prout praesenti decreto exequi mandatur per hoc suum, &c. & intimetur, &c.

Tal decreto si farà, quando resta eguale l'introito con l'esito, ma se resta debitore d'essi, allora in cambio di dire: *Pro cujus exequutione fiant cautelae*, si dirà: *Propterea exequatur pro nunc calculus, pro ea summa in calculo contenta, salvis juribus utriusque partis, & ita per hoc suum, &c.*

Sed si partes non quieverint in calculo facto, sed discrepaverint, & de laesione, vel de errore calculi fuerit dictum, tunc non fit tale decretum, sed providebitur alio modo v3.

13 Per talem Curiam fuit provisum, quod computa revideantur per alium calculatorem, quem partes de communi consensu infra biduum eligant, & concordent in ipsa electione, & in eodem termino dent listam suspe-

Digitized by Google

suspectorum, alias Curia ipsa procedet ad electionem prædictam, ad quam faciendam sequenti die post elapsum biduum prædictum nullo alio termino, vel citatione expectata, & deinde in antea compareant, &c. quoniam,&c. alias,&c. hoc suum,&c.& intimetur.

Quo biduo elapso fit electio Revisoris calculi, simili modo, & decreto, ut supra.

Et fit præceptum, ut infra dies tot pars gravata procuret dictam revisionem, &c. etsi opus est, fiat præceptum, & prosequatur ad dictam revisionem simili modo, ut supra, & dicta revisio potest fieri bis, & non ultra, nam obstat exceptio *l. 1. & totius tit. C. ne liceat tertio provoc.*

De quibus suprascriptis omnibus testatur *Galter. in prax. tutel. p.3. rubr. rationem reddit num.* 24. qui traxit dictam practicam a *Tartaglia practic. civ. cap. 6. num. 12. & seq.*

Formula libelli super redditione administrationis tutelæ ad instantiam minoris contra tutorem, & fidejussorem.

14 IN Curia T. comparet Petrus D. dicens, Antonium T. ejus patruum post obitum qu. T. sui patris suscepisse tutelam comparentis, & bona omnia administrasse, & in fidejussorem dedisse Titium T. & quia jam comparens ipse effectus est majoris ætatis, & propterea tutela prædicta est finita, & dictus olim tutor, ejusque fidejussor, licet pluries requisiti non curaverunt, nec curant dictæ administratæ tutelæ rationem reddere cum reliquorum restitutione; Recurrit propterea ad dictam Curiam, & instat illos cogi, & compelli juris, & facti remediis opportunis ad reddendam rationem prædictam, & reliqua restituenda una cum damnis, expensis, ac interesse, etiam respectu malæ vel neglectæ administrationis, deducens, &c. non se adstringens, &c. salvis, &c. & super omnibus sibi jus, & justitiam ministrari summarie, & de plano, isto,& omni alio meliori modo.

Die T. Mensis Novembris 1697.

Per Curiam T. provisum, & decretum fuit, quod Antonius T. & Titius T. infra biduum exhibeant computa administratæ tutelæ petita per Petrum comparentem in forma, & infra eundem terminum conveniant in eligendo rationalem, vel dent listam suspectorum ad finem, ut Curia possit aliquem non suspectum eligere, verum si, &c. alias, &c. quoniam, &c. hoc suum, &c. & intimetur.

Tutoris fidejussor in judicio redditionis computorum debet necessario citari, & audiri unico judicio cum tutore, alias sententia lata contra tutorem non posset exequi contra fidejussorem non citatum, *Mastrill. decis. 20. tom. 1.* penes *Gallup. part. 2. cap. 2.*

C A P. VIII.

De Curatore Ventris.

S U M M A R I U M.

Libellus matris petentis Curatorem ventris, num. 1.

Formula depositionis testium in datione Curatoris, num. 2.

Decretum Curatoris ventris, num. 3.

Mater non gaudet dilatione annali, sed statim tenetur petere curatorem ventris, num. 4.

Curator ventris duabus ex caussis datur, ut ventrem alat, & ut bona nascituro conservet; ideo duo Curatores dari possunt, num. 5.

Mater tria petere debet: ut ventris nomine in possessionem mittatur; ut detur Curator ventris; & fiat inventarium, num. 6.

Tutor datus filiis per patrem in testamento intelligitur datus natis, sed illi, qui est in utero; datur Curator, donec nascitur, quo nato subintrat tutor testamentarius, num. 7.

Curator datus in testamento debet per Judicem confirmari, & si in testamento datus non est, eligitur a Judice, vel a tutoribus, num. 8.

Curatorem ventris Judex ex officio dare non potest, num. 9.

Curator ventris, quando tenetur satisdare, & quando non, num. 10.

Venter potest institui, & ei legari, sed pater non potest administrare, nisi curator ipse pater detur, alii actus facti nomine posthumi per patrem sunt nulli, num. 11.

Formula petentis Curatorem Ventris.

1 NElla Ducal Corte T. comparisce Agnese Selva Vedova del q. Diego de Gregorio, e dice, come essendo li giorni caduti andato in Cielo detto suo marito, essendo essa remasta gravida senz' altri figli superstiti, perlochè è necessario di provedersi di Curatore al ventre; Però fa istanza conferirsi detta cura a mastro Filippo Selva padre di essa comparente, ed Avo della creatura nascitura, atteso nel testamento fatto dal detto q. Diego non ha proveduto di Curatore al ventre, ma solo nato, che sarà il figliuolo, o figliuola ha lasciato tutore testamentario Gio: Domenico Consalvo congionto in quinto grado d' affinità col detto nascituro; così dice, e fa istanza, e si protesta omni modo meliori,&c.

De expositis capiatur summaria informatio, & testes habeantur pro citatis, & legitime relatis, hoc suum, &c.

T. Cap.

Provisum in Terra T. die vigesima nona mensis Octobris 1692. Curia, &c.

T. Actuarius.

Die 19. mensis Novemb. 1692. in Terra T. & coram Domino Gubernatore.

2 DOminicus de Gorga dictæ Terræ T. ætatis suæ annorum 35. in circa, ut dixit testis summarie productus, & medio juramento interrogatus, & examinatus super tenore suprascriptæ comparitionis toto facto, caussa, & quicquid inde scit dixit: Signore, sopra di questo, che V.S. mi domanda, la verità è questa, come so benissimo, che il q. Diego de Gregorio era marito di Agnese Selva, e da tale era stimato, e riputato da tutti, e se ne morì all' 11. di Ottobre prossimo passato, e io viddi con miei proprj occhi sepellire il suo corpo nella Chiesa di tutti li Santi il giorno seguente, e detta Agnesa restò, conforme è ancora, gravida di detto q. Diego suo marito, conforme evidentemente appare, e si giudica da tutte le genti di questa Terra, e so anche, che mastro Filippo Selva è Padre di detta Agnese, ed è Avo del nascituro; in maniera, che non vi è altro più prossimo in grado, e detto mastro Filippo è persona da bene, e di buona vita, e fama, ed abile ad essere Curatore del ventre di detta Agnese sua figlia, e moglie del detto q. Diego, e questa è la verità di quanto V.S. mi domanda, de caussa scientiæ, quia scit, vidit, interfuit, & audivit de loco, & tempore dixit, ut supra.

Interrogatus de contestibus dixit, ne può deponere Luccio Piano, e tutte le genti di detta Terra. Segno di Croce, &c.

T. Cap.

T. Act.

In questa forma sieguono più testimonj.

Agnese Selva fà istanza conferirsi la cura del suo ventre in persona di mastro Filippo Selva, giacchè costa l'esposto, omni modo meliori, &c.

In Dei nomine. Amen.

3 In causa Curatoris in hac Ducali Curia Terræ T. petiti per Agnetem Silvam Viduam q. Didaci de Gregorio Terræ prædictæ ejus ventri.

Die 22. Novembris 1692.

In Terra T. &c.

Visa petitione dictæ Agnetis; visaque testium depositione, ex quibus constat de morte, & sepultura dicti q. Didaci, & quod dicta Agnes est relicta prægnans ex dicto ejus viro, visis denique, & consideratis aliis in jure, & in facto videndis, & considerandis (Christi nomine repetito) per dictam Ducalem Curiam provisum, & decretum est, prout decernitur cura dicti Ventris, atque eius cura prædicta in personam Magistri Philippi Sylvæ patris dictæ Agnetis, & Avi dicti partus nascituri cum omnimoda potestate, omnia, & singula faciendi, quæ de jure Curator ventris facere potest, & teneatur, qui Curator adimpleat solemnia, ut est juris, quibus adimpletis ipse Curator confirmatur per hoc suum, &c.

Lectum, latum die, quo supra, Curia T., &c.

MAter si intra annum non petierit Curatorem ventris, privatur successione filii in pupillari ætate morientis, *Gratian. discept. 72. num. 16. Cancer. var. resol. 7. de tutor. num. 55.*

4 Imo mater, secundum alios non gaudet dilatione annali, sed statim tenetur petere Curatorem ventris, quia terminus anni procedit in petitione tutoris pupilli jam nati, ita *de Luca ad Franch. decis. 157. n. 5.* ex *Ansald. cons. 101. num. 39.* ubi alios impugnat ex *Bart. cons. 30. Paul. cons. 144.* Et alia circa hoc late diximus in *cap. 3. num. 22.*

Sed si pariat infra 30. dies mulier excusatur a non petendo, *Marant. in l. is potest, num. 2. 7. ff. de acquir. hæredit. D. Altim. in rubr. 11. q. 17. n. 22.*

5 Curator iste duabus ex caussis datur. Primo, ut ventrem alat. Secundo, ut bona nascituro per ipsum conserventur. Nam quoad suum commodum pro nato habetur, *D. Cons. Altim. rubr. 11. q. 36. num. 2. per l. qui in utero ff. de statu hominum, l. 1. ff. de ventr. in possess. mittend.*

Ideo possunt dari duo Curatores; Unus qui præstet alimenta matri; Alius, qui bona administret, *l. 1. §. quoties, ff. de ventre in possess. mitt. Altim. ubi supra num. 3.*

6 Et tria debet petere mater, ut ventris nomine in possessionem mittatur, ut detur Curator ventris, & fiat inventarium, *Altim. ubi supra, num. 9.*

Curator datur ventri, & non tutor; quia tutor datur personæ principaliter, & persona in utero satis defenditur a matre.

7 Adeo quod si per patrem datus sit tutor filiis, ille tutor intelligitur datus natis, sed illi, qui est in utero datur curator, *Surd. cons. 119. num. 23. lib. 2. Gratian. discept. 72 num. 7.*

Intellige, ut detur Curator interim, donec nascitur, sed illo nato tutor datus in testamento subintrat *l. compater ff. de negot. gestis, Montan. de tutel. cap. 8. num. 29. Altim. num. 6. rubr. 11. q. 36.* Nam officium talis curationis finitur nato posthumo, vel si mulier abortum faciat, seu certum sit mulierem non esse prægnantem, *Grat. & Altim. ubi supra n. 9.*

Licet alii velint, ut intelligatur quoad posthumum alienum, secus suum, ita *Carana. cap. 2. §. 1. num. 13. & l. 1. §. 1. de testam. tutel. & §. penult. Instit. qui testam. tutores dari possunt, Altim. ubi supra.*

8 Curator ventris datus in testamento debet per Judicem confirmari, quia licet detur in testamento; tamen non testamentarius, sed dativus dicitur, *Altim. ubi supr. l. ventri, ff. de tutor. & curat. Bertach. in verb. Curator ventris.*

Si curator non est datus in testamento, tunc Judex debet eligere, vel tutores met, si illos habet, vel affines aut amicos defuncti, dummodo sint idonei, *Montan. de tutel. cap. 3. num. 48. Altim. ubi supra num. 11.*

9 Judex ex officio non potest dare curatorem ventris, nisi petat mulier. Vel tunc Judex dat curatorem ventris; quando mulier peteret alimenta ei dari pro illo ventre, vel quando creditores, aut successuri instant; vel quando venter in possessionem bonorum mittitur ex quavis caussa; vel adest aliqua alia justa caussa judici bene visa, alias Judex non dabit, ut late *D. Cons. Altim. in d. rubr. 11. q. 36. num. 7. & 21.* post *Gratian. discept. 72. num. 26.* per *text. in l. 1. §. quoties ff. de ventr. in possess. mitt. l. 1. §. sicut, ff. de curat. bonis dand.*

Debet constare matrem esse prægnantem, ad hoc ut detur curator, *l. 1. ff. de ventr. in possess. mitt.* ibi, *prægnantem esse mulierem oportet.*

Curator in testamento patris datus, & a Judice confirmatus, quia datur sine inquisitione, satisdare non tenetur, *Petr. de Gregor. lib. 13. syntagm. juris cap. 7. num. 3.*

10 Curator vero datus a Judice, quia datur cum inquisitione, tenetur satisdare, *l. bonorum ventris, ff. de Curatore furios. D. Altim. ubi supr.*

11 Venter potest institui, & ei legari; *tractat. divers. cap. 8. num. 91.*

Sed pater non est legitimus administrator filii posthumi; quia non habet illum in potestate. Ideo actus facti nomine posthumi sunt nulli, nec convalescunt post nativitatem. Propterea ut actus valeant, debet ipse pater dari curator dicti posthumi; *D. Cons. Altim. in d. rubr. 11. de nullit. q. 37. num. 28.* ex *Montan. de tutel. cap. 3. num. 48. Giurb. super Consuet. Messan. fol. 481. num. 12.*

C A P. IX.

De Curatore Prodigi.

S U M M A R I U M.

P*Rodigus citari debet, & caussa cognitio præcedere debet in datione curatoris,* num. 1.

Notariis Civitatis notificandum est decretum prodigalitatis declaratæ, ne contrahant cum eo, num. 2.

1 JUdex ad interdictionem bonorum Prodigo faciendam debet procedere cum caussæ cognitione, & ipso Prodigo, de cujus præjudicio agitur, citato.

Quibus peractis debet Judex per sententiam prodigo bonis interdicere, & illi Curatorem constituere, qui sui patrimonii curam habeat; *Ripa, & DD. in l. is, cui bonis, ff. de verb. oblig. Castill. dec. Syc. 225. lib. 3. n. 8. Staib. tom. 2. cent. 2. ref. 166. n. 1.*

2 Imo postquam est declarata prodigalitas, & interdicta administratio, opus est notificare Notariis Civitatis, ne stipulentur contractus cum dicto prodigo, ut nullus contrahens cum eo possit ignorantiæ caussam allegare, *Staib. ubi supra.*

TITU-

Digitized by Google

TITULUS QUARTUS

De Contractibus Pupillorum auctorandis.

Absoluta Praxi super Tutelis, Curis, & Tutorum excusationibus, & computis dandis, de quibus in hoc praecedenti Tertio Titulo egimus; successive videtur tradenda Praxis super contractibus Pupillorum in hoc sequenti Quarto Titulo.

QUI QUARTUS TITULUS dividitur in III. CAPITA vz.

I. CAP. De Requisitis in venditione rei pupillaris.
II. CAP. De Remediis, quibus Pupillo laeso succurritur.
III. CAP. De Aliquibus Formulis, ubi interveniunt Puberes, & Impuberes.

C A P. I.

De Requisitis in venditione rei Pupillaris.

S U M M A R I U M.

Res minorum, quae servando servari non possunt, per tutorem etiam sine decreto Judicis alienari possunt, num.1.

Stabilia, & res mobiles, quae servando servari possunt, alienari non possunt per pupillum, nec per tutorem, aut curatorem absque debitis requisitis, neque per transactionem, aut permutationem, nec per debitum fiscale, nec obligari, seu hypotecari possunt, num.2.

Alienatio stabilium minoris, ut valeat, octo sunt requisita necessaria remissive, sed tria sunt omnino copulative necessaria, auctoritas tutoris, urgens caussa alienandi, & decretum Judicis; quomodo intelligantur ista tria requisita, declaratur, num.3.

Quartum requisitum est, ut res subbastetur, & plus offerenti liberetur. Rejecto Rovito contrarium docente, num.4.

Subbastatio in vendendis bonis minorum, ut valida sit, ad in rus. viginti dierum spatio res subbasta perstare debet, num.5.

Quintum requisitum, ut decretum Judicis interponatur, quando ex mobilibus non possit solvi debitum, & quod vendatur res minus damnosa, num.6.

Sextum requisitum est discussio bonorum pupilli, num.7.

Septimum requisitum est plena causa cognitio, & quomodo hac fiat, num.8.

In venditione annuorum introituum requiruntur eaedem solemnitates, alias minor non tenetur continuare solutionem tertiarum, d. num.18.

Minor potest alienationes a majoribus factas confirmare, num.9.

Minor transactionem sibi utilem facere potest, num.10.

Bona minoris, & bonu fideicommisso subjecta alienari possunt, quando alienatio est in evidentem, & indubitatam utilitatem; & dummodo fiat ex urgenti caussa, num.11.

Si pater mandaverit in testamento fieri alienationem alicujus rei, minor poterit dictam rem alienare absque decreto Judicis, sed non absque appretiatione, subbastatione, & aliis solemnitatibus, num.12.

Minor licet alium ad divisionem provocare non potest, tamen si provocatur ab alio ad divisionem stabilis communis, tunc sine decreto poterit dividere, num.13.

1 Regula est, quod res minorum, quae servando servari non possunt, ut sunt vestes detritae, animalia super pascua, vinum, oleum, frumentum, & similia, per tutorem, etiam sine decreto Judicis alienari possunt, *l. lex, quae tutores in princ.* juncto *vers. quod in veste, §. fin. C. de admin. tut. l. fin. C. quando decreto opus non est, Oinot. instit. lib. 1. tit. 2. §. fin. n. 22. fol. 225.*

Et dicta alienatio est permissa fieri non solum sine Judicis decreto, sed justo pretio, tunc currente in loco, ubi alienatur; nec tenetur tutor servare similes res, & fructus rerum stabilium, donec plus valeant, nec ad alium locum, ubi plus valent, mittere. *Oin. ubi sup. ex Salicet. & text. in l. fin. C. de admin. tut.*

2 Stabilia vero, & res mobiles, quae servando servari possunt, ut sunt vestes non detritae, gemmae, aurum, argentum, aliaeque res pretiosae, & suppellex, animalia, quae sunt destinata pro industria, minime alienari possunt per pupillum, nec per tutorem, aut curatorem absque debitis requisitis, ut ex *toto tit. C. de praediis, & aliis rebus minor. sine decreto non alien.*

Quae alienatio non solum est prohibita per venditionem, sed neque per transactionem, aut permutationem, & multo minus per donationem; vel per alium quemcumque modum, ex *tex. in l. non solum C. de praediis minor.*

Ampliatur, quod nec per debitum fiscale res minorum alienari poterunt, *l. fin. C. de praediis minor.*

Nec obligari, seu hypothecari possunt, *l. 1. in princ.* ibi: *Obligatione alienare, ff. de rebus eorum, qui sub, &c. Oin. ubi sup.*

3 Sed ut valeat alienatio rei immobilis, octo sunt requisita necessaria, quae numerantur per *Vincentium Ciroccum disc. for. 71. nu. 36. Joseph Altogradus controv. 7. num. 44.* post *Oinot. lib. 1. instit. tit. 21. §. fin. num. 32.* De quibus requisitis est *tex. in l. 1. §. quod si forte, in l. magis puto, §. non passim, ff. de rebus eorum, in l. minorum, & in l. ob aes, C. de praediis minor.*

Quae octo requisita, in quatuor compendiantur per alios *DD.* quorum tria sunt omnino copulative necessaria.

Primo, auctoritas tutoris, *l. nequE, & l. cum qui, C. de auctor. praestandu, §. 1. inst. de auct. tutor.*

Secundo requiritur, quod interveniat caussa necessaria, veluti solutio aeris alieni, vel alia urgens caussa alienandi, *l. ob aes, C. de praediis minor. & l. magis puto, §. si aes, ff. de rebus eorum, qui sub, &c. Capyc. dec. 113. Ur sill. ad Affl. dec. 87. num. 1. & 2.* ubi ita per S.C. decisum refert *Staib. resol. 30. num. 13. & resol. 52. u n. 10. & resol. 159. n. 7.*

Imo dicta urgentia creditorum debet esse talis, ut alienatio in tempus differri non possit, ut in *l. magis puto, §. non passim*, ibi: *Si modo urgeat creditor,* ibi *Bart.* & tradit *Menoch. casu 171. num. 7. Staib. loc. cit.*

Itaut quodammodo pupillus strangulatur, ver-

ba

Digitized by Google

ba sunt singularia *tex. in l.1. C. de prædiis decurionum lib.10.* ibi: *Omnesque caussas sigillatim, quibus strangulatur, exponat*, ut advertit *Staib. d.resol.159. cent.2. tom.2. in obser. num. 28. Menoch. d. cas.171. Merlin. cont. for.74. num.13. cent.2.* & ita in Sacr. Cons. decisum refert *de Marin. lib.2. resol.18. n.32. ex Pisanell. & Carav.ad Affl.dec.249.Surd.cons.151.* & alii relati per *d. de Marin.& Staib.*

In tantum quod non sufficit assertio facta in instrumento, quod creditores urgerent, sed ex aliis probationibus ista urgentia verificari debet prævia informatione capienda, & sic per scripturam separatam, & ab instrumento venditionis diversam, an sit utilis pupillo illa venditio, & an singula concurrant requisita, de quibus *in l.1. § quod si forte*, & aliis legibus supra citatis.

Etsi caussa esset partim vera, partim falsa, vel pars crediti maturata, & pars non, in totum annullatur, *Staib. ubi sup.* ubi innumeros allegat, imo quod alienatio facta in evidentem utilitatem pupilli, & cum decreto Judicis non tenet, nisi interveniat urgentia creditorum, *Castill. dec.12. a n.20. Menoch. cons.655. n.9.lib.7. Baratt.cons.411.n.2.lib.4. Grat. discept.759.n.13. & dec.182. Staib.ubi sup. num.38. resol.159. per tex. in l. ob æs, C. de prædiis minor.* ubi dicitur ob æs alienum tantum, ponderando illam dictionem *tantum*, quæ excludit omnes alios casus præter expressos; Quo fit, ut Prætor liberum non habeat arbitrium interponendi Decretum alienandi res pupilli, præterquam in casu, quo æs alienum viget tantum; Nam in aliis casibus denegatur ei potestas interponendi decretum, & propterea si in aliis casibus interponatur, est nullum, & tanquam contra jus latum nil operatur, *Staib.* late *resol.30. & 35.*

Adeo quod nulla alia invenitur caussa sufficiens ad alienationem prædictorum pupillorum justificandam, nisi urgentia creditoris; & dum æs alienum non urget, alienatio non permittitur, etiamsi magna utilitas pupilli redundaret, quia utilitas pupilli non consideratur in pecunia, ex qua mulier lucrari possit, nec in augendo patrimonium, sed in non diminuendo, *de Marin.resol.18.lib.2.*

Tertio requiritur Judicis decretum, ut notat *in d.l.lex, quæ tutores, & d.l.magis puto, Staib.loc.cit. tex. in l. ob æs C. de præd. minor. l.1.& fere tot.tit. ff. de reb. eorum.*

Imo decretum Judicis debet præcedere alienationem, & nullo modo postea interpositum posse eam tamquam nullam validare, *Staib. d.resol.159.n.39. tom.2.& resol.52.tom.1.n.5.Ursil.ad Afflict.dec.249. num.1. ex Bart. Jason. Abb. & aliis, & dictus Staib. num.40.* refert decisum in M.C.V. alienationem sine dictis requisitis fuisse declaratam nullam, & fuisse condemnatum conventum ad relaxanda bona actori una cum fructibus, in banca Sixti, anno 1636.

Et quod ista tria copulative requirantur, est *tex. in l.lex, §.præcipimus. Capyc.Latro dec.19. num.12. lib.1. Altograd.controv.7.num.6.*

Quarto requiritur subhastatio, ut plus offerenti vendatur, *Afflict.dec.249.n.2.Oinotom.d.tit.21.lib.1. inst.§.fin.num.33.*

4 Imo subhastatio requiritur in omni venditione, quæ fit præcedente decreto, quo fit, ut in stabilibus minoris, Ecclesiæ, fisci, & Civitatis subhastatio requiratur, tanquam solemnitas necessaria, ita *Carlev.lib.1.tit.3.disp.1.n.9.* ubi multos allegat & quoad bona minoris est *tex. in l. etsi sine 8.§. quæsitum, ff. de minoribus*, rejecto *Rovit.* qui in *Prag.1. de abusu in scribendo sublato num.104.* intrepide tenuit subhastationem non esse necessariam, ubi nonnullos *DD.* allegavit, quia ejus opinio communiter reprobatur, ut tradit *Staib. in observ.159. n.7. cent.2. n.2.* post *Merlin. controv.71. cent.2. Altograd. controv.6. n.7.* & decisum per *Rot.dec.24.n.3.Galeot.controv.13. n.66. art.3.tom.1. Carlev. ubi sup. Surd.cons.49.n.19. lib.1.*

5 Imo ut subhastatio, quæ fit in vendendis bonis minorum sit valida, res vendenda ad minus viginti dierum spatio stare subhasta debet, ita *gl. in l.1. in verbo omni ordine, C. de fide instrumentorum, & jure hastæ fiscal. lib.10. Capyc. dec.36. num.4.* & alii relati per *R. de Marin. lib.2. resol.28. num.28.* & hanc solemnitatem, neque emptor, neque Judex renunciare potest; & quamvis sit arbitrium Judicis tempus 20. dierum usque ad annum prorogare, non tamen potest illud diminuere, *de Marin.ubi sup. Escobar. de ratiociniis cap.16.Bart. in l.si tempora nu.1. C. de fide instrumentorum lib.10.* Etsi hoc non servetur, nulliter agitur, *de Marin.d.resol.18.num.28.* & dictus terminus dierum viginti est statutus a jure *in Auth. hoc jus porrectum, C. de Sacros. Eccles.* qui *tex.* licet loquatur de Ecclesiis, extenditur a *DD.* etiam in vendendis rebus Minoris, Fisci, & Univers. Nam in cæterorum bonis tempus subhastationis est ad Judicis arbitrium, cum nil reperiatur statutum a jure, ita *Carlev.lib.1.tit.3.disput.1.n.10.* ubi allegat *Bartol. in l.licitatio, n.3. in principio, & alios multos.*

Alia quatuor requisita ad complementum octo requisitorum includuntur sub his quatuor requisitis narratis, licet distincta narrentur, sed ad clariorem intelligentiam distincte narrabimus.

6 Ideo pro quinto requisito ponitur, quod decretum Judicis, ut vendantur stabilia, vel res mobiles, aut pretiosæ, in tantum valet, in quantum ex aliis bonis mobilibus non possit solvi debitum pupilli, ut in *d.§. non passim l.magis puto, ff. de rebus eorum*, ubi dicitur, quod Judex excutere debet, an aliunde pecunia possit ad extenuandum æs alienum expediri, an pupillus pecuniam habeat, vel in numerato, vel in debitorum nominibus, vel in fructibus, vel si habeat mobilia, vel reddituum spem, & quod non habeat alios modos satisfaciendi creditoribus.

Et quod debet vendi res minus damnosa, *d. leg. magis puto, §.item prætor*, ibi: *Sed si sit alia possessio minor, vel minus utilis pupillo, &c.*

Nec pro modico debito res magni pretii distrahi, quia non plus distrahi debet, quam opus sit ad æs alienum solvendum, *Menoch.cas.171. Staib.resol.30. n.26. Afflict. dec.249.num.1.vers.5.* & late *de Marin. lib.2.resol.18.n.25.*

Sexto requiritur, quod hoc liqueat Judici per discussionem bonorum, *d. l.magis puto, §.non passim & §. in primis*, ubi dicitur, quod

7 Judex in primis requirere debet eum, qui se instruat de fortunis pupilli, nec nimium tutoribus, vel curatoribus credat, qui nonnunquam lucri sui caussa asseverare Prætori solent necesse esse distrahi possessiones, vel obligari; Requirat ergo necessarios pupilli, &c. vel quem alium, qui notitiam rerum pupillarium habeat; aut si nemo inveniatur, aut suspecti sint, qui inveniuntur; jubere debet, cui rationes.

8 Septimo requiritur plena caussæ cognitio, antequam decretum interponatur, alias decretum non valet, *d.l.magis puto, §.non passim, & l. si pupillorum §. si Prætor ff.de reb.eorum & c.l.nec quicquam,§.ubi decretum ff. de offic.Proconf. Altograd.controv.7.n.38. Cavalcr.dec.Rot.Rom.254.num.10.Simoncel.de decret. lib.1.tit.1.num.30.Gram.cons.civ.137.*

Imo non sufficit, quod Notarius in instrumento alienationis scripserit dictum decretum cum debita caussæ cognitione interpositum fuisse, nec etiam sufficit, quod ipsemet Judex asserat caussæ cognitionem

Digitized by Google

nem adhibuisse, sed aliunde probandum erit; vel ultra assertionem Notarii, & Judicis alia concurrere debet præsumptio, per quam veritas caussæ dignoscatur, & consequenter, quod vere sit adhibita plena caussæ cognitio, *DD. citati per Staiban. cent. 2. tom. 2. in obser. num. 125.*

Et quando caussa, pro qua fuit facta alienatio est invalida, tunc decreti interpositio nulla etiam redditur, *Staib. d. resol. 166. num. 42. ex Afflict. dec. 249. & Const. minorum jura n. 24. Osasc. dec. 267. n. 1.*

Et probatio dictæ caussæ legitimæ, & necessariæ requiritur, ut sit in actis certa, & determinata, *l. minorem, C. de prædiis minorum*, & ultimo requiritur, quod præcedat appretium, ut tradit in specie *Surd. dec. 77. n. 4. in fin. Staib. tom. 1. cent. 2. resol. 30. num. 6. & resol. 52. num. 8. & resol. 159. num. 4. tom. 2. cent. 2.*

Quæ omnia si ad unguem non adimplerentur, nulla redderetur alienatio, nulliusque momenti esset decretum, ita *de Marin. lib. 2. resol. 18. Staib. resol. 30. 52. 159. & 166.* & suprascripta requisita quoque sunt necessaria in emptione per eum facienda aliorum prædiorum, & proinde si emerit molendinum, restituitur adversus emptionem, *Staiban. tom. 2. cent. 2. resol. 166. in obser. num. 51. fol. 515. per tex. in l. verum, §. si locupleta, ff. de minor. Gratian. discept. forens. cap. 504. num. 2. tom. 3.*

Et in venditione annuorum introituum facienda per minorem, requiruntur eædem solemnitates, & in omni obligatione, & contractu; nam sicut bona minoris non possunt alienari, ita nec etiam obligari sine requisitis prædictis, *Staib. ubi sup.* Adeo quod minor, seu hæres ejus non tenetur continuare solutionem tertiarum, nec solvere sortem principalem, quando annuus redditus fuit constitutus a tutore ad beneficium creditoris pupilli, nisi probetur fuisse versum in ejus utilitatem, *Staiban.* late *ubi sup.*

Sed tres limitationes valde singulares hic notabis.

9 Prima, quod licet minor non possit contrahere, nec alienare, poterit tamen confirmare alienationes factas a majoribus suis, ut ex *gl. 1. vers. a minore, per quos fiat investitura, Castil. dec. 26. n. 13.*

10 Secunda, quod poterit minor transigere sine decreto Judicis, si transactio fuerit ei utilis, ut ex *tex. in l. cum hi, §. qui ergo, C. de transact. Simonell. tit. 3. inspect. 11. n. 115. fol. 314. Castill. dec. 26. num. 16.* subdens, quod transactio de jure præsumitur utilis, quia lis semper est damnosa.

11 Tertia limitatio, ut bona minoris possint alienari, sicut bona fideicommisso subjecta, quando evidenter apparet fuisse in ejus utilitatem, ut quia ex pretio pervento fuerint satisfacti creditores hæreditarii, *de Ponte cons. 1. vol. 1.* dummodo non adsit suspicio collusionis, simulationis, vel fraudis, *Castill. dec. 152. n. 146. lib. 2. & in addit. ad decis. 26. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. q. 20. n. 186.* Et quod utilitas sit indubitata, *Staib. resol. 159. in obs. n. 81. ex Odofred. & de Ponte ibi allegatis*, & non solum, quod sit indubitata, & manifesta utilitas, sed quod copulative adsit urgentia creditorum, alias non valet alienatio, licet sit utilis minori, si tamen non adfuerit necessitas æris alieni, *Staib. ubi sup. n. 83. & 94. Textus est in l. ab æs alienum num. 12. C. de prædiis minorum sine decreto non alienandis*, ibi: *Ob æs alienum tantum, caussa cognita Præsidali decreto prædium rusticum minoris provinciale distrahi permittitur.* Ubi nota particulam taxativam *tantum, & Ursillus ad Afflict. dec. 87.* ita decisum refert.

Quas tres limitationes ponit, & approbat *Staib. resol. 51. in obser. n. 11. tom. 1.*

12 His adde quartam limitationem, ut quando pater mandat in testamento fieri alienationem alicujus rei pro solutione æris alieni, tunc stante jussu testatoris poterit alienari sine decreto Judicis, *tex. in l. 1. C. quando decreto opus non est*; Sed *dictum textum* declarat, & limitat *Staib. resol. 52. num. 33.* quod procedit subsistente legitima caussa, alias secus, & quod dicta voluntas testatoris tollit tantum solemnitatem decreti, non autem tollit alias solemnitates, quæ sunt necessariæ circa modum alienandi, ut est appretium, subhastatio, & aliæ.

13 Quinta limitatio addi potest, ut licet ipse minor alium ad divisionem provocare non possit, tamen minor provocatus ab alio ad divisionem stabilis communis, tunc sine decreto rit. divisionis in majorem transferre potest, *l. 1. §. si communis ff. de rebus eorum, qui sub tutore, & l. inter omnes, C. de prædiis minorum.*

Formula decreti, quod expedit vendere bona pupilli, absque accensione candelæ.

IN caussa interpositionis decreti petiti per Magnificam Catharinam Vitale, viduam qu. Paschalis Russo, Decium, Angelum, Andream, Nicolaum, & Salvatorem Russo, Magnificum Antonium d'Uva Tutorem Testamentarium ad præsens dicti Salvatoris, F.V.

Die 26. mensis Octobris 1699. Neapoli.

Per M. C. V. visis comparitione præsentata fol. 1. Procurationibus fol. 2. 3. 4. Testamento q. Paschalis Russo fol. 20. 21. fide præambuli dicti q. Paschalis ex Testamento in beneficium Decii, Lilli, Andreæ, Nicolai, Salvatoris, & Francisci Antonii Russo ejus filiorum, quorum tutela fuit delata in personam Antonii d'Uva, qui adimplevit in forma, fol. 5. inventario hæreditatis dicti qu. Paschalis Russo fol. 23. & signanter fol. 26. at. dec. M. C. quo fuerunt declarati Majores Decius, Andreas, Angelus, seu Lillus, & Nicolaus Russo fol. 27. fide Capitulorum Matrimonialium Catharinæ Vitale Viduæ qu. Paschalis Russo fol. 17. & eadem fide instrumenti crediti quond. Consalvi de Luca, fol. 18. appretio facto domus in actis deductæ per Magnificum Tabularium Papa fol. 12. informatione capta fol. 14. e 25. ac etiam minutis in actis præsentatis fol. 6. ad 13. ac omnibus actis, fuit provisum, & decretum, ac ipsa M. C. declarat, quod expedit, ac proinde liceat stipulare instrumentum minutarum in actis præsentatarum subscriptarum per Dominum Caussæ Commissarium, quo instrumento stipulato ex nunc pro tunc suum interponit decretum, & auctoritatem Judiciariam præstat in forma, hoc suum. Hiacinthus Biscardus, Carolus Brancolino Actorum Magister, Joseph Antonius Salsa Scriba.

Observa tamen, quod in M. C. V. tam ex antiqua, quam ex moderna praxi non servatur quartum requisitum subhastationis, sed servatur opinio Rovitti, ut sine subhastatione concedatur decretum vendendi bona pupilli, juxta formulam hanc.

Imo sic servari in toto Regno testatur *Merlinus tom. 2. controv. 75. a num. 10.* & de Generali consuetudine non servari subhastationem, testatur *Gratianus lib. 3. discept. forens. 564. 579. & 861. & dec. 130. num. 7. Post. trac. de subhast. inspect. 2. n. 13. inspect. 4. num. 18. Sabell. in sua practica universali §. pupill. num. 18.*

Et interrogavi omnes Actuarios, & scribas veteranos dictæ M. C. V., qui mihi dixerunt nunquam in praxi fuisse servatam subhastationem in vendendis bonis pupilli, sed prævio appretio, & confectis minutis, quibus visis, & subscriptis a Judice, ac con-

stito

ſito de neceſſitate; vel utilitate per examen duorum Juriſperitorum interponit decretum, quod expedit juxta formam ſupraſcriptam.

Et Curiæ inferiores in locis, ubi non adſint legum Doctores, recipiunt depoſitionem Notariorum, vel alterius Cauſidici, aut probi viri.

Qui autem vult cautius negotiari, & huic periculo non ſe exponere, ne ſub lite, & ſub Judicis opinione ſe ſubmittat, conſulat, & cogitet.

CAP. II.

De remediis, quibus pupillo læſo ſuccurritur.

SUMMARIUM.

Minor læſus duo remedia habet, num.1.
Reſtitutio in integrum, quid ſit, num.2.
Beneficium reſtitutionis in integrum, in quibus conceditur læſis, cum ampliationibus, num.3.
Reſtitutio in integrum, ut locum habeat, quæ requiſita ſunt neceſſaria, num.4.
Minor poſtquam factus eſt major, poterit infra quadriennium petere reſtitutionem in integrum, & non ultra, niſi expreſſe approbaverit geſta, num.5.
Quod beneficium tranſmittitur ad heredem minoris defuncti intra quadriennium, num.6.
Reſtitutio in integrum eſt beneficium extraordinarium, quod differt a beneficio ordinario nullitatis, & quæ ſit eorum differentia, num.7.
Beneficium ordinarium nullitatis competit minori infra quinquennium a die, quo factus eſt major, num.8.
In contractu donationis datur decennium inter præſentes, & vicennium inter abſentes, num.9.
Text. in l. fin. C. ſi major factus *declaratur*, num.10.
Malæ fidei poſſeſſor de jure Canon. non poterit per quemlibet temporis curſum aliquid acquirere, num.11.
In materia peccati ſtandum eſt juri Canonico, num.12.
Mala fides præſumitur eo ipſo, quod quis emit a minore, abſque ſolemnitatibus, num.13.
In contractu dolo præſumpto nulla datur præſcriptio, num.14.
Ratificatio, ut inducatur in actu nullo requiritur plena ſcientia nullitatis, num.15.
Qui curſus temporis requiritur ad inducendam tacitam ratihabitionem in ignorante, num.16.
Minor habet electionem, an velit convenire tutorem, ſive curatorem, vel petere reſtitutionem rei male alienatæ, num.17.
Emens res pupillares abſque requiſitis cogitur reſtituere bona empta una cum fructibus, exburſato tamen pretio, num.18. *& an, & quando minor teneatur cum pretio exburſare etiam uſuras*, num.19.
Contrahens obligatur ad beneficium contrahentis ſine debitis ſolemnitatibus, num.20.
Nullitas non poteſt allegari per adverſarium contra Eccleſiam, vel minorem, ſi ea nolit uti Eccleſia, vel minor, ſed bene poteſt ab Eccleſia, vel minore allegari contra Adverſarium, num.21. *Verum poterit cogi ad declarandum minor, vel Eccleſia an velit approbare*, num.22. *Et tenebitur in totum approbare, vel in totum reprobare, nec poterit pro parte approbare*, num.23.

1 Duo remedia, ſeu beneficia fuerunt pupillis, & minoribus læſis a lege conceſſa, unum extraordinarium, beneficium reſtitutionis in integrum; alterum ordinarium; beneficium nullitatis contractus ex defectu decreti Judicis, vel alterius ſolemnitatis.

2 Reſtitutio in integrum eſt in priorem ſtatum repoſitio, ut integrum jus ſuum læſus recipiat, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio ff. de minor.*

3 Minor itaque habet beneficium extraordinarium reſtitutionis in integrum in omnibus, quæ geſſit, ſi enormiter ſit læſus, vel circumventus, vel ſua fragilitate, vel adverſarii calliditate, ſive in faciendo, ſive in omittendo, ſive in lucro, ſive in damno ſemper reſtituitur, *l. quod ſi minor, §. non ſemper, l. ait Prætor, §. ult. ff. de minor.* Et ſic reſtituitur, non ſolum ſi paſſus fuerit damnum, ſed etiam ſi non habuit lucrum, *Maſcard. concl. 1062. num. 35.*

Primo amplia etiam in adultis, qui ſcilicet compleverunt annum 14. ſed nondum exceſſerunt annum 25. de jure communi, quod eſt de jure Regni reductum ad annum 18. in laicis, ſed in Clericis remanet immutata ætas 25.

Secundo, ut ſive interveniat auctoritas tutoris, vel curatoris, ſive non, ſemper minor læſus reſtituitur in integrum.

Tertio, ſive in judicio, ſive extra judicium, præſente, vel abſente tutore, vel curatore.

Quarto ampliatur, ut ſit in electione minoris agere contra tutorem, vel curatorem per actionem tutelæ, vel agere contra emptorem ad rem per reſtitutionem in integrum, *l. 3. C. ſi tut. vel Curat.*

Etſi auxilium ordinarium cum extraordinario concurrit, neque minor eligendo unam viam in alia ſibi præjudicat, *l. fin. C. ſi Tutor. vel Curat.*

In delictis culpæ commiſſis ſuccurritur minoribus, non autem dolo commiſſis, *l. 2. C. ſi adverſ. delict.*

4 Et ut dicta reſtitutio in integrum locum habeat, plura ſunt neceſſaria.

Primo, quod tempore læſionis fuerit minor.

Secundo, quod ſit circumventus, vel læſus.

Tertio, quod enormiter ſit læſus, nam pro minima læſione dictum beneficium extraordinarium reſtitutionis non conceditur, *l. ſcio, ff. de reſtitutione in integrum, Oin-e. lib. 1. inſtit. tit. 21. §. fin. n. 14.*

Sed alii tenent, quod reſtituitur adverſus læſionem etiam modicam, & etiam minimam, *Staib. reſol. 52. tom. 1. num. 39. Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 1. n. 26. Covar. reſol. 3. lib. 1. num. 11. Garſia de expenſ. cap. 18. n. 22. Cevall. commun. contra com. q. 658.* Imo reſtituitur etiam ad rem venditam juſto pretio, & ſine læſione, quando ſibi non expediebat vendere, *Bart. in l. fine, §. interpoſitio in fin. ff. de admin. tut. Staib. ubi ſup. n. 41.*

Quarto, quod ex proprio ſuo contractu, & facto læſus ſit, ſecus ſi ex contractu ſui anteceſſoris.

Quinto, ut intra legitimum tempus petat reſtitui in integrum; Dum enim eſt minor, toto tempore minoris ætatis reſtitutionem petere poteſt.

5 Et poſtquam factus eſt major, poterit infra quadriennium petere reſtitutionem in integrum, & non ultra.

Quo tempore elapſo tacite cenſetur ratificaſſe, *text.* eſt in *l. fin. C. de tempor. in integr. reſtit. Staib. reſol. 166. n. 15.*

Intellige, dictum quadriennium competere, dummodo non approbaverit expreſſis verbis geſta in minore ætate, nam ſi expreſſe approbavit, reſtitutio non conceditur intra dictum quadriennium poſt majorem ætatem. Et ſi paſſus eſt labi quadriennium, tunc tacite cenſetur approbaſſe, & amplius reſtitutio ei non conceditur, ut *toto tit. C. ſi major factus ratum habuerit, &c.*

6 Et ſi minor deceſſerit antequam quadriennium ſit lapſum, & ſucceſſerit major; tunc illud, quod ſupereſt de dicto quadriennio dabitur ſucceſſori, licet majori, ad petendam reſtitutionem; ex. gr., ſi de di-

ćto quadriennio unus annus superest, tunc ille annus dabitur hæredi majori, *text. in l. ea quæ, §. fin. C. de tempor. restit. in integrum, Staib. ubi sup. n.17.*

7 Notabis itaque, quod restitutio in integrum, quod est beneficium extraordinarium, in multis differt a beneficio ordinario nullitatis.

Nam restitutio non concernit nullitatem, & defectum decreti, vel alterius solemnitatis; sed concernit læsionem, vel circumventionem, sive factam ex dolo adversarii, sive ex facilitate pupilli, & dictum beneficium durat per quadriennium, & non ultra.

Nullitas vero, quæ dicitur beneficium ordinarium, respicit defectum decreti, vel alterius solemnitatis requisitæ in alienatione minorum. Nam alienatio facta sine decreto Judicis est nulla, & competit remedium ordinarium nullitatis, non autem extraordinarium restitutionis. Nam ubi est remedium ordinarium, eo ipso cessat extraordinarium, *l. si curatorem 3. C. de in integr. rest.*

8 Et sic ob defectum decreti, vel similem caussam in contractu alienationis non datur restitutio in integrum; sed datur remedium nullitatis, quod competit pupillo, vel minori infra quinquennium a die, quo factus est major.

9 Et in contractu donationis datur decennium inter præsentes, & vicennium inter absentes, *l. ult. §. cum autem C. si major factus alienationem &c.*, de qua *Menoch. remed. recup. 15. n.145.*

Et si minor postquam est factus major per quinquennium post majorem ætatem tacuerit, censebitur alienationem male factam ratificasse, & alienationem nullam ex defectu decreti, vel alterius solemnitatis validasse per tacitam ratificationem.

10 Sed *Staib. resol. 166. in obs. n.77. tom. 2. cent. 2.* dicit, hoc indigere maxima declaratione, nam aliqui volunt *d. l. fin. C. si major factus alien. &c.*, supplere defectum decreti Judicis tantum, non autem alias nullitates, seu solemnitates requisitas in alienationibus minorum.

Alii volunt habere locum, etiam dato defectu cujuscunque solemnitatis.

Alii volunt, ut dicta taciturnitas quinquennii post majorem ætatem supplere possit defectum solemnitatum, non tamen defectum circa justitiam contractus, & circa læsionem.

Sed hoc impugnatur ab aliis, quia destruit dispositionem dictæ legis finalis, quæ dictam distinctionem non facit; hæc omnia concludit *Staib. ubi sup*, sed *de Marin. d. resol. 18. n.51.* tenet non procedere quinquennalem ratihabitionem. Primo, ubi dolus adversarii intercessit. Secundo, ubi concurreret læsio. Tertio, ubi præter carentiam decreti aliæ concurrerent nullitates: & *Staib.* demum concludit, quod *d. text. in l. fin.* corrigitur per jus Canonicum, & de jure Canonico locum non habet.

11 Quo attento malæ fidei possessor non poterit per quemlibet temporis cursum aliquid acquirere, *l. fin. in fin. de præscript. c. possessor de reg. jur. in 6. Ruin. cons. 170. n.29. lib.1. Roland. cons. 72. n.2. lib.4. Surd. cons. 49. n.41. & 47. Gratian. discept. 824. num.49. lib.5. & in dec. 102. n.13. Cirocchus disp. 73. n.37.*

12 Et cum agatur de materia peccati, standum est d. juri canonico, *text. in c. Eccles. S. Mariæ extra de constit. Bart. in l. privilegia, C. de Sacros. Eccl.*

13 Et mala fides præsumitur, eo ipso, quod quis emit a minore absque solemnitatibus a jure requisitis, *Staib. loc. cit.*

Imo contra ejusmodi emptorem adest præsumptio juris, & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium, *Cirocchus discept. 73. n.38.* ubi plures allegat, *Staib. resol. 135. in observ. n.6.*

14 Unde in contractu dolo præsumpto nulla datur præscriptio, nec procedit dispositio *d. l. fin. C. si major factus alien. &c.* ita concludit *Staib. d. resol. 166. in obs. n.95. tom.2. cent.2. & resol. 135.* post *Roland. cons. 60. num.42. lib.4. Ludovis. dec. 473. num.18. Caval. decis. Rot. Rom. 206. Gratian. discept. 823. num.30. Cirocch. discept. 73. n.42.*

15 Insuper ratificatio, ut inducatur in actu nullo; requiritur plena scientia ipsius nullitatis, & omnium qualitatum, adeo quod neque per receptionem pretii, sive fructuum inducitur ratificatio, nisi minor factus major habeat specificam scientiam mediante lectura instrumenti, non autem per enunciationem ipsius, nec sufficit scientia in genere, seu confuse; & est communis opinio, quod procedit etiam in majore, ut late *Staib. d. resol. & observ. 136. d. tom.2. de Marin. dict. resol. 18. lib.2. num.55. Ursill. dec. 249. num.13. Castill. dec. 18. num.54.*

Ideo explicatur dispositio dicti *tex. in l. fin. in quatuor casibus.*

Primo, si Minor auctoritate Tutoris, vel Curatoris vendit.

Secundo, si Curator vendit Minore præsente, & volente.

Tertio, si Minor vendit absque Curatore, quia nullum habet Curatorem, nec veniam ætatis impetravit.

Quarto, quando Minor habet Curatorem, sed vendit sine Curatore.

Et sic in omnibus casibus actus fit a minore, vel ipso minore præsente, ita *Menoch. de recup. poss. remed. 15. n.18. Trentacinq. de minor. resol. 10. n.3., Brunneman. in d. l. fin. C. si major factus alien. &c.*

Et ratio assignatur, quia major factus in taciturnitate quinquennii censetur approbare, quod ipse fecit in minori ætate, sed non potest inferri approbatio eorum, quæ alius, & non ipse fecerat, de quibus est ignarus.

Verba dicti *tex. §.1.* sunt clara, ibi: *Ideoque præcipimus, si per quinque continuos annos post impletam minorem ætatem nihil conquestus est super tali alienatione, is, qui eam fecit, vel hæres ejus minime posse retractari eam, &c.*

Ubi nota, *is, qui eam fecit.*

16 Et ignorantia præsumitur ex absentia pupilli in contractu, & tacita ratihabitio in ignorante ex cursu temporis cadere non potest, & aliqui dixerunt requiri præscriptionem triginta annorum, quæ incipit currere post majorem ætatem.

Alii, quod etiam elapsis triginta annis a die venditionis, ut late *Staib. ubi supr.* omnino videndus.

Et ad tollendam dictam tacitam ratihabitionem, sat est extrajudicialis querela, & conquestus ita *glos. Salyc. & omnes in l.1. C. si major factus, &c. Cornens cons. 36. n.19. lib.2. de Marin. d. resol. 18. lib.2. n.57.*

Minor, Universitas, & Ecclesia habent quadriennium ad proponendam, & finiendam caussam restitutionis, tam si sint læsi in contractibus, quam in judiciis, etiam in appellatione non facta infra decem dies, vel non prosequuta infra fatalia, idest infr. 50. dies.

Et hoc quadriennium in Ecclesia, & Universitate computatur a die læsionis, & in minore, a die quo introivit majorem ætatem, ut decisum refert *Afflict. dec. 175. rejectis Bart. & aliis in l. supervacuam C. de tempor. in integr. restit.* tenentibus quod factus major infra illos decem dies debet proponere restitutionem, & generaliter læsus in medio tempore minus quadriennio non habere quadriennium, sed tantumdem tempus in quanto læsus fuit, *dicta decis. Afflict.* est secundum communem opinionem omnium Canonistarum *in clem. 1. de restitut. in integrum Carol. de Rosa in consuet. Neap. Pupillus tit. 30. de in integr.*

Digitized by Google

integr. restit. fol. 296. *num.* 5.

Et minor laesus ex appellatione non facta, vel ex non prosecuta appellatione, quamvis habeat regressum contra Tutorem existentem solvendo, adhuc restitui debet in integrum,

Quia etsi plures actiones ipsi pupillo competunt, attamen una per aliam non excluditur, sic decisum per S. C. apud *Praesid. de Franch. decis.* 473. *de Rosa ubi supra num.* 7.

Frater major non potest alienare rem communem fratris minoris, *Barbat. late in Glos.* 12. *n.* 206. *Gratian. discept. for.* 75. *num.* 67.

Et quas res potest socius, vel frater vendere; vide *Barbatum* ibidem, ubi latissime.

Debitori communi potest jus remitti, vel liberari ab uno concreditore sine altero, sed dilationem dare non potest unus socius, sine altero, est *tex. in l. si unus* 28. *in princip. ff. de pactis*, ubi cavetur posse unum ex sociis liberare, sed dilationem dare nequaquam, & sic non potest pacisci, ita decisum *de Franch. dec.* 281. Quod mirabile est, ut unus socius possit liberare, quod plus est, sed non potest dilationem dare, quod minus est.

Et rationem assignat dictus *de Franch.* quod debitor obligavit solvere duobus, & cuilibet ipsorum insolidum, quo fit, ut ex dicta clausula *insolidum*, quilibet ex creditoribus habet potestatem exigendi, & liberandi ex consensu utriusque, secus vero in prorogando, dum non intervenit consensus utriusque, sed illius tantum, qui prorogavit.

Et rationem assignat, quia regulariter qui habet potestatem liberandi, & exigendi, non habet potestatem, ut possit pacisci, sive dilationem concedere, *d. l. si unus, ff. de pact.*

Et adjectus solutioni potest exhibere, sive liberare, *l. enim, qui* §. 2. *ff. de verb. oblig.* sed non potest pacisci, *l. si quis delegaverit ff. de solut.*

Aliam rationem assignat *Barb. de assist. glos.* 12. *num.* 203. quia per liberationem consocius potest statim agere actione pro socio pro portione sua contra socium liberantem, *l.* 2. *in fine, C. de com. rer. alien.* secus contra concedentem dilationem, ac paciscentem, quia ex dilatione, non est factus locupletior ipse paciscens, ideoque consocius non consentiens actionem non habet agendi contra socium, qui concessit dilationem; & conferunt dicta per *Afflict. dec.* 288. *num.* 3.

17 Et minor habet electionem, an velit convenire Tutorem, seu Curatorem, vel petere restitutionem rei male alienatae, seu alterius contractus non recte a tutore gesti, nec sibi praejudicat per electionem unius, quin possit eligere aliud, & est communis opinio, *Staib. d. resol. seu obs.* 145. *num.* 26. *per tex. in l. fin.* quae incipit *etiam tutoribus, C. si tutor, vel Curator intervenerit, Surd. dec.* 253. *n.* 18. *Ludov. dec.* 181. *n.* 9. *Mantic. Marescott. & alii ibi.*

18 Et emptor absque dictis requisitis emens cogitur ad restitutionem bonorum una cum fructibus a die alienationis non solum perceptis, sed qui percipi potuerunt, ut latissime tradit *Staib. resol.* 30. *n.* 48. *& resol.* 52. *n.* 20. *& resol.* 159. *in obser. n.* 35.

Et e converso minor tenetur restituere pretium solutum per emptorem, quando de eo est factus locupletior, idest quando constat illud non fuisse dissipatum, sed in ejus utilitatem versum, & per emptorem probanda est species locupletationis praedictae, *Surd. cons.* 290. *n.* 50. *Gratian. discept. cap.* 201. *&* 422. *&* 576. *Staib. ubi sup. resol.* 159. *n.* 50.

19 Quo casu tenetur etiam restituere usuras, dummodo per emptorem fuerit etiam probatum, quod minor factus fuit locupletior, etiam quoad dictas usuras.

Alias si dictum pretium otiosum sit area, vel banco retinuerit, non tenebitur ad usuras, quas non recipit, *Staib. ubi supr. num.* 68.

20 Cauti propterea sunt, qui contrahunt cum minoribus, vel Ecclesia sine debitis solemnibus, quia contrahens obligatur ad beneficium pupilli, & Ecclesiae, sed pupillus, vel Ecclesia illi non obligatur, *tex. est singul. in l. Julianus, §. si quis, ff. de act. empt. & in §.* 1. *vers. unde in his caussis instit. de auctor. tutor. Altograd. contr.* 8. *n.* 31. *Staib. obs.* 159. *n.* 76.

21 Adeo quod est in arbitrium minoris, vel Ecclesiae si volunt, vel non stare contractui, quando est nullus, nam si vellent ei tamquam utili adhaerere, ipsumque approbare, & renunciare utilitati in eorum beneficium inductae, poterunt id agere, & nullitas non potest allegari per adversarium contra minorem, vel Ecclesiam, si ea nullitate nolit uti minor, vel Ecclesia, sed bene potest ab ipso minore, si velit, *Gratian. discept.* 691. *n.* 11. *lib.* 4. *Joseph Altograd. contr.* 8. *n.* 24. *Surd. dec.* 208. *n.* 18. *Staib. resol.* 159. *in obs. n.* 109.

22 Verum poterit minor, & Ecclesia cogi ad declarandum, an velit approbare, vel improbare dictum contractum, ne altera pars remaneat in suspenso, *Cirocc. discept.* 81. *num.* 48. *Surd. cons.* 9. *n.* 19. *lib.* 1. *& d. c.* 50. *num.* 23. *Gratian. discept.* 547. *n.* 7. *lib.* 3. *Cancer. cap.* 13. *n.* 91. *Staib. ubi sup.*

23 Sed minor non poterit contractum praedictum pro parte acceptare, & pro parte non, sed tenebitur in totum approbare, vel in totum exprobare, praedicti Auctores ubi supra.

C A P. III.

De Aliquibus Formulis Puberum, & Impuberum.

S U M M A R I U M.

Libellus, & Formula Tutoris Pupilli minoris infantia pro facienda remissione homicidii, contra quem non exposuit querelam, num. 1.

Interlocutoria super dicto libello, num. 2.

Formula depositionis testium, & quomodo debent deponere super remissione facienda per pupillum, num. 3.

Decretum, ut liceat Tutori infantis remissionem facere pro homicidio patris, num. 4.

Formula remissionis facta penes acta per Tutorem infantis pro homicidio patris, num. 5.

Libellus Tutoris pupilli majoris septem annis pro facienda remissione homicidii, pro qua solvitur aliqua pecuniarum summa, num. 6.

Formula decreti super dicta remissione, num. 7.

Formula remissionis penes acta vigore dicti decreti, num. 8.

Remissio fit a solo Tutore, quando Pupillus est minor infantia, & fit a Pupillo cum auctoritate Tutoris, quando est major infantia, num. 9. *Et sic servatur in libellis, & omni judicio, & etiam in contractibus, & aliis extrajudicialibus,* num. 11.

Remissio quando fieri potest, non adhuc adimpletis solemnibus a tutore, d. num. 9. *&* num. 11.

Pupillus non restituitur adversus remissionem factam, nisi pro damnis, & interesse, & ratio assignatur, num. 10.

Remissio per Curatorem ventris facta non valet, sed expectandus est partus, num. 12. *Et quid si Avus posthumi remittit, antequam posthumus nascatur,* num. 13.

Libellus pro vendendo fundo pupilli mobilia non habentis, num. 14.

Interlocutoria, & modus examinandi testes super venditione rei pupillaris, num. 15.

De-

Decretum, quod expedit vendere rem stabilem Pupilli non habentis mobilia, num. 16.

Decretum, quod expedit vendere rem pupilli, sit in loco domicilii, ubi facta subhastatione, si non reperitur emptor, committitur Curiæ, ubi res sita est, n. 17.

Literæ commissionales, cum brachii imploratione pro vendenda re pupilli extra locum domicilii, num. 18.

Formula rei pupillaris vendendæ, quando pupillus habet mobilia, num. 19.

Formula banni pro vendendis mobilibus pupilli, n. 20.

Formula decreti pro vendenda re stabili, stante non reperitur emptor mobilium, num. 21.

Formula permutationis faciendæ per puberem major. cum 14. annis cum confirmatione Curatoris ad hunc actum, num. 22.

Testes quomodo deponere debent super dicta permutatione Minoris, num. 23.

Decretum, ut liceat Minori cum auctoritate Curatoris facere permutationem bonorum, num. 24.

Libellus, & Formula permutationis faciendæ per pupillum minorem 14. annis, & puberes majores 14. annis cum appretio, & appretiatorum relatione, num. 25.

Formula præsentata super dicto libello nimis cautelata, d. num. 25.

Interlocutoria cum electione expertorum pro appretiandis bonis, num. 26.

Testes, & Appretiatores, quid, & quomodo deponere debent super permutatione facienda per minorem, & majorem 14. annis, num. 27.

Decretum super permutatione prædicta, num. 28.

Formula libelli, quando pupillus minor septem annis facit remissionem homicidii, contra quem non exposuit querelam, & quando nil solvitur per inquisitum.

2 IN Curia Civitatis T. comparet Petrus T. Tutor T. infantis, nepotis, & hæredis ab intestato universalis, & particularis qu. Andreæ T. sui patrui, exponens qualiter, dum dictus ejus patruus fuit mensibus elapsis ictu scoppictæ necatus, & de dicto homicidio fuit inculpatus Bernardus T., magni interest, & valde expedit pupillo dictam remissionem facere, tum ut Christiane vivat ad imitationem Christi Domini nostri, qui inimicis pepercit, & pro illis oravit, nobisque mandatum reliquit, ut inimicos diligamus, tum etiam pro bono pacis, publicæ quiete, & ut dictus Bernardus inculpatus non possit prætextu, vel occasione dictæ remissionis non factæ inquietatus ipse, alios inquietare, & in malum majus irruere, dictusque pupillus in pace compositus crescat, & tranquille vivat, pluraque mala, quæ ex odio, & inimicitiis oriuntur, evitet, ideo petit, quod constito de præmissis, decernatur, sententia mediante, quod liceat eidem pupillo, dictoque comparenti ejus tutori præfato inculpato, omnibusque aliis complicibus, & qui forsan inculpati reperiuntur, remittere odium, rancorem, querelam, una cum omnibus damnis, expensis, & interesse, omni modo meliori, &c.

3 Per talem Curiam fuit provisum, quod summaria capiatur informatio de expositis, qua capta providebitur, & testes habeantur pro legitime citatis, hoc suum, &c.

Die T. in T. loco, & coram Domino Gubernatore.

ANdreas T. d. Civitatis T. dixit, l'officio suo essere di mercante, ætatis suæ annorum 35. ut dixit, testis summarie productus, cum juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, & super tenore retroscripti libelli, dixit, che quello può deponere esso testimonio, si è, che sarà più utile, e più espediente al detto pupillo, e tutore fare la remissione dell' omicidio commesso in persona del qu. Andrea T. zio carnale di detto pupillo, che non ostinarsi alla vendetta, e proseguire l'inimicizia, poichè è officio di buono cristiano per prima, e poi detto tutore può più tranquillamente attendere a cose più utili di detto pupillo, ed avanzare le cose del pupillo, e con farsi detta remissione si toglie anco l'occasione agl' incolpati di far più male, e quando il pupillo sta in pace con tutti, ognuno si ci può ingerire ad ajutarlo, ed avanzare le cose sue, e si cresce più costumato, e timoroso di Dio, e questa è la verità, de caussa scientiæ, quia scit, &c.

Interrogatus de contestibus dixit, lo può deponere T. di T. B. di B. e tutte le altre persone da bene, e giudiziose di questo paese.

Io Andrea T. ho deposto ut supra.

T. Gubernator, & Judex.

T. Actuarius.

Consimili modo examinatur alter testis, vel si adsint plures testes.

4 *In Dei nomine. Amen.*

Die T. anno T. mense T.

VIso libello oblato per Petrum T. tutorem Antonii T. pupilli infantis, ac informatione desuper capta, Curia Civitatis T. providendo decernit, quod liceat dicto Tutori nomine dicti Antonii infantis remittere, & exculpare in ampla forma inculpatos de homicidio patrato in personam q. Andreæ T. patrui dicti pupilli, cum clausulis ad consilium sapientis, & ita per hoc suum, &c.

5 Die T. in Civitate T. & coram Domino Judice, vel Gubernatore.

PErsonaliter constitutus penes acta dictæ Curiæ Petrus T. tutor T. infantis, qui sponte, non vi, &c. asseruit mensibus elapsis fuisse ictu scoppictæ necatum Andream T. patruum dicti pupilli, in quo homicidio fuit inculpatus Bernardus T. & intendens dictus tutor nomine dicti infantis vestigia Domini nostri Jesu Christi imitari, institit in hac Curia prædicta, ut sententia mediante decerneret licitum, & expediens esse ipsi tutori, quo supra nomine, remissionem facere ex caussis in dicta Curia narratis, & discussis, per quem examinatis testibus super expedientia, & utilitate dicti pupilli fuit interpositum decretum, quod liceat dicto tutori remittere, cujus copia hic in actis inserta conservatur una cum copia tutelæ, & adimplementis solemnium dicti tutoris, & una cum copia decreti præambuli expediti ad beneficium dicti pupilli nepotis, & hæredis dicti ejus patrui; propterea exculpavit, & quatenus opus est, remittit omnem rancorem, & omne odium, &c. contra d. Bernardum, & quoscumque alios inculpatos, una cum omnibus damnis, expensis, & interesse passis, & patiendis, cassans, &c. omnia acta, &c. & promittit amplius non uti, nec uti facere, &c. in quovis loco, & foro pro quavis caussa, etiam vitio ingratitudinis cum obligatione omnium bonorum, &c. sub pœna unc. auri 25. Curiæ, &c.

Et promisit de rato, & ratificari facere omnia prædicta per dictum pupillum, cum primum ad perfectam ætatem advenerit, & ita promisit, declaravit, & se obligavit, &c. bona, &c. renunciavit, &c. & juravit in forma, &c.

Interrogatus, per che causa ha fatto detta remissione, se è stato pagato, pregato, o forzato, o se gli è stato promesso qualche cosa, acciocchè la facesse,

cessi, dixit, Signor no, ma l'ho fatta per amor di Dio, & in fidem, &c.

Deinde subscribatur a tutore, & duobus testibus, & ab Officiali, & Actuario.

Remissio offensi stipulari potest per actum publicum manu Regii Notarii cum Regio Judice ad contractus, sed requiritur semper interventus, & præsentia Officialis, ut in dicta *Pragm.6. tit.33. de composit. §.2. & Pragm.25. de exul.* Imo neque valeret remissio, nisi fieret coram Officiali illius loci, ubi habitant offensi, ut in *dictis Pragmaticis*.

Sed vidi dubitatum inter *DD.* an valeat fieri coram Officiali idiota; dum in *d. Pragm.6.* sancitur ut fiat coram Judice ordinario, ibi in *d. Pragm.6. Declaramos, que de a qui a delante no valga ninguna remission de parte, que se hiziese, si non fuere en el Tribunal de Capuana, Vicaria, y Governadores, o Auditores de Provincia; o delante dello Juezes ordinarios de los lugares, donde tuvieren domicilios las partes.*

Et in *Prag. 25. & 27. de exulibus*, ibi: *Che l'atto di dette remissioni si abbia da fare nel palazzo della G.C. della Vicaria, Regia Audienza del Regno, ed avanti i Giudici ordinarj de' luoghi, dove abitano, e risiedono le parti querelanti, ed offese*; licet sensus litteralis, & verba legis loquantur clare de Judice ordinario, & non de Officiali idiota; Praxis tamen, quæ est vera legum intellectrix, usu recepit, ut remissio, sive fiat coram Judice, sive Assessore, sive coram Officiali idiota, valeat, quia mens legis attenditur, quæ fuit, ut remissiones fiant ex libera voluntate partis offensæ, & non extorqueantur per vim; ideoque valida erit, si fiat, tam coram Officiali idiota, quam coram Judice ordinario ipsius Officialis; imo hoc clare habetur non solum ex mente *d. Pragm.6.* sed ex litera, seu verbis ejusdem, ibi: *y Governadores, o Auditores*, dum Officialis idiota destinatur in locum, & similitudinem Gubernatoris Provinciæ, & Judex ordinarius destinatur in locum, & similitudinem Auditoris Provincialis, ut diximus *in quæstionibus inter Gubernatorem, & Assessorem.*

Præsentia enim Judicis excludit metus suspicionem, *Sanfel. dec.229. tom.2. qu.9.* Ita & præsentia Officialis, sive Gubernatoris.

Et ex verbis dictarum *Pragmaticarum* alia major insurgit difficultas, an valeat remissio facta coram Locumtenente. *Sarnus* movet hanc quæstionem in *prax. crimin. cap.45. fol.236. col.2.* & testatur multas remissiones fuisse annullatas in M.C.Vic. uti stipulatas coram Gubernatoris substituto; & ratio clare assignari potest in disputando; quia in d. *Pragmatic.* pro forma requiritur præsentia, & necessarius interventus Judicis ordinarii. Quo fit, ut non valeat, si fiat coram Locumtenente, qui non dicitur ordinarius, sed delegatus, & substitutus ab ipso ordinario, sed quia ut diximus potius mens, quam verba legis attendi debent, ego *Sarni* opinionem non approbo; dum ubi ob absentiam Officialis ordinarii, non adest alia Potestas in loco, nisi Locumtenens; certe remissio valet, si fiat coram dicto Locumtenente, cujus præsentia supplet præsentiam Rectoris Justitiæ, & excludit metus suspicionem juxta legis mentem. Et opinio *Sarni* potest salvari; ubi fieret remissio coram Locumtenente, quando a loco non abesset Judex, sive Officialis ordinarius, quia tunc Locumtenens haberetur uti persona privata, & sine auctoritate.

Sed advertendum est, quod remissiones, & exculpationes, quæ fiunt penes acta, scribi, & capi debent per Actuarios in capite tantum, & non per Subactuarios, vel alias personas, ut sancitur in *Pragm.19. num.26. de Offic. Mag. Justit.* & in *d. Prag. 25. de exulib.*

Ex forma itaque dictarum *Pragmaticarum* habetur, quod Neap. remissiones recipiuntur in Palatio M.C.V. coram uno ex Dominis Judicibus dictæ M.C. & si ob aliquod impedimentum pars offensa non posset accedere ad M. C. V. tunc solet dispensatio obtineri a Regio Coll. Conf. ut accedat unus ex Actuariis ad recipiendam dictam remissionem in ædibus offensi, & in Provinciis Regni recipi debent in Palatio Regiæ Audientiæ, vel coram uno ex Regiis Auditoribus, & in aliis locis Regni sufficit, quod recipiantur remissiones in præsentia Officialis ordinarii ubicumque tam in Palatio Curiæ, quam extra, & ita *d. Pragmatica* fuit a communi praxi interpretata.

Advertant demum Actuarii, quando remissio stipulatur penes acta, quod dictus actus remissionis non debet teneri extra processum informationis, sed debet eadem die uniri cum processu informationis sub pœna unius ducati, & solvendi interesse parti, ut sancitur *in d. Pragm.19. §.15. de officio Mag. just.* Ideo remissiones stipulatæ penes acta Curiæ per Regnum in Curiis, ubi non est caussa, transmittuntur originaliter in Tribunali, ubi est caussa, & in calce remissionis fieri debet fides per Syndicum, & alios de Regimine talem esse Officialem ordinarium, & in capite dictæ Curiæ & apponitur sigillum Universitatis, & sic legalizatur dictum originale; ideo tali casu cautius erit, si fiat per actum publicum manu publici Notarii Regni, & de hac prax. testatur *Sarn. ubi supr. fol.276.*

Et sub eadem pœna *in d. §.16. sancitur, & in Prag.27. §.32. de offic. mag. Justit.* sub his verbis vz. *Quod facto actu remissionis debeat Actuarius interrogare partem remittentem. Qua de caussa fecit remissionem, si fecit eam vi, timore, sive prece, pretio, vel amore, particulariter, & signanter si habuit aliquid ob dictam remissionem, vel fuit aliquid sibi promissum*,

Etsi remittens responderet aliqua indecentia, non debet Actuarius ea scribere, sed eum certiorare debet, qualiter fieri debet libere ad imitationem Christi Domini nostri, & *Sarn.* narrat quemdam voluisse, ut Actuarius scriberet, vz. *Fo detta remissione per amor di Dio, e per esser proprio di gentiluomo di poter castigare, e non volere*: Qui remittens ob dicta verba fuit statim in Magna Curia Vic. in vinculis conjectus, & per mensem detentus, *ut in d. prax. crim. fol.235. col.1. cap.45.*

Et scio quemdam Officialem Baronalem fuisse inquisitum, quia precibus importunis suasit quemdam offensum ad remittendum, dum in *Prag.25. & 27. de exulibus* imponitur pœna mortis tam contra obtinentes remissionem per viam potentiæ, personæ vi, aut modo imperioso, quam contra hujusmodi mediatores; & preces importunæ superioris habentur pro modo violento, & imperioso, quia cogunt, juxta illud vulgare adagium: *Quando Signor ti prega, all'or ti forza*; ideo sint cauti Officiales, ne se ingerant in suadendis remissionibus,

Formula, quando pupillus major septem annis facit remissionem querelæ expositæ, pro qua remissione solvitur aliqua pecuniarum summa.

6 IN Curia T. Civitatis T. comparet Franciscus T. cum auctoritate, & præsentia Magn. Andreæ T. tutoris, & ipse Tutor, dicentes, quatenus cum fuerit in dicta Curia dictæ Civitatis instituta querela contra Lucam T. de homicidio q. Michaelis T. ejusdem pupilli patris, & magni interfit, & valde expediat ipsi pupillo remissionem facere, tum ut Christiane vivat, & præcepto Domini nostri Jesu Christi obtemperet,

Digitized by Google

peret, qui præcepit, ut inimicis parcatur, tum quia plus utilitatis consequi ipse pupillus poterit vivendo cum omnibus in pace, quam in vindicta persistere, cum multa sint mala, quæ ex inimicitiis oriantur, & maxime quia mediante tractatu probi, & spiritualis viri fuit per dictum Lucam querelatum facta oblatio ducatorum biscentum de contantis in beneficium dicti pupilli pro omnibus damnis, expensis, & interesse ex caussa dicti homicidii passis, & patiendis. Ideo petunt, quod constito de præmissis interponatur decretum, licitum, & expediens esse eidem pupillo, dictoque Tutori remittere dictam querelam omni meliori modo, &c.

Fit consimile decretum, quod *capiatur informatio*. Et examinantur duo, vel tres testes deponentes, qualiter est expediens, & utile acceptare dictam oblationem ducatorum biscentum, & facere remissionem. Et deinde interponitur decretum tenoris v3.

7 Visa instantia præsentata per T. pupillum, & B. ejus Tutorem; visis testium depositionibus, per Curiam Civitatis T. provisum, & decretum est, licitum, & expediens esse dicto pupillo cum dicti ejus Tutoris auctoritate, & præsentia remittere querelam expositam contra C. super homicidio in personam T. patris dicti pupilli patrato, una cum omnibus damnis, expensis, & interesse, & summam ducatorum biscentum per dictum T. querelatum oblatam accipere, facta tamen prius reali solutione dictæ oblatæ quantitatis, & ita per hoc suum, &c.

Die &c. in Civitate T., & coram Domino Gubernatore.

8 Personaliter constitutus penes acta dictus A. pupillus ætatis suæ annorum decem cum assensu, beneplacito, & auctoritate B. tutoris præsentis, & ejus consensum, & auctoritatem præstantis, qui sponte, non vi, dolo, &c. remisit querelam per ipsum factam in T. Curia contra C. pro homicidio in personam q. D. patris dicti pupilli patrato, & promisit pro caussa prædicta amplius illum non molestare, neque molestari facere in hoc, & in quocumque foro, neque civiliter, neque criminaliter.

Insuper præsentialiter, & manualiter in contantis numeratos coram nobis recepit oblatos ducatos biscentum in moneta argentea a F. misso, & internuncio dicti C. querelati de propria pecunia ipsius querelati, ut dixit, servata forma decreti per hanc Curiam T. quod expedit, &c. cujus copia hic inserta servatur, una cum copia dictæ tutelæ, & cum solemnibus.

Et proinde vocans se dicto nomine bene contentum quietavit dictum inculpatum de omnibus damnis, & expensis, & interesse occasione dicti homicidii passis, & patiendis, cassans, &c. querelam, & omnia acta, &c. Quam remissionem, quietationem, & omnia prædicta, & infrascripta, &c. promisit semper habere ratas, ac rata, & contra non facere quavis ratione; & ita promisit, & declaravit, & obligavit se, suosque hæredes, successores, & bona omnia, &c. sub pœna ll. A. 25. Curiæ &c. renunciavit, &c. juravit in forma.

E per esso Signor Giudice dettoli, per che causa ha fatto detta remissione, dixit per amor di Dio, e per vivere da Cristiano, & ita, &c.

Nunc subscribatur non solum a Tutore, sed a pupillo, & duobus, vel tribus testibus, & ab Officiali, & Actuario.

Potest fieri manu publici Notarii, per actum publicum, sed requiritur semper interventus Officialis, ut supra diximus, & interventus pupilli, quando est major infantia.

9 Secus si fiat Remissio a pupillo, qui erit infans, nam tali casu tutor solus facere potest, *Caravit. rit.275. num.9. Clar. §.fin. qu.59. num.26. de Luca ad Franc. observ.536. num.4.* ex *Gomes. Farinac. & Guazzin.* ibi congestis: ratio est, nam quando est infans, tunc solus tutor accusare potest, ita & remittere, & ampliatur etiam si tutor non fecerit inventarium, nec alia solemnia; requiritur tamen decretum Judicis, ut liceat tutori remittere, modo, ut hic dictum est, ita *de Luc. in d. obs.535. ex Caravit. rit.275.num.9.* qui falso allegatur a *Reg. de Marin.* pro contraria opinione *in lib.1. res.2. num.25.* ubi citat etiam *Boss. in sua prax. tit. de pace num.14. & Clar. qu.58. num.27.* tenentes opinionem, quod valeat remissio tutoris sine Judicis decreto, & ita substituisse etiam *Consil. Caballinum*, licet idem *de Marin. in fine* pro veritate dicti articuli se remittit *D. de Franch. dec.235.* Quo casu tutor præsentat comparitionem, qualiter expediat pupillo remissionem facere, & judex decernit, quod capiatur summaria informatio, & ea capta interponit decretum, ut valeat illam facere ad sapientis consilium cum clausulis solitis, & consuetis, ut practicari ait *Foller. ad pragmat. fin. de composit. n.50. de Franch. decis.535.* alias remissio non valeret, *Bajard. ad Clar. p.57. Pascal. de patr. potest. part.2. cap.1. n.83.*

Et quod ubi pupillus esset major infantia, tunc non remittit solus tutor, dicit *de Luca d. obs.535.* ex *Farinac. Carav. & Clar. ibi citat.*

Quin tam ipse tutor, quam pupillus, cum ejus auctoritate, & adultus cum auctoritate curatoris indistincte possunt querelam remittere, *Clar. d. q.58. de Amic. cons.88. Vivius in sua Sylva concl.564. Farinac. in tract. crim. t. de inquis. q.15. n.63.* adversus quam, deinde major factus non restituitur, *Afflict. in Const. Regn. minorum jura, Padilla in l. transigere, num.64. C. de*
10 *transact. Nov. q. for. 9. q.2. n.3.* Intellige, quod non restituitur, si illam petat ad vindictam, & necem, secus si pro damnis, & interesse, *Rovit. in pragm.7. de composit. num.11.* & ita intelligi debet *Carrab. in sing.117. Afflict. in constit. minorum jura, n.6.* Et alii dicentes, minorem remittentem non habere restitutionem in integrum.

Et ratio assignatur, quia in odiosis caussis criminalibus non conceditur restitutio in integrum, *l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. Carrab. d. singul.117.*

11 Imo major infantia remittit cum auctoritate tutoris sine decreto Judicis, & valida est remissio sine ulla alia solemnitate, quia pax semper est utilis pupillo, & operatur secundum præceptum divinum, ita *Gomes. de delict. tom.3. cap.3. num.69. Clar. §. fin. quæst.58. Farinac. quæst.19. num.5.* & contrariis respondet *Guazzin. de pac. qu. 14. n. 14. Mastrill. de indult. cap.25. num.63. Gratian. discept.518. num.10. de Luca ad Franch. obser.535.* & cum hac *decis. Præsid. de Franch.* concludit *de Marin. resol.2. lib.1. n.25. in fine.*

Hanc conclusionem limitant DD. ut si fiat cum Curatore speciali, tunc non valeat remissio; quia supradicta conclusio intelligitur in tutore generali, cum ejus auctoritate valet, & sic intelligendi sunt DD. de hoc loquentes, non in Curatore speciali; ita *de Luca d. observ.535. ex Mastrill. ubi supra, Clar. d. quæst.58. num.29. Tartagl. in pragmat. fin. de compos. num.30.*

Et generaliter ex his formulis collige differentiam, & praxim, quam pauci adverterunt, ut tam in libellis, & omni judicio, quam in extrajudicialibus, & contractibus tutor absque pupillo nihil agit, quando est major infantia; sed ipse minor debet intervenire cum tutore, ut advertit *Galter. in prax. tutelari par.2. rub. utiliter agat num.2.* post *Jodoc. in patroc.*

pup.

pup.cap.6.de mun.tut.num.42. per *tex. in l.si tutor pupillo, ff. de auctor. tut. Bart. in l.si infanti, C.de jure delib. Soccin. cons.86.vol.2.*

Et quoties pupillus est minor septem annis, tunc solus tutor intervenit, *Auctores loc.cit.* per *text.in l.1. §.sufficit ff. de admin.tut. & d.l.si infanti C. de jure delib.* Quod bene nota, quia multi in hoc errant. Idem *Galter.ubi supra* dicit, quod *Montan.in c.30. a num.7. ad 18.* tenuit practicari in judiciis, ut in electione Tutoris sit, ut vel pupillum per se solus defendat, vel ut pupillo se defendenti auctoretur.

12 Remissio licet spectet ad posthumos, *l.3.§.utique ff. de suis, & legitim. hered. l.qui in utero, ff. de stat.homin. Farin. in pract.crim.tit. de accus.qu.13.num.19. Tartagl.in pragm.fin.de composit.num.29.* Tamen tutor ventri relictus, remittere non potest, antequam in lucem prodeat posthumus, sed expectandus est partus mulieris praegnantis, ad *Text.in l.posthumo, C.de collat. Bald.in l.2. §.fin.ff.de testam.tutel.Jas.in l.pactum Curatoris, C. de pact. Dec.in l.3. C.de posthumo hered. instit. Novar.qu.for.9.p.2.num.9.De Luca ad Franch. observ. 535. in fin.Merlin.tom.1.cap.56.n.5.*

13 Sed ubi interemptus reliquisset patrem, & uxorem praegnantem, & pater remiserit; licet postea nascatur posthumus, hic occisor non indigebit dicti posthumi nati remissione, quia sufficit illa facta a patre occisi, tanquam proximior, tempore, quo non erat natus posthumus, ita concludit *Reg.de Marin.d.lib.1.resol.2.n.36. & Ant. Gomez in tit. de homicid. num.61. Paschal. de virib.patr.potest.p.2.cap.1.num.121.*

Et licet *d. de Marin.* subjungat, quod tutius erit, ut ventri Curator detur, & sic ab utroque obtineatur; sed haec cautela mihi non placet, quia repugnat *Text. supra citatus in l. posthumus, & Auctores supra citati*; Ideo cautius erit post nativitatem obtinere aliam remissionem nomine pupilli.

Formula rei immobilis pupillaris vendendae, quando pupillus non habet mobilia, &c.

14 IN Curia Civitatis T. comparet A. pupillus cum auctoritate, & praesentia B. tutoris, & ipse tutor, dicentes, maximam urgentiam habere solvendi C. creditori pro tali caussa: vel maximam urgentiam habere, ut pupillus alatur, cibaria, & vestimenta necessaria habeat, & cum ex bonis mobilibus, nec aliunde possit sibi consulere, ut patet ex inventario, quod in promptu praesentant, intendunt vendere talem fundum situm in tali loco juxta tales fines, uti rem minus damnosam, vel talem gemmam, vel tale suppellectile pretiosum, quae est valoris consimilis urgentiae praedictae, instant propterea consulto de praedictis, quod liceat eidem pupillo cum dicti tutoris auctoritate dictum fundum subhasta plus offerenti vendere, ita instant, & petunt, & omni alio, &c.

15 Per curiam Status T. visa instantia A. pupilli, ejusque tutoris, ac viso inventario praesentato, ex quo constat non adesse mobilia, fuit provisum, quod super expositis informatio capiatur summaria, & testes pro legitime citatis habeantur ad finem providendi, ut juris, & ita per hoc suum, &c.

Deinde examinantur duo, vel tres testes super tenore libelli, deponentes super infrascriptis quatuor requisitis v3.

Primo, come vi sia grandissima urgenza di pagare a' creditori, o di alimentarsi, o altra causa urgentissima, e legitima.

Secondo, che non vi siano mobili, nè altro modo di riparare a detta urgenza.

Terzo, che non vi sia altro stabile meno dannoso.

Quarto, che la somma di detto stabile è circa la somma predetta, che necessita al pupillo.

Ed esaminati detti testimonj si farà il decreto, videlicet.

16. Visa petitione A. pupilli, & B. ejus tutoris, viso inventario, visis testium depositionibus, per Curiam Civitatis T. fuit provisum, & decretum, licere, & expediens esse dicto pupillo talem fundum vendere pro satisfaciendo C. creditori, vel ut sibi necessaria vestimenta, & victum pareat, vel pro tali caussa urgenti, &c. prout praesenti decreto vendi permittitur, legitimis tamen subhastationibus praecedentibus, & praevio appretio per D. & C. expertos, & publicos hujus Civitatis appretiatores faciendo, & candela accensa, atque extincta ultimo licitatori, & plus offerenti liberetur, & ad dicti emptoris beneficium debitae celebrentur cautelae cum clausulis ad consilium sapientis in forma, & ita per hoc suum, &c.

17 Et hoc decretum fit in loco domicilii pupilli, licet res vendenda sit in alio loco, etsi emptor non reperitur in loco domicilii, post factas subhastationes fiet relatio, quod nullus reperitur oblator; tunc committitur Curiae loci, ubi res sita est, hoc modo videlicet.

Ex provisione Curiae T.

Giurati di nostra Corte, e di altre Corti insolidum vi significhiamo, come ad istanza di A. pupillo, e di B. suo tutore, precedente cognizione di causa si è interposto decreto del tenor seguente v3. *Inferatur decretum*, e perchè non si è trovato qui offerente alcuno, benchè si fussero fatti tre bandi per li luoghi pubblici, e soliti, perciò ad istanza di detto tutore vi ordiniamo, che in esecuzione di detto inserito decreto facciate le subastazioni, e vendita predetta nella Città T., ove detto stabile è sito, pregando, ed esortando li Signori Officiali di detta Città a dar vi benignamente il beneplacito, e braccio loro, offerendoci noi a cose maggiori per servizio, e comando de' detti Signori, dandovi perciò vices, & voces nostras, &c. dalla Città T. a 6. Maggio 1696.

18 Literae commissionales pro vendenda re, ut supra cum brachii imploratione.

Retroscriptum decretum latum per Curiam T. debitae exequutioni demandetur in hac Civitate Salerni juxta illius seriem, continentiam, & tenorem, hoc suum, & fiant subhastationes, & alia in forma.

Provisum Salerni die tali, &c.

Formula rei pupillaris vendendae, quando pupillus habet mobilia.

19 SEd si pupillus in inventario habeat vestes detritas, & animalia supervacua, vulgo dicta *Cacciatore*, che si sogliono cacciare a vendere ogni anno, ut sunt animalia annosa, defectuosa, & similia, aut vinum, frumentum, & alii fructus, quae servando servari nequeunt, tunc Judex non procedet, quia sine decreto vendi possunt. Etsi in inventario essent solum vestes pretiosae, gemmae, & suppellectilia, aut animalia, quae servando servari possunt, tunc requiritur decretum alterius modi, videlicet.

Viso libello A. pupilli, ejusque B. tutoris, ac viso inventario, Curia Civitatis T. providendo decernit, quod fiant diligentiae de vendendo suppellectilia, & mobilia, aut semoventia, quae minus damnosa, & deinde alia, & proinde expediatur citatio per proclama in forma, hoc suum, &c.

Ex provisione Curiae Civitatis T.

20 Giurati di detta Corte, &c. pubblicarete bando per li luoghi soliti, e consueti di detta Città, come chiunque volesse comprare li sottoscritti suppellettili, o mobili, o la sottoscritta giumenta, o vacca comparisca a' 15. del corrente mese di Maggio giorno di Domeni-

menica avanti il tale tutore, che per lo giusto prezzo; che si stimerà da' pubblici, ed esperti apprezzatori si venderà, e copia del presente si affigga anco in luogo pubblico, e solito, dato nella Città T. 10. Maggio 1691.

Subscribatur ab Officiali, & Actuario, & describantur suppellectilia, vel animalia.

Et emanatis tribus bannis, factaque relatione, si nullus comparuit, qui congruum pretium offerret, tunc fiat relatio in calce dicti banni, & fiat alia instantia v3.

A. pupillus cum auctoritate B. sui tutoris instat interponi decretum, ut vendatur talis fundus minus damnosus, ex quo non potuit ex mobilibus sibi consulere, licet factæ fint plures diligentiæ ultra bannum, ut ex actis, omni meliori modo, &c.

21 Et per Curiam Civitatis T. fuit provisum, quod per T. & T. publicos, & expertos hujus Civitatis appretiatores appretietur enunciatus fundus, & revideantur enunciata bona mobilia, ac semoventia, & super contentis in libello dicti pupilli summarie deponant, & Curiam ipsam informent, qua informatione capta, providebitur, hoc suum, &c.

Facto appretio, & constito de omnibus requisitis interponatur decretum de vendendo, juxta formam antecedentem, &c.

Formula permutationis faciendæ per puberem majorem 14. annis cum confirmatione Curatoris ad hunc actum tantum in brevissima forma.

22 Præsentata per comparentem die undecima mensis Aug. 1696. in Civitate T.

NElla Corte T. compare Tommaso T. d'anni sedici in circa, e dice, come si ritrova debitore al Rev. Capitolo della Città T. in annui ducati 10. per censi, Messe, ed Anniversarj in virtù d'istrumenti, e legati, cioè un capitale di duc. 80. per uno instrumento, e gli altri per Messe, ed Anniversarj de' suoi Antepassati a detto Rever. Capitolo della Collegiata Chiesa di S. Pietro di detta Città. E perchè esso povero comparente non ha modo di poter soddisfare, e possiede come vero Signore, e Padrone un' appartamento di case con giardino contiguo, sito nel T. luogo, giusta li beni di T. e T. alle quali case bisogna ancora molto riparo per non farle cadere, e rovinare; e non potendo sopportare detto peso annuo, nè fare detta spesa di riparo, ave avuto trattato con Biase T. di cederli dette case, e giardino, con che esso Biase in iscambio di dette case, e giardino li cede un' altro appartamento di case in più membri consistente in detto medesimo luogo, giusta li beni di T. di T. e T. di T. necnon un giardino sito in detto luogo, fine T. di T., e con che si giri, ed assumi il peso di soddisfare detti capitali, Anniversarj, e Messe al detto Rev. Capitolo, e Chiesa, ut supra, e per potere fare le dovute cautele, stante che è molto utile, ed espediente ad esso Comparente di effettuare detto trattato, ed il detto Biase non vuole effettuare, se prima non ci s' interpone decreto di *expedit*; Perciò ricorre in detta Corte, e nominando per Curatore il Mag. Gio: T. fa istanza con autorità del detto, constito de expositis interporsi detto decreto in forma, omni modo meliori, &c. Con che detto Curatore sia ad hunc actum tantum, omni modo meliori.

Per Curiam Civitatis T. provisum, & decretum est, quod de expositis summaria capiatur informatio, & testes habeantur pro legitime citatis, & ita per hoc suum, &c.

23 Die 13. mensis Aug. 1696. in Civit. T. & coram D. Gubernatore, &c.

MArco T. della Terra T. d'anni 45. in circa, ut dixit, testis summarie productus, & cum juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, & tenore retroscriptæ petitionis, toto facto causæ, & quicquid inde scit, dixit: Signore, io sò benissimo, che Tommaso T. per annuo censo, Anniversario, e Messe sia debitore al Rev. Capitolo, e Chiesa di questa Città in annui duc. 10., che importa detto debito circa cento cinquanta, o sessanta ducati, e sò, che possiede un' appartamento di case con giardino contiguo sito nel T. luogo, giusta li beni della Cappella di S. Gio: Battista Juspatronato di, &c. li beni della Confraternità T. giusta la via pubblica, ed altri, le quali case, se non si riparano, finiscono di rovinarsi, e detto Tommaso non ha modo di fare detta spesa, e rifarle; E però stimo molto più utile, ed espediente, che facci il cambio col Rever. D. Biase T. che hanno fatto trattato di cambiare con certe case, che detto D. Biase tiene in T. luogo, giusta li beni dotali di Gio: T., il Rev. Capitolo T. e Mag. Dott. Filippo T. ed un giardino sito al medesimo luogo T. fine Scipione T., detto Gio:, via pubblica; ed oltre di detta casa, e giardino detto Rev. D. Biase s'accolla il peso de' detti annui duc. 9. in circa, e loro capitale, perchè di tal modo esso Tommaso viene ad avere casa, giardino, e levarsi il debito, e levarsi l'appietto di fare la grossa spesa, che ci vuole al riparo della casa, anzi io, che sono zio carnale di detto Tommaso ce l'ho consultato, e consulto, che facci detto cambio per essere utile, ed espediente di detto Tommaso, ch' è quanto posso deponere de causa scientiæ, quia scit, vidit, interfuit, & audivit de loco, & tempore dixit, ut supra.

Interrogatus de contestibus dixit, ne può deponere T. di T. ch' anco è zio carnale di detto Tommaso.

T. Gub. & Judex.

Signum ✠ Crucis, &c.

T. Actuarius.

E di questa forma si stenderà l' esame dell' altro testimonio.

In Dei Nomine. Amen.

In caussa Curatoris petiti per Joannem Thomam T. & contractus permutationis auctorandi, ut ex actis.

24 Die T. mensis T. 1696.

Per Curiam T. visa petitione Joannis Thomæ T. visis testium depositionibus, ipsoque Joanne Thoma noviter instante, & petente, fuit provisum & decretum, quod Mag. Leonardus T. præsens, & audiens nominatus Curator per dictum Jo: Thomam confirmetur, prout præsenti decreto confirmatur, cum cujus præsentia, consensu, & auctoritate liceat ipso Jo: Thomæ T. domum cum horto in dicta petitione descripta permutare cum domo, & horto Rev. D. Blasii T. qui Rev. assumat sibi onus satisfaciendi annuos duc. 9. vel circa debitos per dictum Jo: Thomam ad Rev. Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ T. una cum eorum capitalibus, servata forma petitionis prædictæ, & cautelas cum dicto Rev. conficere ad consilium sapientis in forma, & ita expediens, utile, & licitum dicto pupillo esse decernitur, per hoc suum, &c.

T. Gub. & Judex.

Lectum, latum die quo supra in Civitate T., Curia pro Tribunali sedente, præsentibus Magn. T. T. T. T. & T. de T.

C. Actuarius.

25 Permutationis faciendæ per pupillum, & minorem 18. ann. cum appretio, & appretiatoris electione.

Præsentata per Didacum T. 9. Septembris 1696. in Civi-

Civitate T. Curia, &c. & eodem die, mediante accessu per me facto, Donatus, Angelus, & Dianora T. cum juramento declarant subscriptam petitionem fuisse de eorum, ut supra, voluntate scriptam, & præsentatam, & denuo quatenus opus est, præsentant penes acta dictæ Curiæ, & in fidem, &c.

Nella Corte della Città T. compare Diego T. Tutore di Donato T. suo fratello, e Curatore d'Angelo, e Dianora similmente suo fratello, e sorella mediante decreto di detta tutela, e cura per d. medesima Corte interposto, nella quale ave adempito tutti li sollenni, ut juris, come dagli atti appare, e dice, come tanto esso comparente a suo proprio nome, quanto come tutore, e curatore, ut supra, possedendo in comune, ed indiviso col Magn. Salvatore T. ducati cinquecento di capitale, con lo loro annuo censo sopra l'Università T. per l'eredità della qu. Cornelia T. madre di d. Magn. Salvatore, e proava di essi comparenti sono venuti a convenzione, ed hanno ceduto a d. Mag. Salvatore detti istrumenti sopra d. Università, e d. Mag. Salvatore per iscambio ha ceduto ad essi comparenti un' appartamento di case, che d. Mag. Salvatore possiede in questa Città T. e proprio nel T. luogo giusta l'altro appartamento di case di essi comparenti con lo cortiglio, e forno comune, ed indiviso confine T. e T. ed un' altra possessione nella d. Città sotto d. case confine T. e T. franchi, e liberi d. beni, &c. ed anco perchè da d. Mag. Salvatore loro zio ne hanno ricevuto, e ricevono continuamente beneficj maggiori, desiderano stipulare le cautele di d. cambio fatto per beneficio di essi minori, e del comparente, essendo molto espediente, stante è più utile avere d. case, che sono unite con le case delli comparenti, e similmente d. stabili, che sono anco uniti con li stabili loro, che non esigere gl' istrumentarj sopra d. Università, che ad essi comparenti si rende difficile, perciò fa istanza, constito de expositis, interponersi decreto, che expedit di fare d. cautele; tanto più, che già essi comparenti stanno in possesso de' detti beni, e d. Mag. Salvatore sta in possesso da molti anni di esiggere d. istrumentarj, e così dice, e fa istanza, ed in ogni altro miglior modo, &c.

26 Per Curiam Civit. T. fuit provisum, quod facto appretio bonorum, & constito de evidenti utilitate minorum providebitur, & proinde eligantur, prout præsenti decreto eliguntur Blasius T. & Dominicus T. experti, & publici appretiatores hujus Civitatis in appretiandis bonis eligi solitis, dum constat nobis oretenus de eorum integritate, & probitate, qui non solum valeant bona in actis deducta recognoscere, & appretiare, sed in præmissis omnibus, & circa præmissa veritatem deponere, & caveant de contrario sub pœna U. A. 25. Curiæ, &c. hoc suum, & intimetur, &c.

Quo decreto notificato appretiatoribus, & facto appretio examinantur dicti appretiatores v3.

Die, &c.

27 Biase T. di questa Città T. d'età d'anni 60. in circa, ut dixit, testis, & publicus appretiator citatus, relatus, & cum juramento intimatus, & examinatus super præsenti informatione, toto facto causæ, & quicquid inde scit.

Interrogatus super tenore retroscriptæ comparitionis, dixit: Signore in esecuzione del decreto interposto per questa Corte notificatomi dal Giurato, mi sono insieme con Domenico T. similmente pubblico apprezzatore, conferito nella casa palaziata del Mag. Salvatore T. sita nel T. luogo, giusta li beni di Diego, Donato, Angelo, e Dianora T. dove è fra essi il cortiglio, e forno comune, ed indiviso, consistente d. appartamento di case in una sala, due camere, ed una cocina, e tre iottani, quale appartamento per essere diruto, e senz' astrico lo avemo apprezzato per ducati T. secondo l'uso, e prezzi correnti del Paese.

Di più avemo riconosciuto un poco di luogo sotto d. case, ed un' altra possessione anco vicina; e sotto d. case giusta T. e T. e tutti due d. luoghi, che possiede d. Magn. Salvatore importano ducati T. e circa l'istrumentarj sopra l' Università T. a nostro giudizio l' apprezziamo, che vagliono il trenta per cento, secondo li comuni prezzi de' capitali istrumentarj sopra d. Università, che non si pagano per intieri; E però noi stimiamo, che sia molto espediente, ed utile alli d. Donato, Angelo, e Dianora T. minori di cambiare col Mag. Salvatore, e la metà ad essi Diego, e fratelli, sì perchè l'esazione sopra d. Università si rende più difficile ad essi minori, che ad esso Magn. Salvatore, sì anco per essere d. case dentro un cortiglio comune, ed indiviso attaccate con l'altre case loro, e d. luoghi arborati sono tutti sotto d. casa, che possono comodamente averne l'utile; ch'è quanto esso testimonio può deponere per ubbidire all'ordine di d. Corte, quia scit, vidit, & audivit, & de loco, & tempore per modum, ut supra.

Interrogatus de contestibus, dixit, ne può deponere d. Domenico T. che ave riconosciuto, ed apprezzato d. robe assieme con me, &c.

Simili modo examinatur alter appretiator, & deinde fit decretum v3.

28 Visa petitione præsentata per Angelum, & Dianoram T. puberes, & per Donatum T. impuberem, & Clericum Didacum eorum fratrem majorem Curatorem dictorum puberum, & tutorem dicti impuberis, visis actis, & decreto Curiæ, & tutelæ cum solemnibus a jure requisitis in hac eadem Curia factis, & adimpletis, viso appretio per publicos appretiatores prævio ipsius Curiæ decreto electos facto, & informatione desuper capta, per quam constat de evidenti utilitate, beneficio, & majori commoditate ipsorum minorum, Curia T. providendo decernit, quod liceat, & expediens sit dictis minoribus ratam medietatem capitalis ducatorum quincentum cum ejus annuis censibus consequendis super Universitate, & hominibus Terræ T. permutare, cum Mag. Salvatore T. eorum Avunculo, & in iscambium recipere a dicto Mag. Salvatore domum in pluribus membris consistentem, & sitam in T. loco juxta T. fines cum cortile indiviso, & communi, ac duos fundos prope domos prædictas arboratas juxta T. fines, prout præsenti decreto permutatio permittitur ob utilitatem, majusque commodum ipsorum minorum, super qua permutatione debitæ celebrentur invicem cautelæ cum clausulis ad consilium sapientis in forma, & ita per hoc suum, &c.

TITULUS QUINTUS

De Præambulis.

Expedito præcedenti Tertio, & Quarto Titulo, in quo habetur Praxis Tutorum, & Curatorum, sine quibus Minores non possunt esse in judicio; Et quia neque tum auctoritate Tutorum, & Curatorum possunt admitti in judicio, nisi legitimentur eorum Personæ mediante Præambulo: Consequens videtur hunc Quintum Titulum de Præambulis subnectere, cui fecimus præcedere Praxim Tutelarum, quia ad adeundam, vel repudiandam hæreditatem requiritur, ut præcedat auctoritas Tutoris, & postea subsequatur aditio, vel repudiatio hæreditatis.

QUI QUINTUS TITULUS dividitur in VII. CAPITA v3.

C A P. I.

De Præambulis in genere.

S U M M A R I U M.

Præambulum quid sit, & unde dicatur, num. 1.
Præambuli decretum antequam fiat, quid constare debet, num. 2.
Mors probatur per duos testes de visu, & per septem de auditu, num. 3.
Parentela non probatur per testes, qui non deponunt per gradus distinctos incipiendo a communi stipite, quod fallit in patre, filio, viro, & uxore, num. 4.
Præambulum quomodo fit, ubi plures sunt hæredes, num. 5.
Præambulum post judicium captum fieri non potest, sed est nullum, & assignatur ratio, & remedium, n. 6.
Præambuli decretum fit absque citatione, quando ignoratur contradictor, secus ubi non ignoratur, num. 7.
Præambulum fieri potest inter primum, & ultimum peremptorium in liquidatione instrumentorum, num. 8.
Carrabba singul. 88. *refellitur*, num. 9.
Præambulum coram Judice laico, non coram Ecclesiastico faciendum est, num. 10.
Qui Judex sit competens in faciendo præambulum, & declaratur Danza, *qui confuse loquitur*, num. 11.
Quis est Judex competens in tradenda possessionem ad beneficium hæredis, num. 12.
Præambula facta in Curiis Regni faciunt fidem, & admittuntur extra Neapolim tantum, sed quando venit intra Civitatem Neap. M. C. V. non admittit, nisi prius sit in ipsa M. C. præsentatum, ibique confirmatum, num. 13. *Et nullum aliud Tribunal facere potest præambula intra Neap. nisi sola M. C. V.* ibid.
Præambulum inter ascendentes, & descendentes fit absque citatorio edicto, dummodo non fiat post captum judicium, num. 14.
Præambulum fratris olim fiebat absque citatione, sed hodie non fit; nisi prævio citatorio edicto, num. 15.
Et in transversalibus semper requiritur citatio per edictum, num. 16.
Edictum, quod fit pro conficiendo inventario hæreditatis est diversum, ab edicto, quod fit in præambulo transversalium contra cohæredes, num. 17.
Præambulum ex testamento fit absque citatione, quando ignoratur contradictor, num. 18.
Præambulum non potest fieri ad instantiam fideicommissarii, rejecto Prato, & aliis, num. 19. *neque ad instantiam hæredis constituti in codicillis*, num. 20.
Præambuli decretum est interlocutorium secundum aliquos, & diffinitivum secundum alios, sed utcumque sit, alios prætendentes non afficit, num. 21.
Præambulum non inducit litis pendentiam, num. 22.
Præambulum expediri non potest vigore pacti in contractu inter vivos, num. 23.
Præambulum non obtinens ex testamento, poterit petere ab intestato, num. 24.
Procurator petere non potest præambulum sine speciali mandato ad petendum, num. 25.
Hæreditas non acquiritur ignoranti, num. 26.

1 Præambulum dicitur, per quod quis declaratur hæres ex testamento, vel ab intestato, & ita dicitur, quia est præambulus actus, ut hæres valeat exercere, & subsistere jura defuncti hæreditaria active, & passive, *de Luca ad Franchis decis. 204. ex tex. in l. fin. C. de jur. delib.* Et in nostro Regno praxis decreti præambuli orta fuit a *Ritu M. C. V.* 154. 181. & 186. ut advertit *de Franchis dict. decis. num. 1.*

Et decretum præambuli non est aliud, quam explicatio animi personæ institutæ, quod velit hæreditatem adire, & inducitur ex eo liquida probatio hæreditatis aditæ, *D. Roderius sapientissimus in cons. 21. ex Theodor. alleg. 17. n. 21.*

2 Præambuli decretum antequam fiat, debet constare, defunctum esse ab hac vita migratum, & sepulturæ traditum, ubi requiruntur duo testes de visu, etsi de visu constare non potest, debent esse septem de auditu, & omnes septem debent esse fide digni, & quare duo de visu, & septem de auditu desiderantur in præambulis, nulla lex hoc dicit, nisi quia sic in practica de stylo, & de genere consuetudinario observatur, ut advertit *Danza de pugna DD. tit. de præambulis num. 13. & Tartaglia in pract. civil. cap. 1. n. 52.* & Gal-

Digitized by Google

& Galterius tract. de tutelis par. 2. tit. utiliter agat. num.67. fol.191.

Et necesse est probare gradum, & non adesse proximiorem, *Caravit. d. rit. 18. num.4. versic. adverte tamen*, *Sanfelic. dec.25. num.5.*

3 Sed miror de *Danza* dicente, quod nulla lex dicat requiri septem testes de auditu, & duo de visu, dum habemus regulam in jure, quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum, & sic de visu duo sufficiunt, qui debent deponere, quod oculis suis viderunt cadaver sepeliri, nam testis debet reddere rationem per quinque sensus corporis, ut si de visu dicat vidisse cadaver sepeliri, aliter non dicitur probata mors de visu, & in hoc vidi multos errare, qui scribunt testem scire talem esse mortuum, sed non dicunt vidisse cadaver sepeliri in tali loco, & quando quis mortuus est in remotis regionibus, vel tempore antiquo, ut testes de visu haberi non possint, tunc mors probatur per famam, & vocem, *Bart. in l. si quidem n.3. & glos. C. solut. matrim.* & alii citati per *Menoch. in remedio 4. de adipisc. hæredit. num.662. Petra rit.181. num.9. lib.2. Danza tit. de Præambulis tom.5. de Pugna Doctorum num.12.*

Et quia ad probandam famam requiruntur septem testes, ideo tunc in præambulo utimur septem testibus, qui deponant per sensum auditus, qualiter audiverunt T. esse mortuum, &c. de quibus septem testibus duo debent etiam deponere super gradu, & proximitate hæredis, & sic quinque deponant solum super fama mortis, & duo deponant tam super fama mortis, quam super proximitate hæredis, qui in totum sunt septem, alias præambulum erit nullum, & ita servat M.C.V. & omnes Curiæ Regni; & testes deponentes super gradu parentelæ, parentelam, sive 4 consanguinitatem non probant, quando simpliciter dicunt, *tales esse in T. gradu consanguineos*, sed ut probent, opus est dicere distincte omnes gradus incipiendo a communi parente, vel germanis, a quibus alii gradatim descenderunt.

Unde si quis deponat se audivisse, quod Franciscus nominabat Antonium, ejusque patrem consanguineum, nempe patruum, vel fratrem, &c. talis nominatio sufficientem non inducit probationem.

Et hujusmodi probationis genus nullatenus reperitur in jure proditum in aliis, quam in patre, & filis, viro, & uxore, non autem inter alios, nec quidem inter fratres, ut late, & perpulchre tradit *Reg. de Marin. ad Revert. dec.34. & Tiraquell. de utroque retract. in tit. de retract. lignag. §.1. gl.16. nu.1. Bened. Capra cons.156. num.8. & 524. Anchar. cons.42. & 91. Abb. in cap. sua nos de consanguin. & affin. text. in cap. licet ex quodam, ibi: singulos gradus, clara computatione distinguant, extra de testibus.*

5 Præambulum si fit, ubi sunt plures hæredes, tunc possunt simul se hæredes declarari, aut quilibet solus pro rata sua admitti, *Danza ubi supr. n.4. ex Caravit. in d. rit.181. n.4.*

6 Præambulum, sive ex testamento, sive ab intestato, sive ad instantiam adscendentium, sive descendentium, vel aliorum transversalium, vel extraneorum, tam cum beneficio legis, quam sine, vel quocumque modo fiat, fieri nullo modo potest post cœptum judicium, & sic pendente lite, *Gallupp. part.2. cap.3. n.9.* unde cauti sunt Advocati, quod hoc præambulum faciant, antequam judicium inchoetur. *Danza tit. de Præambulo num.17. tom.1. Ricc. collect.370. post Minad. dec.8.*

Adeo quod præambulum interpositum in M. C. V. lite pendente in S. C. nullitati subjacet, ita concludit *de Luca ad Franc. obs.204. Minad. decis.8. Petr. super rit.181. num.10. Prat. lib.2. disc. pr.42. num.7. Consil. de Georg. alleg.2. n.13. tom.2. Thor. p.1. verb. Præambul. additionis.*

Et ratio potest esse, quia judicio inchoato non loquitur amplius de præambulo faciendo, quia Adversarius, per litem inchoatam, effectus est legitimus contradictor, & debet audiri; verum remanet hæredi remedium constitutionis filiationis, per quam constitutionem potest hæres in termino probatorio probare qualitatem hæreditariam.

Collimat huic conclusioni id, quod notat *Cavens. in rit.286.* ex doctrina *Bald. in l. per diversas q.10. C. mandati, & l.2. num. 12.* qui *Auctores* declarantur *a Caravit. in rit.181. num.5. versus finem*, quotiescumque esset facienda liquidatio, quod ego sum hæres, si pars est citata in caussa principali, non possum liquidare me esse hæredem, nisi interveniat partis citatio, secus si per præambulum cognitionem, volo prius liquidare me hæredem, ut possim citari facere in caussa principali Partem adversam; quia lite pendente nil potest innovari, inaudito adversario, adeo quod post expeditam citationem in uno judicio, nihil innovari potest in alio judicio, parte non citata, *Motoll. de grad. cit. num.41.*

7 Item, quia præambuli decretum, ex quo quis declaratur hæres alicujus, licet ex antiqua observantia M.C.V. fiat absque citatione, *Affl.* allegatus a *Franch. dec.204.* post *Ann. alleg.19. num.13.* quos sequitur sapientissimus *Rodrer. cons.21. num.4.*

Tamen hoc intelligitur, quando penitus ignoratur aliquis legitimus contradictor, cui dictum decretum aliquo modo officere possit, *Caravit.181. num.5. Anna alleg. 19. num. 13.* quos citat *Gallup. part. 2. cap.2. num.32.*

8 Fallit hæc conclusio in instrumento liquidando, ubi potest expediri citatio super tenore instrumenti, & citari debitor, quamvis præambulum non sit confectum, & inde illud confici inter primum, & ultimum peremptorium; sufficit enim, quod tempore liquidationis hæres liquidare volens instrumentum præsentet præambulum, & sic in ultimo peremptorio, ita *Danza de pugn. DD. tit. de præambul. num. 18. ex Galterio tract. de liquidat. instrum. tertia part. princip. rubr. præsentet instrumentum, num.39. fol.302.* Dummodo in ipsa citatione id fuerit expressum, *Galt. ubi supr.* & novissime Dominus *Cons. & Reg. Petra in d. rit.181. num.6.*

Et ratio potest assignari, quia *ritus M. C.* 181. dicit, quod facta præsentatione instrumenti, licet non constet per publicum documentum, quod sum hæres creditoris, possum probare per testes, & interposito decreto, quod sum hæres, procedet interrogatio super tenore instrumenti; ecce, quod *d. Ritus* loquitur clare.

9 Et cave a *Carrab. sing.88.* ubi tenet, quod nisi præambulum præsentetur antequam citatio expediatur, uti carens actione, in expensis condemnandus esset, & allegat *Carav. in d. rit.181. num.3. & 4. & rit.178. num.1. & rit.167. num.29. in fin. Gram. cons. crim.37. Tartagl. in prax. civ. num.44. fol.11.* qui intelligendi sunt in casu, quo in peremptorio actu liquidationis non præsentaret præambulum, & non est necessarium præsentari cum citatione, ut falso putavit *Carrab.*

10 Præambulum debet confici coram Judice sæculari, & non coram Ecclesiastico, *Danz. de pugn. DD. tit. de præamb. num. 19.* ubi pro præambulo confecto in Episcopali Curia Nucerina fuerunt de ordine Reg. Coll. Consilii carcerati, tam Consultor dictæ Curiæ, qui erat sæcularis, quam hæredes, & tutor, ad quorum instantiam fuit factum præambulum, sed vide in *seq. cap.3. num.21.*

11 Præambulum hodie fit non solum in M.C.V. & Reg. Aud., sed in Curiis Baronum, & Bajulorum, dummo-

Digitized by Google

do illa Curia Baronalis, vel Bajularis sit aliquo modo competens, vel ratione contractus, vel rei sitæ, originis, domicilii, aut alterius modi de jure competentis; ita *Danza de pugn. DD. tit. de præamb. n.27.*

Sed hic *Danz.* nimis confuse, & obscure loquitur; Proinde sciendum est, quod regulariter solum Judex originis, vel domicilii est competens, qui potest facere præambulum, & declarare hæredem, & pronunciare hæredem esse mittendum in possessionem in bonis defuncti; Qua declaratione facta idem Judex concedit literas remissoriales, seu hortatorias ad Judicem, in cujus territorio bona sita sunt, ut concludit *Staib. tom.2. resol.*111.*cent.2.fol.*108. ex doctrina *Menoch. in remed. 4. de adipisc. possess. num.43. & per gl. in l. fin. vers. competenti, C. de edicto Divi Adriani tollen. ex text. in l.7. C. ubi de hæreditate agi oportet.*

12 Et Judex Territorii sine literis remissorialibus non potest hæredem alterius fori mittere in possessionem, nec est competens in faciendo præambulum, nec in pronunciatione immissionis in possessionem, sed est competens tantum in actuali possessione tradenda ad beneficium hæredis, qui pronunciatus est per Judicem competentem originis, vel domicilii esse immittendus, *Staiban. & Menoch. ubi supr. ex text. in l. cum unus, §. pen. ff. de bonis auct. Judicis possid. & l. a Divo Pio, ff. de re judic.*

Verum hæc regula limitatur, ubi reus contradictor esset ejusdem fori, ubi bona sita sunt, item. ubi major pars bonorum eo in loco esset, licet aliqui hoc negant, de qua re videndus omnino est *Menoch. ubi sup.* & aliter factum præambulum nullitati subjacet, *Staiban. ubi supr.*

13 Verum præambula facta extra Tribunalia M.C.V. nullam fidem faciunt in M.C. & in Civitate Neap., nisi fuerint in M.C. confirmata, *D. Consil. & Reg. Petr. rit. 281. n.11. Thor. p.1. vot. 84. n.336.*

Sed extra Civitatem Neap. plenam fidem faciunt, & valida sunt, absque quod sint confirmata per M.C.V. ubi solum poterant fieri præambula ex præeminentia dicti Tribunalis, quæ præeminentia, licet postea sit communicata aliis quoque Curiis Regni, tamen, quando in dicta Civitate Neap. venit præambulum factum in Curiis inferioribus, de eo consuevit non haberi rationem, nisi prius sit in M.C. præsentatum, ibique confirmatum; & nullum aliud Tribun. potest facere præambulum intra Neap. nisi solum M.C.V.

14 Præambuli decretum ab intestato, quando fit inter ascendentes, vel descendentes non requiritur citatio partis, sive alterius interesse prætendentis, & absque citatorio edicto in locis publicis interponitur, prævia tamen informatione capta de morte ejus, de cujus hæreditate agitur, & legitima filiatione, & decretum hujusmodi rite, & recte fit sine ulla citatione, ita concludit *de Luc. ad Franch. observat.* 204. *n.1.* rejecto *Afflict. in constit. eos, qui scientes num.*10. ubi dicit, quod hoc sit contra regulas juris, & ante dictum *de Luca* sic tradidit quoque *Danza de pugna DD. tit. de præambul. num.7. Caravit. in rit. 182. Sanfel. tom. 2. dec. 25. Tartagl. in pract. civil. cap. 1. num. 52. Galter. in tract. de tutel. part. 2. tit. utiliter agat, & contrahat num. 68. de Franch. dec. 58. num. 12. Pratus in tract. de liquid. instr. par. 4. declar. 20. fol.* 515.

Quæ conclusio limitatur post cœptum judicium, ut diximus supra, & rationem assignat, *Scaglion. rit. M.C.V. 163. num. 64. ex doctr. Decii in l. bonorum num. 27. C. qui admitti, & in repetit. ejusdem leg. n.61.* concludens, quod in præambulo, in quo non videtur præjudicium tertii, non exigitur citatio partis, quia certum est, quod hæres non habet contradictionem, secus est, si apparet contradictor, quia juris ordo tunc erit servandus.

15 In linea vero collaterali ad instantiam fratris, petentis declarari hæredem alterius fratris, solet fieri quoque sine citatione, & sine edicto, & non esse necessarium citatorium edictum, dicunt idem *Caravit. ubi sup. Sanfelic. d. dec. 26. num. 1. & dec. 210. n. 10. Danza de pugn. DD. tom. 1. tit. de præamb. n.4. Consil. Pratus tom. 2. discept. 39. num. 1.*

Sed hodie tam ad fratris instantiam, quam aliorum ex linea transversali, sive agnatorum, nequaquam interponitur decretum, nisi prævia citatione per edictum, ut concludit *de Luca ad Franch. observ. 204. n. 2.* & tradit *Thor. vers. præambulum faciendum part. 3. & Cons. & Reg. Petra super rit. M.C. 181. n.9.*

16 Et generaliter in transversalibus requiri citationem per edictum, nemo dissentit ex supradictis auctoribus, *Danza, Caravit. Galter. & alii ubi sup. Montan. controv. 43. num. 21. Altimar. ad Rovit. cons. 44. lib. 3. num. 5.*

Et hæc conclusio locum habet, tam in præambulo simplici, quam in illo, quod fit cum benef. leg. & invent. ut idem *Danza in d. loc. Tartagl. Galt. ubi supra.*

17 Et differt hoc edictum ab edicto, quod fit pro conficiendo inventario; nam istud fit contra alios, qui prætendunt se pariter esse hæredes, & illud fit contra creditores hæreditatis; quod nota bene, ne confundas ista duo edicta.

18 Præambulum vero, quod petitur fieri ex testamento, fit absque citatione, & quilibet admittitur ad faciendum præambulum, & ad probandum se hæredem, *Carav. d. rit. 181. n.4. & Auctores* supra allegati.

Et hoc intellige, quando ignoratur contradictor, secus ubi non ignoratur, ut practicatum fuit in M.C.V. in testamento Nicolai Balenzano Terræ Bitetti, qui instituit hæredem Rev. Clerum dictæ Terræ, præteritis filiis, licet illis nominatis in testamento; dum Rev. Clerus petiit præambulum, M. C. decrevit in mense Julii 1697. quod auditis filiis providebitur, de quo inferius, ut ex processu in Banca Mag. de Rugiero.

Ita etiam ubi testamentum esset scriptura privata, etiam si esset instituta Ecclesia, fit decretum, quod auditis venientibus ab intestato, providebitur & ita fuit practicatum hodie mensis Octobris 1707. in testamento qu. Magn. Josephi Coccelli Terræ Novi scripto manu Testatoris, cum duobus testibus, in quo instituit Cappellam suam intra ædes Testatoris in dicta Terra Novi, & Cappella est Sancti Filippi Nerii intra Matricem Ecclesiam; in Banca Magnif. Donati Cambarasa.

19 Præambulum non potest decerni ad instantiam fideicommissarii, nam concedi debet solum hæredi directo, & universali, ita rejecto *Bernardo Pand. de liquid. instr. part. 2. dubit. 5.* concludit *de Luc. ad Franch. observ. 204. num. 4.* ex *Rovit. cons. 4. num. 8. & cons. 56. num. 3.* & decisum refert *Thor. verb. Præambulum factum a fideicommissis p.1. De Pet. cons. 61. num. 4. Reg. Larr. consult. 78. Staib. resol. 39. num. 4. D. Cons. & Reg. Petr. rit. 181. & 286. num. 11.* & sic solum conceditur præambulum hæredi directo, & universali, & non competit hæredi particulari, nec fideicommissario, nec legatario, ut late *d. Petra d. rit. 286. num. 12. & 12.* Vocatus enim per fideicommissum ad hæreditatem, vel rem non potest propria auctoritate possessionem capere, nec uti beneficio *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll.* sed eam debet petere, & habere a manu hæredis, *Staib. resol. 39. n. 4. de Franch. dec. 204.*

20 Præambuli decretum neque concedi potest hæredi instituto in codicillis, & ratio est, quia codicillis hæreditas dari, neque adimi potest, ita *de Luca ad Franch. observ. 204. num. 3. & 9. Consal. ad Peregr. de fideicom. art. 48. vers. quarto observa, Rom. cons. 179. & d. de Luca observ. in d. decis.* quod filia cum fuerit instituta in asse, & legitima relicta masculis, non fuit habita ratio codicillorum; nam Pater potest dividere bona,

& de

& de illis plus uni, quam alteri assignare, quæ divisio censetur actus inter vivos, sed non potest institui hæres in codicillis, *l. & patre §. intestato, ff. famil. ercisc. Gratian. discept. 902. de Luca ubi supr.*

Et in *d. decis. de Franch.* declaratur *text. in leg. Scævola, ff. ad Trebell.*

21 Præambuli decretum sive dicatur interlocutorium, ut dicit *Scaglion. rit. 163.* quem citat, & sequitur *D. Petr. rit. 181. num. 11.* Sive dicatur sententia diffinitiva, quia illo interposito nil aliud Judici agendum remanet, juxta *Motill. de appellat. desert. num. 83.* per *text. in l. Judex postea quam, ff. de Judiciis.*

Tamen hæc decreta non officiunt prætendentes hæreditatem, exclusis declaratis per præambulum, ut decisum refert in Collat. Cons. *Sanfel. decis. 210. num. 3.* post *Annam alleg. 19.* & sic quoque decisum in M. C. V. & confirmatum in Sac. Reg. Consil. ipso *Sanfel.* referente, ut in *d. decis. num. 5.* Imo nec præjudicium offert circa contenta in ipso præambuli decreto, *D. Cons. Petr. rit. 171. num. 10.* Nec exceptio rei judicatæ habet locum in sententia præambuli, & in omni caussa summaria, quæ fit sine citatione partis ad videndum juramenta testium, quia potest denuo ordinarie agi, ita *Carlev. lib. 1. tit. 2. disp. 3. num. 38.* ubi allegat *Bell. n. dec. 3. ex num. 5. ad 9. & alios.* Et propterea nec in-

22 ducit litis pendentiam, cum severa Præambulum non sit judicium, sed potius liquida quædam probatio aditionis hæreditatis, *D. Cons. Petr. rit. 181. num. 10.* post *Camill. de Medicis cons. 40. n. 45.* & alii ibi.

23 Præambulum non potest expediri vigore pacti in contractu inter vivos adjecti, nam pacto dari non potest hæreditas, nec valet pactum factum inter vivos de succedendo, *D. Cons. & Reg. Petr. rit. 180. n. 16. Thesaur. decis. 225.* rejecto *Bernard. Pand. part. 2. declar. 5. usq. ad 8.* contrarium dicente.

24 Petens præambulum ex testamento non solemni, vel invalido poterit variare, & petere ab intestato, etiam in secunda instantia, *Ursil. ad Afflict. decis. 53. D. Cons. Petr. rit. 181. num. 17.*

25 Procurator petere non potest præambulum, nisi habeat speciale mandatum ad petendum præambulum, & passim non admittitur Procurator in M. C. V. nisi cum speciali mandato, ut supra, *Dom. Cons. & Reg. Petr. rit. 286. num. 13. ex l. per Procuratorem, sive l. Paulus, ff. de acquirend. hæredit.* & ita judicatum refert *Ann. alleg. 61. Surd. cons. 281. n. 31. Seraphin. decis. 1100. n. 7. Dom. Consil. Altim. in suo erudito tract. de nullit. rubr. 11. qu. 27. n. 350.*

26 Et ratio, quia ignoranti non acquiritur hæreditas, sed requiritur scientia Principalis ad acquirendam hæreditatem, & procurator non potest præjudicare Principali; Quicquid dicant *Cappell. Tholos. dec. 352. Gallup. p. 2. cap. 2. num. 45.* non faciunt caussam, & eos rejicit *d. D. Consiliarius Altim.*

C A P. II.

De Præambulis ab intestato, & cum beneficio legis, & inventarii.

S U M M A R I U M.

Libellus, & Formula Præambuli ab intestato transversalium cum edicto, num. 1.

Interlocutorium decretum super dicto libello, num. 2.

Edictum, quod fit super hæreditate transversalium, num. 3.

Publicatio Edicti prædicti, ibid. num. 3.

Contumaciarum formula super dicto Edicto, num. 4.

Testes quid, & quomodo deponere debent in præambulo transversalium ab intestato, num. 5.

Decretum quod fit in præambulo transversalium ab intestato, num. 6.

Libellus præambuli hæreditatis cum beneficio leg. & inventarii ab intestato, cum onere dotandi sororem, num. 7.

Interlocutoria super dicto libello, num. 8.

Decretum super dicto Præambulo, num. 9.

Edictum citatorium contra Creditores super hæreditate cum beneficio leg. & invent. quod fit ante Ecclesiam, num. 10. *& quod fit in domibus defuncti,* num. 14.

Relatio jurati super publicatione edicti, num. 11.

Inventarium hæredis cum beneficio legis, & invent. manu Regii Notarii per actum publicum, num. 12. *& per Actuarium,* num. 15.

Decretum Præambuli, quando soror est maritata, vel mortua super hæreditate Patris, & Patrui per intermediam personam patris, num. 13.

Inventarium in hoc Regno Neap. validum est, si ab hærede fiat, infra tres menses numerandos a die, quo interponitur decretum Præambuli, & ita servatur hodie; Quod secus est de jure communi, & in statu Ecclesiastico, & aliis Regnis, d. num. 16. *& quid sit inventarium, & quid ejus finis,* ibidem.

Inventarium ut valeat de jure requiritur, ut apponatur ab hærede signum sanctæ ✠, sed de consuetudine non servatur in omnibus regionibus, & tanquam parva solemnitas actum non vitiat, num. 17.

Creditores citandi sunt in confectione inventarii, quod fit ab hærede, alias hæres non poterit dicti inventarii beneficio juvari contra illum creditorem non citatum, num. 18. *sed contrarium,* num. 31.

Peremptorium non est necessarium in dicta citatione inventarii, num. 19.

Creditores si extrajudicialiter fuerint vocati ad confectionem inventarii ab hærede, vel a quolibet, habeatur, ac si essent per Curiam citati, num. 20.

Præsentia legatarii, vel creditoris supplet quoque defectum citationis, num. 21.

Creditores, vel legatarii, ubi absentes fuerint, citatio fit domesticis, aut amicis, num. 22.

Inventarium potest fieri per Regium Notarium, vel per Actuarium Curiæ, penes acta, num. 23.

Citatio, quando valeat sine certitudine diei, & horæ conficiendi inventarium, & quando non, num. 24.

In inventario etiam res alienæ depositæ, vel commendatæ apponi debent, & hæres amittit falcidiam, & duplum rei, quæ dolose non apponitur, num. 25.

Dolus hæredis in inventario non præsumitur, & quot modis a dolo hæres excusatur, num. 26.

In inventario quod fit extrajudicialiter, requiruntur duo testes integri, & ubi creditores, vel legatarii sunt absentes, requiruntur alii tres locupletes de jure communi, sed de consuetudine hoc requisitum non est necessarium in Regno hoc Neapolitano, num. 27.

In inventario requiritur, ut hæres se subscribat propria manu de jure communi; sed in Regno nostro Neap. de consuetudine nimis scrupulosa censetur hæc subtilitas, & ideo non servatur, num. 28.

In inventario requiritur de jure; ut hæres cognoscatur a testibus, & singula bona videantur. Quod neque servatur de consuetudine in hoc Regno, num. 29.

Hæres ut juvetur beneficio inventarii; debet necessario obtinere decretum, quod vulgo dicitur, Præambulum; in quo Judex decernat saltem tacite illum esse hæredem cum dicto beneficio, quod potest fieri ante, & post inchoatum inventarium; num. 30.

Clericus creditor certus, vel legatarius an possit nominatim citari in confectione inventarii faciendi per hæredem, remissive, num. 32.

Clericus, qui non est legatarius, nec certus creditor comprehenditur in citatione generali facta contra incertos creditores, num. 33.

Clericus, qui comparuit pro suo credito contra hæredem, poterit citari in confectione inventarii, num. 34.

Cle-

Clerico potest fieri extrajudicialis imbasciata, ut interveniat in confectione inventarii, & traditur formula imbasciatæ, num.35.

Clericus, qui reperitur præsens in inventario, habetur pro citato, num.36.

Moniales, & alii Religiosi, aut personæ in carceribus impeditæ non sufficit, si citentur ipsi, qui intervenire non possunt in confectione inventarii, dict. num.36.

Ecclesia hæres non conficiens inventarium ultra vires non tenetur, num.37.

Laicus hæres non conficiens inventarium non tenetur ultra vires Ecclesiæ creditrici, vel legatariæ, ut servetur æqualitas, num.38. *sed contrarium*, num.39.

De Franchis decis.236. & 285. & Ant. Barra resol.72. *declaratur, d.* num.39.

Bulla Clementis VIII. *contra hæredes non conficientes inventarium, declaratur, d.* num.39.

Limitatio ad Bullam prædictam, num.40.

Inventarium non est necessarium hæredi, quando patrimonium consistit in dote æstimata, vel est sub sequestro, vel aliter est certum, in quo non potest cadere occultatio, d. num.40.

Testator ubi jusserit legata solvi ex bonis suis, vel de pecunia in tali loco, ubi non reperitur tanta, hæres non tenetur de proprio, licet non fecerit inventarium, num.41.

Mulieres, & Minores restituuntur ad inventarium faciendum, quod prius non esset factum etiam adversus legata pia, & Ecclesiam, num.42.

Inventarium factum ab uno hærede prodest omnibus aliis, etiam si fiat a minore, vel muliere per restitutionem in integrum, nam restitutio concessa minori prodest majori, num.43.

Restitutio Minori in legatis piis à solo Pontifice concedi potest, sed adversus alios creditores conceditur a Judice caussa, num.44.

Restitutio, & excusatio circa inventarium non factum quid inter se differant, num.45.

Et quando excusatur hæres, eod.num.45.

Mulier fraudans inventarium non tenetur pœnâ dupli, sed ad simplum, num.46.

Hæres decocti non tenetur conficere inventarium, n.47.

Mobilia quomodo scribi debent in inventario, num.48.

Res parvi valoris scienter omissa non vitiat inventarium, d. num.48.

Majori datur restitutio ad inventarium non factum, faciendum, vigore clausulæ generalis (si qua mihi justa caussa) *& exemplificatur*, num.49.

Inventarium factum ab uxore de bonis mariti relevat ejusdem hæredem ab ejus confectione, num.50.

Inventario non indiget, qui hæres non est, num.51.

Inventario opus non est, quando defunctus non reliquit bona, vel bona sunt pauca, num.52.

Inventarium in quo loco fieri debet, ut sit validum, num.53.

Formula Præambuli ab intestato transversalium cum edicto.

1 NElla Corte T. espone Andrea T. e dice, come essendo passata a miglior vita Francesca T. sua Zia ab intestato l'eredità della detta spetta ad esso comparente, come nipote, e più prossimo in grado, stante non ha lasciati descendenti, nè ascendenti, nè altri più prossimi in grado del comparente.

Ovvero spetta per la terza parte al comparente, e per l'altre due parti a Michele, ed Antonia T. perciò fa istanza interponersi decreto di preambolo a suo beneficio, e così dice, ed in ogni altro miglior modo, &c.

2 Per Ducalem Curiam Terræ T. fuit provisum, & decretum, quod capiatur summaria informatio super expositis, & testes habeantur pro legitime citatis, & fiat citatio per edictum ad finem providendi, &c. hoc suum, &c.

Deinde fit edictum tenoris, v3.

De mandato Ducalis Curiæ Terræ T. Servientibus, &c. significamus qualiter in hac Curia pro parte Andreæ T. fuit præsentata comparitio tenoris sequentis, v3. (*s'inserisce detta comparsa per extensum*) in qua comparitione fuit interpositum decretum, v3. (*s'inserisce detto decreto*) ideo vobis, ut supra jam dictis, dicimus, committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem dicti exponentis, sive, &c. supradictam comparitionem, decretum, & omnia, ac singula in eis contenta notificetis, & intimetis per proclama voce præconis, ut moris est, per loca solita, & consueta omnibus, & quibuscumque interesse prætendentibus in hæreditate prædicta, quatenus infra dies novem, quorum tres pro primo, tres pro secundo, & tres pro tertio, & ultimo peremptorio termino assignamus, ut in dict. Curia T. compareant ad dicendum, quæ voluerint adversus petitionem prædictam, & quare contenta in ea exequi non habeant ad beneficium exponentis, alias, &c. citetis, & referatis in forma, & copiam affingetis in ipsa Curia T. datum in Terra T. die 7. mensis Februarii 1695.

Citatio per edictum contra prætendentes in hæreditate Franciscæ T. ut supra.

T.Gub. & Jud.

Citatio per edictum contra prætendentes in hæreditate Franciscæ T. ut supra.

T. Actuarius.

3 Eodem die mensis Februarii anno T. in d. Terra T. Nicolaus T. Juratus dictæ Curiæ retulit mihi, &c. se publicasse citationem supradictam alta, & intelligibili voce, ut moris est, per loca solita, & consueta dictæ Terræ, con dire, *chi ha interessi nell'eredità della qu. Francesca T. comparisca alla Corte, che se li farà giustizia*, & fuit copia affixa in ipsa Curia, &c. præsentibus pro testibus B. B. & C. C. & in fidem, &c. vel in publico sedili, vel in platea more, & loco solito.

T. Actuarius.

Il nono giorno si accusa la contumacia, v3.

4 Die decima sexta mensis Februarii 1695. in Terra T. Curia, &c. instante Parte, & petente fuit accusata, prout accusatur prima contumacia contra interesse prætendentes, & non comparentes in forma, &c.

E se comparisse qualcheduno in contrario, si dice, v3. Excepto T. de T. & T. de T. qui comparuerunt, ut ex eorum instantiis in actis, &c.

T. Actuarius.

Ed elasso il triduo s'accusa l'ultima contumacia, v3.

Die 20. mensis Februarii 1695. in Terra T. Curia pro Tribunali sedente, instante Parte, & petente fuit accusata ultima contumacia contra dictos interesse prætendentes, & non comparentes in forma, &c.

T. Actuarius.

Quando la contumacia accadesse in giorno di festa, si dirà.

Die 20. Februarii 1695. T. Curia, &c. non fuit accusata contumacia ob festum, ut in Kalendario, ovvero, ob festum talis Sancti, ovvero, ob festum Dominicum.

E s'accusarebbe il giorno appresso, che non sia festa.

Dopo s'esaminano li testimonj, v3.

Die 22. mensis Februarii 1695. in Terra T. & coram Dom. Gubernatore.

5 Marco T. della Terra T. dice l'officio suo esser speziale, d'età d'anni 35. come dice, e dal suo aspetto appare, testis summarie productus, & prævio juramento tactis scripturis interrogatus, & examinatus super tenore

nore retroscriptæ comparitionis toto facto caussa, & quicquid inde scit; Respondit; Signore, Io so la qu. Francesca T. che circa il tale Anno, e tale Mese nel tale luogo passò da questa vita, e viddi co' proprj miei occhi il suo cadavere sepellire alla tale Chiesa, sò, che non lasciò figli, nè altri discendenti, o ascendenti, nè più prossimi in grado, che Andrea T. suo nipote carnale, quale fu figlio del qu. Biasio T. Fratello carnale della detta qu. Francesca, e per quanto ho inteso, che non fè testamento, che è quanto può deponere de caussa scientiæ dixit, quia scit, vidit, interfuit, & de loco, & tempore dixit, ut supra.

Interrogatus de contestibus, dixit: ne può deponere A. B. C. ed altri.

Io Marco T. ho deposto, ut supra.

T. Gub. T. Act.

Et simili modo examinatis aliis testibus fit instantia, v3.

Andrea T. fa istanza, stante, che si sono ricevuti li testimonj, e costa l'esposto nella sua prima petizione, interponersi il decreto di preambolo in forma, omni modo meliori, &c.

Ubi si Capitaneus erit idiota, tunc fieri debet monitio ad Consultorem, juxta formulam in *Tit. 1. Cap. 1.* mutatis mutandis.

Sed si erit jurisperitus approbatus, fiat decretum, v3.

In caussa præambuli petiti in hac Curia Terræ T. per Andream T. nepotem qu. Franciscæ T. ejus amitæ, ut in actis.

Die 25. Februarii 1695.

6 Visa præsenti informatione capta de morte dictæ qu. Franciscæ, & quod ejus corpus Ecclesiasticæ sepulturæ sit traditum, per Curiam Terræ T. provisum, & decretum est dictum Andream T. esse declarandum, prout præsenti decreto declaratur hæres universalis, & particularis d. qu. Franciscæ T. amitæ ab intestato, & ad succedendum in omnibus bonis in hæreditate prædicta remansis, mobilibus, stabilibus, auro, & argento, & recolligentiis omnibus, ac nominibus debitorum, cum facultate exigendi credita, ac incusandi quascumque obligationes, & hæreditaria instrumenta liquidandi, aliaque faciendi, quæ citra jus, & nomen hæredis fieri non possunt, & quæ veris hæredibus permittuntur, hoc suum, &c.

T. Gub. & Judex.

Lectum, latum, die, quo supra, in Terra T., Curia pro Tribunali sedente, præsentibus pro testibus B. C. & aliis, &c.

T. Actuarius.

Formula Præambuli hæreditatis cum beneficio leg. & invent. ab intestato patris cum onere dotandi sororem.

7 In principali Curia T. comparet Petrus T. filius legitimus, & naturalis qu. Antonii T. dictæ Civitatis dicens, qualiter diebus præteritis, sicut Domino placuit, ab hac vita discessit dictus ejus pater nullo condito testamento, superstite ipso comparente, & etiam Lucretia ejus sorore, qui dubitans, hæreditatem dicti qu. ejus patris esse debitis involutam, & sic potius damnosam, quam utilem, intendit illam adire cum beneficio leg. & invent. ne in futurum teneatur ultra vires hæreditarias, instat ad eam admitti, & debitas provisiones in forma expediri contra omnes creditores, ut decet, & quod immiscuit se hæreditati prædictæ cum dicto beneficio, & non aliter, & etiam pro juribus maternis, & aliis juribus, & actionibus ipsi comparenti semper salvis, implorans, &c. deducens, &c. non se adstringens, &c. omni alio meliori modo, &c.

Per principalem Curiam Civit. T. provisum, & decretum est, quod de expositis capiatur summaria informatio, & testes habeantur pro legitime citatis, hoc suum, &c.

Et examinatis testibus modo, quo in superiori formula, fit instantia, v3.

8 Pietro T. di nuovo compare penes acta, stante che crede a vere sufficientemente fatto costare della morte, e sepoltura del qu. suo padre, e che non vi sono altri discendenti, se non che esso comparente, e Lucrezia sua sorella, fa istanza perciò interponersi a suo beneficio il decreto di preambolo in forma, e procedersi alla confezione dell'inventario.

In Dei nomine, Amen.

9 In caussa præambuli petiti per Petrum T. visaque informatione capta de morte dicti qu. Antonii T. & quod ejus corpus Ecclesiasticæ sepulturæ sit traditum, per principalem Curiam T. provisum, & decretum est dictum Petrum esse declarandum, prout præsenti decreto declaratur hæres universalis, & particularis prædicti qu. Antonii ejus patris ab intestato, cum onere tamen dotandi Lucretiam ejus sororem, & ad dictam hæreditatem esse admittendum, prout admittitur cum beneficio leg. & invent. & cum juribus maternis, aliisque juribus, si quæ sunt, sibi semper salvis, & ad succedendum in bonis remansis in hæreditate prædicta, mobilibus, & stabilibus, auro, argento, recolligentiis omnibus, & nominibus debitorum, cum facultate exigendi credita, & incusandi quascumque obligationes, & hæreditaria instrumenta liquidandi, aliaque faciendi; quæ citra jus, & nomen hæredis fieri non possunt, & quæ veris hæredibus permittuntur, decernendo inventarium fieri debere, ut juris est, hoc suum, & expediatur citatio per edictum in forma, &c.

T. Gub. & Judex.

Lectum, latum, &c. die quo supra 1. Januarii 1696. In Civit. T. Curia, &c. præsentibus T. T. & T. T. aliisque pro testibus.

T. Actuarius.

Deinde expeditur edictum v3.

De mandato principalis Curiæ T.

10 Servientibus nostræ Curiæ insolidum, &c. noveritis qualiter diebus elapsis per decretum præambuli ipsius Curiæ fuit declaratus hæres universalis, & particularis Petrus T. qu. Antonii T. sui patris ab intestato, & intendens dictus Mag. Petrus in dictam paternam hæreditatem se miscere cum beneficio leg. & inv. dubitans ne hæreditas prædicta sit potius damnosa, quam lucrosa, & ne in futurum teneatur de proprio, & ultra vires hæreditatis, nisi in quantum hæreditas prædicta se extendit; Ideo citentur suprascripti creditores, & interesse habentes in hæreditate prædicta, si certi personaliter, vel domi, & incerti per proclama voce præconis, ut moris est, per loca solita, & consueta dictæ Civitatis, quatenus si sua putaverint interesse, proxima prima die Lunæ, quæ computatur dies decima sexta præsentis mensis T. & anni T. hora vigesima, compareant ante januam Parochialis Ecclesiæ Sancti Michaelis Archangeli T. T. ubi erunt Judex ad contractus, Notarius, testes, & locupleti ad videndam aditionem hæreditatis prædictæ cum dicto beneficio leg. & inv. & ad videndum confectionem inventarii bonorum hæreditariorum dicti qu. Antonii T. alias advenientibus dicta die, & hora, & ipsis non comparentibus procedatur in eorum contumacia, vel absentia non obstantibus, &c. & ut omnibus innotescat, præsens citatio affigatur in valvis solitis hujus Curiæ, prout affigi mandatur. Datum in Civitate T. die duodecimo mensis Januarii 1696.

T. Gub. & Jud.

Nomina creditorum certorum sunt, v3.

T. di T. creditore in ducati 300. in circa.

T. di T. creditore in ducati 30. in circa.

T. di T. pretende una somma incerta.

E tutti gli altri creditori incerti per publico proclama.

Citatio super aditione hæreditatis qu. Antonii T, contra creditores, ut sup. &c.

T. Actuarius.

11 Eodem quo supra die duodecimo mensis Januarii 1696. in Terra T. Nicolaus T. ordinarius juratus dictæ Curiæ retulit mihi infrascripto Actuario se publicasse dicta die retroscriptum edictum per loca solita hujus Civitatis, alta, & intelligibili voce more præconis, & affixisse copiam in valvis Curiæ, modo, & forma sibi commissis, præsentibus pro testibus Joanne T., & Francisco T., & aliis. Nec non se dicta die intimasse retroscriptis creditoribus certis personaliter, & domi, prout sunt signati, modo, & forma sibi commissis, & in fidem, &c.

T. Actuarius.

Alia Formula citationis contra certos creditores.

CAROLUS

DEI GRATIA

Hispaniarum Rex,

Ac Romanorum IMPERATOR semper Augustus, &c.

D. *Joseph Leopoldus Sanseverino Princeps Bisiniani, &c., & in præsenti Regno Magnus Magister Justitiarius, &c. Quibusvis Alguzeriis, & Servientibus tam hujus M.C.V., quam aliarum quarumvis Curiarum, & locorum ad infrascripta insolidum requirendis significamus, qualiter mediante decreto præambuli, lato per ipsam M.C. sub die 15. præsentis mensis Junii, Magnifici Franciscus, Marcus, Carminus, & Ludovicus Porfidi fuerunt declarati filii legitimi, & naturales, & hæredes ab intestato qu. Dominici Porfidi, cum onere dotandi sorores, & dubitantes, ne hæreditas prædicta sit eis potius damnosa, quam lucrosa, & ne jura confundantur, & ultra vires teneantur; Ideo deliberaverunt illam adire cum beneficio L., & I., Quapropter citentur creditores certi dictæ hæreditatis, quatenus die Lunæ, qua computabitur vigesima septima die proximi venturi mensis Augusti, hora decima quarta, seu quasi comparere debeat, & habeant ante Venerabilem Ecclesiam Sanctæ Mariæ Jesus Monialium hujus Civitatis Neapolis ad videndum actum aditionis dictæ hæreditatis, & publicationem Inventarii bonorum remansorum in dicta hæreditate, cum Notario, Judice ad Contractus, Testibus, & Locupletis, alias illis non comparentibus, procedatur ad actum prædictum, non obstante eorum absentia. Datum Neapoli die 27. Junii 1714.*

Nicolaus de Rugerio.

Franciscus de Rugerio Act. M.

Citatio contra certos Creditores, ut sup.

Nomina citandorum, vz.

T. e T.

T. e T.

Die 9. mensis Julii 1714. in Plagenis inferioribus, Camillus Caputus ordinarius Juratus dictarum Plagenarum retulit mihi infrascripto se hodie supradicto die intimasse supradictam citationem, sive ordinem expeditum per M. C. V. ad instantiam Magnificorum Filiorum, & hæredum qu. Dominici Porfidi, supradictis personis in calce supradictæ citationis adnotatis, modo, & forma, ut sunt signati personaliter, & domi, & similiter fuit affixa copia præsentis citationis in Platea publica dictarum Plagenarum hodie prædicto die, modo, & forma sibi commissis, & ad fidem, &c. ita retulit, &c.

Felix N. ex relatione, &c.

Ita est, &c., & ad fidem ego Notarius Angelus Cinelli a Plagenis signavi requisitus, &c.

Adest Signum.

Formula Citationis contra incertos creditores.

De Mandato M. C. V.

B*Ando, e comandamento da parte della G. C. della Vicaria, e del suo Gran Maestro di Giustizia; con il quale si fa noto, che mediante decreto di preambolo interposto per detta G. C. a' 15. del presente mese di Giugno li Magnifici Francesco, Marco, Carmine, e Ludovico Porfidi sono stati dichiarati figli legitimi, e naturali, ed eredi ab intestato del qu. Domenico Porfido, con peso di dotare le sorelle, e perchè dubitano, che l'eredità predetta loro non sia più tosto dannosa, che lucrosa, ed acciocchè le ragioni non si confondano, e che non siano tenuti ad altro, se non che quanto le forze di detta eredità si estendono; per lo che per lo presente bando si citino tutti gl' incerti creditori di detta eredità, che il giorno di Lunedì venturo 27. del venturo mese di Agosto ad ore 14. seu quasi debbiano compàrire avanti la Venerabile Chiesa di Santa Maria del Giesù di RR. Monache di questa Città a vedere l'atto dell' adizione di detta eredità, e pubblicazione dell' Inventario de' beni rimasti in essa eredità con il Notaro, Giudice a Contratto, testimonj, e locupleti, che altrimente essi non comparentino, si procederà all' atto predetto, non ostante la loro assenza. Datum Neapoli die 27. mensis Junii 1714.*

Nicolaus de Rugerio.

Franciscus de Rugerio Act. M.

Citatio contra incertos creditores, ut sup.

Die trigesima mensis Julii 1714. Neap. Nicolaus Zucchi Tubicta M. C. V. retulit publicasse retroscriptum bannum per loca solita, & consueta hujus Civitatis alta, & intelligibili voce more præconis, ut moris est, &c.

Athanasius.

12 Inventarium manu Reg. Notarii per actum publicum.

Die decimosexto Januarii 1699. in Terra T. hora vigesima jam pulsata ante portam Parochialis Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli in T. vicinatu, &c. ad preces nobis factas pro parte Petri T. hæredis ab intestato qu. Antonii T. sui patris, mediante decreto præambuli lato per Curiam dictæ Civitatis T. sub die nona currentis mensis Januarii, personaliter accessimus ad portam dictæ Parochialis Ecclesiæ, & dum essemus ibidem dict. Petrus asseruit dictam paternam hæreditatem adire velle cum beneficio leg. & invent. & publicum propterea conficere Inventarium de omnibus bonis, juribus, & actionibus hæreditatis prædictæ, ne ultra vires hæreditatis teneatur, & actiones quas habet non confundantur, expresse protestatus fuit; Ideo pro futura cautela, & indemnitate sua fuit per dictam Curiam interpositum decretum præambuli sub dicta die nona currentis mensis Januarii cum dicto beneficio leg. & invent. & fuit expedita citatio per edictum, tam contra creditores incertos, quam contra certos, cujus tenor est, (*inseratur retroscriptum bannum*) Quibus omnibus sic assertis, & citatione modo quo supra notificata, & vocatis creditoribus prædictis, & aliis interesse prætendentibus, & nobis ibidem expectantibus, & moram facientibus hora, & loco prædictis destinatis, nemo comparuit, & cum hora jam statuti termini transierit facta debita mora, volens procedere ad confectionem dicti Inventarii; in primis coram nobis dictus Mag. Petrus T. declaravit se esse universalem hæredem ab intestato dicti qu. Antonii sui patris cum beneficio leg. & invent. & non aliter,

nec

nec alio modo, dictoque beneficio semper velle uti, & expresse sibi reservavit, & reservat in qualibet parte præsentis contractus omnes actiones, & omnia jura sibi competentes, & competentia super bonis, & hæreditate prædictis quomodocumque, & qualitercumque, & quod actiones non confundantur, & assumptis duobus locupletibus viris bonæ conditionis, & famæ, & multam substantiam possidentibus v3. Mag. Petro T. & Mag. Joanne T. in contumaciam creditorum, & loco interesse volentium ibidem præsentibus, & asserentibus scivisse, & cognovisse dictum Mag. Petrum T. filium, & hæredem, ut supra, seque ipsos vidisse omnia sequuta, dicta, & declarata, & quæ agebantur, testificantibus coram nobis, fuisse, & esse vera, & vidisse scripta, & annotata omnia infrascripta bona reperta in hæreditate prædicta, prout dictus Petrus dixit, & declaravit; idcirco ipse Mag. Petrus T. ad prædictam inventarii confectionem, & publicationem devenit præmisso signo, & signaculo sanctæ Crucis ✠ ut moris est, & præmissa protestatione addendi, si quid fuerit, quod describendum esset in hoc inventario, ex incuria, vel errore, non autem ex vitio, vel dolo, cum bona fide publice, & palam conficiat, vel admovendi, & diminuendi si quid fuerit scriptum, quod inventariari, & describi non debeat, cum juramento declaravit in hæreditate prædicta post mortem Antonii sui patris non fuisse reperta alia bona præter infrascripta, quæ ad ejus notitiam hactenus perventa sunt, v3.

In primis, una Casa consistente in tanti membri sita nel tal luogo, confine li tali, &c.

Item, li tali stabili.

Item, li tali mobili.

Item, li tali crediti, &c.

Quo quidem Inventario, seu Repertorio, ut dicitur confecto, dictus Petrus T. asseruit coram nobis, & tactis scripturis sponte juravit se processisse ad confectionem dicti Inventarii pure, simpliciter, & bona fide; nullamque fraudem, vel dolum intervenisse, & si de cætero alia ad ejus notitiam bona pervenirent, illa protestatur in præsenti Inventario addere, seu aliud inventarium de novo facere, semel, & pluries, prout de jure permittitur; Et similiter, si quæ in toto, vel in parte non ponenda prodiderint, apposita pro non appositis, & non apposita pro appositis habeantur; de quibus omnibus sic peractis prædictus Petrus T. requisivit nos &c. quod conficere deberemus hoc præsens publicum instrumentum, &c. nos &c. unde, &c.

13 Formula decreti præambuli, quando soror est maritata, vel mortua, hæreditatis patris, & patrui per intermediam personam patris.

In Dei nomine. Amen.

IN causa Præambuli petiti in hac principali Curia T. per Rev. D. Donatum Antonium, & Philicum Doct. Philippum T. super hæreditate Phisici Doctoris Francisci eorum communis Patris, & per intermediam personam dicti Francisci super hæreditate Phisici Doct. qu. Ludovici T. eorum patrui, ut in actis.

Die T. mensis T. 1696.

Visa præsenti informatione capta de morte qu. Medici Ludovici T. & quod ejus corpus Ecclesiasticæ sepulturæ sit traditum, superstite Medico Francisco T. ejus fratre in gradu proximiori, & quod post obitum dicti Ludovici obiit quoque dictus Franciscus, ejusque corpus sit quoque Ecclesiasticæ sepulturæ traditum superstitibus dictis Rev. D. Donato Antonio, & Philippo filiis, & Theresia filia, quæ jam fuit dotata, & maritata, & Joanna filia, quæ adhuc virgo in capillis ultimum suum clausit diem, dicta Principalis Curia T. providendo decernit dictos Rev. D. Donatum Antonium, & Medicum Philippum T. esse declarandos, prout præsenti decreto declarantur hæredes universales, & particulares dicti qu. Francisci T. eorum patris ab intestato, & per intermediam personam dicti eorum patris hæredes universales, & particulares dicti qu. Ludovici eorum patrui similiter ab intestato; & ad succedendum in omnibus bonis in hæreditate prædictorum remansis, mobilibus, stabilibus, auro, argento, & recolligentiis omnibus, ac nominibus debitorum, cum facultate exigendi credita, ac incusandi quascumque obligationes, & hæreditaria instrumenta liquidandi, & incusandi, aliaque faciendi, quæ citra jus, & nomen hæredis fieri non possunt, & quæ veris hæredibus permittuntur, hoc suum, &c.

14 Formola della citazione, ed inventario, che si fa per il Mastrodatti, senza il Notajo in casa del defonto, e non nella Chiesa, T. di T. Duca di T., &c.

Dottor T. di T. Governatore di &c.

PErchè la B. M. del qu. Antonio T. di questa Città di T. li giorni passati andò all'altra vita, e mediante decreto di preambolo, interposto per questa Corte di T. è stato dichiarato il Magn. Pietro T. suo figlio, ed erede cum b.l. & I. il quale dubitando, che in futurum non sia tenuto oltre le forze di detta eredità, intende immischiarsi in quella con il detto beneficio della l. & I. Per tanto qualsivoglia creditore, e persona, che pretendesse iut resse sopra d. eredità, debbia legitimamente nel giorno di Lunedì 16. del corrente mese di Gennaro ad ore 20. in circa comparire in questa Corte a dichiarare i loro crediti, e per qual causa devono conseguire, ed a dire ciò che loro occorre, ed assistere, ed essere presenti nella casa di d. qu. Antonio T. sita in questa Città, e proprio al T. luogo, e vedere la confezione dell'Inventario, che si farà per d. erede delli beni predetti ereditarj, altrimente non comparendo nel dì, ora, e loco predetti, si procederà all'atto dell'adizione di d. eredità, e confezione del pubblico inventario simpliciter, & bona fide in loro contumacia, ed assenza non ostante, ed acciò venga a notizia di tutti, volemo, che li creditori certi s'intimino personalmente, o domi, e gl'incerti per pubblico bando, con affigersi copia del presente nelli luoghi soliti in forma. Salerno li 12. Gennaro 1696. Nomi de' creditori certi.

Mag. Fabio T. in duc.

Si fa la relazione, conforme si è fatta nella formola precedente, e poi si fa l'inventario v3.

In Dei nomine. Amen.

15 Anno 1696. in Civitate T. nos U. J. D. T. Gubernator, & Judex, & T. Actuarius dictæ Civitatis in præsentia infrascriptorum testium die vero decima sexta Januarii, hora vigesima jam pulsata, accessimus ad domum quondam Antonii T. sitam in hac Civitate, & proprie in T. loco juxta bona T. & T., viam publicam, & alios fines, ad instantiam Mag. Petri T. filii, & hæredis ab intestato dicti q. Antonii sui patris, & intendens ejus hæreditatem adire, cum beneficio leg. & invent. ne ultra vires hæreditarias teneatur, & ne actiones confundantur, vocatis creditoribus prædictæ hæreditatis, & aliis interesse prætendentibus, & nos ibidem expectantibus, & moram facientibus, nemo comparuit, & proinde assumptis duobus locupletibus viris bonæ conditionis, & famæ, & multam substantiam possidentibus v3. Magn. T. e T. & in contumaciam creditorum, & aliorum interesse habentium ibidem præsentibus, & absentibus scivisse, & cognovisse d. qu. Antonium, ac scire, & cognoscere dictum Petrum filium, & hæredem, ut supra, seque ipsos vidisse

disse omnia sequuta, dicta, & declarata, & quæ agebantur, & testificantibus coram nobis fuisse, & esse vera, ac vidisse scripta, & annotata omnia infrascripta bona reperta in hæreditate prædicta, & in præsenti actu confectionis, & publicationis inventarii velle interesse; Idcirco dictus Magn. Petrus T. ad prædictam inventarii confectionem devenit, præmisso signo, & signaculo Sanctæ Crucis ✠ cum subscriptione suæ propriæ manus, juravit, tactis scripturis, infrascripta bona in hæreditate prædicta remansisse, & esse v3.

In primis, una casa consistente in tanti membri, sita, &c.

E nella prima Camera sono li tali mobili v3.

Item alla camera a mano destra, &c.

Quibus omnibus modo, quo supra descriptis, & inventariatis dictus Petrus juravit nullum dolum, nec fraudem intervenisse, cum protestatione addendi, vel minuendi, & aliud inventarium de novo faciendi toties, quoties, &c., & quod apposita pro non appositis, & non apposita pro appositis habeantur, quibus omnibus sic peractis dictus Magn. Petrus T. protestatus fuit modo, quo supra, & requisivit nos, &c.

Io Pietro T. confirmo, ut supra, &c.

Io T. locupleto sono stato presente.

Io T. T. sono intervenuto per locupleto.

T. T. sono testimonio.

T. T. sono testimonio.

T. T Actuarius stipulavit.

INventarium, quod fit ab hærede, qui vult gaudere beneficio leg. & invent., est descriptio bonorum mobilium, & immobilium defuncti facta auctoritate Judicis per personas publicas, vocatis creditoribus, & his, quorum interest, cujus finis est, ut res salvæ sint creditoribus, & ne hæres amplius teneatur, *Roland. a Valle in tract. de inventario qu.* 10. *num.* 1. *Borrell. in sum. decisionum lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 4. & ut sit validum plura requiruntur.

16 Primo, ut inchoetur infra mensem, & infra alios duos menses compleatur a die, quo sciverit se esse hæredem, si præsens sit, si vero absens sit, tempus unius anni a die mortis testatoris, licet magis communis opinio sit, quod tempus conficiendi inventarium currat a die aditæ hæreditatis post scientiam, nisi malitiose differat adire, vel nisi petierit terminum ad deliberandum, quia tunc utroque casu a die scientiæ currere tempus ad inventarium conficiendum firmat *Peregrin. in prax. civil. par.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 5. *num.* 22. *Roland. de inventario p.* 3. *qu.* 12. *num.* 1. alias frustra fieret inventarium, si non inchoatur intra 30. dies, *l. fin. C. de jure delib.* sed hodie hoc requisitum non esse necessarium testatur *D. Cons. & Reg. Petr. rit.* 286. *nu.* 24. *ex Guid. Pap. dec.* 571. *Roland. cons.* 73. *num.* 2. *lib.* 2. & sic ex consuetudine receptum esse in nostro Regno Neapolitano; & quod dicti tres menses incipiant currere a die, quo fit præambulum, & sic a die aditæ hæreditatis, & hoc intellige, quando malitiose non distulit hæres; Quæ malitia non præsumitur, nisi probetur, ut late d. *Petra* aureis rationibus ibi adductis, & *de Rosa ad Consuet. Neap. fol.* 142. *n.* 698. ubi ratio assignatur, adeo quod si editur per Procuratorem, tempus non currit a die procurationis factæ, sed a die, quo interponitur decretum præambuli, *de Rosa ad Consuet. Neap. fol.* 143. *num.* 701. *& Ann. allegat.* 21. *& Mascard. de probat. lib.* 1. *concl.* 49. *num.* 5.

Nam per constitutionem procuratoris non inducitur aditio, *de Franch. dec.* 60.

Et ratio, quare tempus conficiendi inventarium currat a die aditæ hæreditatis? Quia ante aditam hæreditatem, hæres non est; Hoc tamen intelligunt DD., nisi malitiose distulerit, ita concludit *M. Antonius Peregrinus de fideicomm. art.* 32. *num.* 4. *ex glos. in l. fin. §. cum igitur C. de jure deliberandi. Decius cons.* 633. *& aliis ibi cit.*

Et ratio, quare inventarium non juvet hæredi, qui petiit terminum ad deliberandum? quia sibi imputet, quod elegit antiquum beneficium, & reliquit novum, *de Franch. dec.* 560. *num.* 5. *de Luca ibidem, Petra ritu* 94. *ex tex. in l. final. §. sin autem in hoc aliquid fecerit, C. de jure deliberandi.*

Hæres vero in Curiis Ecclesiasticis, & in statu Ecclesiastico tenetur infra duos menses deliberare hæreditatem adire, & inventarium conficere, si præsens sit; Absens vero citra montes, infra quatuor, & ultra montes infra sex menses a die obitus testatoris, per *Bull. Pii IV. super reformat. fing. cust.* quæ est ejus *Constitutio* 48. incipiens, *Cum inter, §. a die obitus*, secundum antiquam impressionem, ut advertit *Salust. Tiber. in prax. lib.* 1. *c.* 55. *n.* 1. & sequitur *Peregr. ubi sup. num.* 23.

17 Secundo, ut in inventario apponatur ab hærede sacrol. signum Crucis, quæ solemnitas, ubi adesset statutum, vel consuetudo conficiendi inventarium cum appositione signi ✠ omnino esset apponendum, alias inventarium non valeret, *Peregr. in prax. civ. par.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 5. *num.* 25. *ex Bart.* & *DD. in l. de quibus, ff. de legatis.*

Ubi autem hæc consuetudo, vel statutum non est, non vitiatur inventarium, quia appositio sanctissimi signi ✠ est parva solemnitas, ut dicit *Bart. in l. fin. §. cum igitur, num.* 2. *& Jason num.* 4. *Croal. dec.* 508. *Rot. dec.* 72. *num.* 12. *p.* 2 *divers.*

18 Tertio requiritur, ut citentur omnes creditores, & legatarii, etiam conditionales: alias non potest juvari inventarii beneficio contra eum, qui non fuerit citatus, quia gesta sunt nulla absque citatione, & non præjudicant interessatis, *Verde ad Gallupp. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 46. *Surd. cons.* 227. *n.* 1. *lib.* 2.

Etsi creditores fuerint certi, sunt nominatim citandi, & specialiter singuli, alias sufficit citatio per edictum, vel per proclamationem: Unica tamen citatio sufficit, tam contra creditores certos, quam incertos, *Peregr. in prax. civ. par.* 2. *sect.* 3. *intersect.* 5. *n.* 26. *&* 27. *Mantica de invent. §.* 7. *num.* 17. *Roland. de invent. p.* 3. *cap.* 21. *Put. dec.* 266. *n.* 4. *in corrept. lib.* 3.

19 Et in tali citatione non opus est peremptorio, quia dicitur citatio extrajudicialis, ista, quæ fit ad inventarium faciendum, & in extrajudicialibus peremptorium non apponitur; *Verde ubi supra, Phanuc. de invent. par.* 3. *n.* 19. *Grat. quæst. forens.* 797. *n.* 4.

20 Sufficit tamen quælibet denunciatio eis etiam per ipsummet hæredem, vel alium facta extrajudicialiter, ut veniant ad confectionem inventarii, cum sit levis præjudicii; *Verde ubi supra, Bart. cons.* 154. *n.* 4. *lib.* 1. *Put. dec.* 266. *lib.* 3. *n.* 6.

21 Et præsentia legatarii, vel creditoris supplet defectum citationis, *Verde ubi supra, Capyc. decis.* 1. *n.* 32. *& alii ibi.*

22 Etsi creditores certi, vel legatarii fuerint absentes, citari debent eorum domestici, aut amici, aut in eorum absentia tres alii testes, sive locupletes, ut posuimus in formula.

Etsi dicti creditores certi, fuerint Ecclesiastici, dicemus inferius.

23 Hic adverte, quod inventarium, vel fieri debet manu publici Notarii ad hoc specialiter rogati, ut in *l. fin. §. sin autem dubius, C. de jure delib.*

Vel judicialiter coram Judice apud acta Curiæ, ut *Guid. Papa de invent. num.* 232. *Roland. part.* 3. *cap.* 50. *ad fin. Rota dec.* 72. *num.* 58. *part.* 2. *divers. & Peregrin. ubi supra.*

24 Hoc tamen discrimine, quod si fit extrajudicialiter per manum publici Notarii, tunc creditores sunt citandi

tandi ad diem, horam, & locum certum, quia est actus extrajudicialis, ita *Alex. conf.33.num.9. lib.6. Duran. dec.14.n.5.Peregr.ubi supra n. 17.*

Quando autem fit per Actuarium judicialiter coram Capitaneo, tunc citatio substinetur, etiam sine die, nam tali casu intelligitur ad primam diem, uti in omni citatione judiciali, ita *Peregr. ubi supra n.28. Boccacc. de remissor. cap.10. n.68. Puteus decis.19. de jud. & dec.212. lib.2. in nov. impress.* ubi loquitur de citatione ad sententiam, *Cardin.Seraph. dec.857. n.13. Mantic. dec.8.n.3.& dec.155.*, & alii apud *Peregr.*

Et dum citatio fuit concessa cum die, & hora in albo, his verbis vz. *Comparuit die . . . . & hor. . . . instantis mensis cum continuatione.* Et in fine citationis vz. *Datum die 20. mensis Maii* 1696. fuit valida judicata dicta citatio, quia dum in fine est expressa certa dies, & certus mensis; verba referuntur ad solam mentem ad sensum hominis bene sensati, ut late *D.Consf.Petra rit.286.n.29.* imo dicit sufficere, ut vocentur creditores absque destinatione certæ diei, vel horæ, quia levis hæc reputatur solemnitas, *D. Petra ibid.*

25 Quarto requiritur, ut in inventario apponantur omnia bona hæreditaria corporalia, mobilia, immobilia, cum demonstrationibus, & descriptionibus, ac finibus; necnon jura, actiones, credita, & debita, commoda, & incommoda; etiam res alienæ depositæ, vel commodatæ, & ibi repertæ, *l. si qui intra, C. de bonis prascriptorum, §. extraneis, instit. de hæred. qualit. & different.* & ibi *Angelus, Jason. Mynsig. Oinot. & alii, Phanucc. de invent. part.3.num.1.& num.30. Mantic. de invent. §.8. principaliter 58. Roland. conf. 73. num.43. l. 2. Natt. conf.574. num.2. & conf.575. num.4.*

Sed bona cautela erit in ipso inventario annotare dominium rei alienæ repertæ in domo defuncti, quia si describitur, ut propria defuncti, standum est inventario, quando aliquod mobile, quod occultari posset, in controversia deducitur; secus quando est immobile, quod occultari non potest, tunc standum est veritati, ita *de Rosa ad consuet. Neap. fol.146.* ex *Bald. in l.fin.C.de arbitr.tut.*

Si aliqua enim res non fuerit annotata, hæres amittit falcidiam, & tenetur ad duplum rei, quam dolose describere omisit, ut in *l.fin.§.licentia, versillo, videlicet, observando C.de jure delib. Rot.Jan.dec.35.num.3. Peregr. in prax. civil.par.2. sect.3.subsect.3.intersect.5.* Sed hæc conclusio fallit in muliere, quæ non tenetur in duplum, ut videbis *n.46.* inferius.

26 Ubi vero quis dixerit, quod aliqua res fuit dolo hæredis omissa, ei incumbit onus probandi omissionem fuisse dolosam, *l.dolum, C.de dolo malo, l.quoties, §. qui dolo, ff. de probat. cap. afferte mihi gladium de præsumpt. Pereg. ubi supra.*

Præsumitur autem dolum non intervenisse, pluribus modis.

Primo, si in inventario fuerit apposita clausula, *salvo jure addendi, &c.* vel protestatio de addendis omissis cum primum ad notitiam pervenerint; Et si aliquæ non apponendæ appositæ fuerint, quod non velit eas pro appositis haberi, ut late *Peregr. ubi supra.* Nam ex clausula *de addendo*, quæ omissa fuerint, excluditur dolus, & arguitur bona fides; tamen dicta clausula non juvat, quando adest in hærede scientia, ut quia bona sunt in libris descripta, & illorum exigentia; nam dicta clausula operatur, stante ignorantia tantum, *Staiban. resol.95. in observ.20. Gratian.discept.for.531.num.12.* Et similiter clausula, *quod non habeantur pro appositis, quæ non sunt apponenda*, non operabitur, nisi postquam fuerit dictum, quod non erant describenda, nam interim stabitur descriptioni in præjudicio descriptæ, *Staib.ubi sup.*

Secundo, quando hæres, realiter est bonæ qualitatis, *Surdus dec.212. in fin. & Peregr. & alii, ubi supra.*

Tertio, quando hæreditas consistit in stabilibus, quæ occultari nequeunt; imo in his non solet fieri solemne inventarium, sed tantum simplex descriptio sine solemnitate *l.2. C.quando, & quibus, l.10. Bald. conf.38.n.5.lib.1. & conf.265.lib.3. Greg.dec.169. n.8. Duran. dec.387. num.17. & 21. Rot.Rom.dec.109.n.1. Peregr. ubi supr. n.32.*

Quarto, si hæreditas consistat in mobilibus modici momenti, quia in modicis occultatio non præsumitur, nec fraus, & in eis sufficit simplex annotatio; *Bald. conf.265.lib.3.l.cum hi, §.modus ff.de transact. Oltrad. conf.162.* & quod hæredis juramento creditur in rebus minutis, & mobilibus, docet *Staib. resol.95. tom.1. num.31.* ex doctrina *Bart. in l.2.C.quibus, & quando quarta pars, &c. lib.10.n.12.* per *Text. in l. scimus, quæ est fin. §.in computatione, seu potius in §.licentia, C. de jure deliber. & d. Staib.d.resol.95. num.3.* refert duas decisiones S.R.C., ubi hæres omisit describere in inventario mobilia maximi valoris, fuit inventarium declaratum validum, nec ad pœnam dupli condemnatus, sed solum ad exhibenda dicta bona, sive illorum pretium.

Ultimo quæcumque caussa etiam illegitima excusat a dolo, *Rot.Jan. decis.35. n.3. Peregr. ubi sup. Staib. resol.95.tom.1.num.15. Gratian.discept.for.998. lib.4. num.11.*

Et quod dolus probandus est per allegantem, ita decisum in *Rot.Rom.* refert *Gratian. discept.532.n.19. tom.3.* & dolus censetur probatus eo ipso, quod constat de scientia hæredis; nam quando de dicta scientia constat, inventarium habebitur pro non facto, etiam si omittitur unius rei descriptio, in totum corruit inventarium, & hæres tenebitur insolidum creditoribus, *Gratian.discept.for.532.n.10.Staib.resol.95. in obser.n.9.tom.1.*

Et scientia non probata præsumitur, quod omissio potius fuerit ex ignorantia, quam ex dolo, *Surd.dec. 222. Grat. & Staib. ubi sup.* & sic quando non constat de scientia hæredis, dum non præsumitur dolus, tunc erit probandus per allegantem, *dictis DD. ubi supra.*

27 Quinto, ut inventarium valeat, requiritur, ut adhibeantur saltem duo testes integri, qui locupleti vocantur, sed si fit judicialiter, defectus horum testium suppletur per præsentiam Judicis, *Bald. conf.147.n.2. l.4.Rot.Rom.dec.331.n.3.p.5.Peregr.ubi supra.*

☞ *Dominus Consiliarius Joseph de Rosa consult.19.n.8.* dubitavit de validitate inventarii facti per locumtenentem Curiæ Camerotæ cum interventu sex testium, tres quorum poterunt esse loco locupletum, quia non minus tres locupleti requiruntur per *Auth.de hæred., & falcid. §. vero absentes*, ibi: *Testes in ipsa Civitate fide digni, & possidentes substantiam, & optima qualitatis existentes non minus tres, &c. & Salgad. in labyr.credit.decis.R.R.17.n.8.*

Item quoad creditores, vel legatarios præsentes, & citatos sine dictis testibus, inventarium valet quoad eos, *Roland.de invent.par.3.cap.27.n.6. Bald.conf.265. n.2. Burat.dec.75.n.7.Rota dec.199.n.7.*

Quoad absentes vero ultra dictos testes adhibendi sunt loco prædictorum absentium alii tres testes locupletes, qui eliguntur juxta formam per nos traditam.

Sed in Regno nostro hoc requisitum non est necessarium; nam de consuetudine fit coram Notario; & duobus testibus, & Judice ad contractus, ut de dicta consuetudine testatur *Petra d.rit.186.num.24.* Quicquid dubitatum dicat *Joseph de Rosa d.consul.19.*

28 Sexto requiritur, quod hæres subscribat propria

manu

Digitized by Google

manu in inventario, & casu quo scribere nesciat, adhiberi debet alter Notarius, qui pro hærede scribere nesciente se subscribat, ultra Notarium, qui inventarium conficit; ut expresse habetur in *l.fin. §.fin autem dubius, C. de jure delib. Rot.de invent.par.3.c.474.& 490.Rot.dec.72.n.9.p.2.*

Quod intelligendum est, quando fit inventarium extrajudicialiter manu tantum publici Notarii, non quando fit apud acta coram Judice, *Roland. d.part.3. cap.52. Bald.cons.147. num.2.lib 4. Seraphin.dec.371. num.2.*

Sed hodie talis subscriptio de consuetudine non servatur, quia nimis scrupulosa subtilitas censetur, ita *Cavaler.dec.544.n.4.Peregr.in prax.civil.d.par.2.sect.3. subsect.3.intersect.5.n.34.in fine.*

29 Sed requiritur, quod testes cognoscant hæredem, & videant singula mobilia. Quæ conclusio fallit quatuor casibus, vz.

Primo, stante bona qualitate hæredis.

Secundo, in stabilibus.

Tertio, quando mobilia sunt modici valoris.

Quarto, si fit judicialiter apud acta; nam his in casibus cessat omnis præsumptio fraudis, *l.omnium, C.de testam.Cavaler.decis.28.num.3.Duran.decis.387. num.21.Peregr. ubi supra.*

Et de consuetudine in hoc nostro Regno fit ante aliquam Ecclesiam cum simplici nota data ab hærede in manibus Notarii, quod procedit aliquo creditore non contradicente.

30 Octavo, requiritur decretum Judicis, qui interloquatur, saltem tacite hæredem esse admittendum ad hæreditatem adeundam cum beneficio leg.& inventarii, quod potest opponi, tum ante inchoatum inventarium, quam post, & in principio, & in fine, *Rot.decis.33 par.5.recent.num.6.Peregrin.ubi supra.*

Et debet prius hæreditatem adire, & postea inventarium facere, quia qui hæres non est, inventario non indiget, *l.fin.§.similique modo, C.de jure deliberandi, De Rosa ad Consuet.Neap. fol.142.n.699.*

Et licet de jure tot rigorosæ solemnitates essent necessariæ, de generali tamen consuetudine, ut plurimum non observantur, sed satis est bona fide coram Judice, Notario, & testibus, vel per Actuarium Curiæ citatis citandis inventarium conficere, ut testatur *Staib.resol.95.n.3.*post *Honded.cons.3.nu.3. lib.1.*

31 inventarium, ut ab hærede legitime factum censeatur, inter alias, quas requirit solemnitates, est illa superius relata in tertio requisito, nempe ut citentur omnes creditorea, & legatarii, dummodo sint certi, & quod sint præsentes, & quod creditum sit notum hæredi, ut concludit *de Marinis resolut.*111. aliàs respectu illorum, qui non fuerunt citati, inventarium non valet, sed afficit creditores citatos, sed si plures sint citati, & aliqui non, tunc inventarium proderit, & valebit, etiam respectu aliorum non citatorum. Et ratio est, quia lex non videtur omnino contempta, & pro isto modico peccato quis tantum damnum pati non debet, & regula superius in contrarium allegata procedit, quando nullus creditor est citatus, vel non est confectum inventarium, ita *Bar. in cons.* 154. relatus per *de Franchis in decis.* 219.*num.*5.& firmat *Gratian.discept.*797.*num.*16. & decisum junctis Aulis refert *de Marinis resol.* 111.*nu.* 8.*Tomas.decis.*218.*num.*9.*de Luca ad d.decis.de Franchis num.* 2. ubi refellit contrarios tenentes, quod valebit quoad eos citatos tantum.

32 Sed an in confectione inventarii possit per Judicem laicum citari Clericus creditor cum illa conditione, si sua putaverit interesse? Alii affirmant, alii negant; & pro affirmativa videndi sunt *Cevall.de cognit. per viam violentiæ par.2.qu.78. Viv.decis.30.num.4. Mastrill.dec.79.num.4.Ant.de Amato lib.1.resol.38.num.* 7.*De Marin.lib.1.resol.52.num.*12.*Bellett. disquis.Cleric.par.1.§.3.num.*14.*Farinac.de inquisit.qu.8.nu.90. Urfill.ad Afflict.dec.380.num.7.Roland.a Vall.cons.29. num.7.vol.2.Hodiern.ad Surd. decis.26.* ubi explodit *Dianam*, & alios contrarium tenentes.

Pro negativa videndi sunt *Duardus in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 15. Summa Dianæ in verbo Judex laicus, num. 25. Capitula Regni ad Regale Fastigium, & Finis Præcepti Charitas, & omnis Prædatio, de Marinis.2.res.75 Marta de jurisd.centur.4.casu 37.num. 16.Phannuc.de inventar.q.240.a nu.22.* & proinde *Capoll.*dat cautelam, ut citetur coram Judice Ecclesiastico ad comparendum coram Judice laico ad videndum fieri inventarium.

Sed de veritate hujus quæstionis late dicam in prax. *de Foro competenti*, quam annuente Deo dabimus quoque in lucem.

Sed hic unum nolo omittere, quod dicta altercatio cadit, quando certus est Clericus creditor, vel laicus, qui deberet specialiter nominatim citari. Et ad majorem dilucidationem ponemus plures casus, in quibus dicta altercatio non cadit.

33 Primo, quando Clericus non est creditor certus, vel legatarius, quia tunc cum non exprimatur nomen, illa citatio generalis per edictum contra incertos, quod compareant omnes, quorum interest, comprehendit etiam Clericos, nec tali casu cadit altercatio aliqua, *Paul.de Castr.in cons.44.* incipiente, *in caussa Ægidii laici de Al mania*, & firmat *Marian. Soccin. in tract. de citat. art.5.vers.13.* & *Philipp.in cap.cum inter 2.col.de except.Afflict.dec.24.n.8.*

34 Secundo, quando Clericus comparuit penes acta laici pro suo credito contra laicum, nam tunc poterit citari in inventario faciendo uti actor voluntarius, & nulla cadit super hac citatione altercatio, nec dubium.

35 Tertius casus, in quo non cadit altercatio, erit, quando non citatur Clericus, sed ei fit imbasciata extrajudicialis, qualiter T. die, & hora in T. loco fieret inventarium T. hæreditatis. Postquam quælibet denunciatio extrajudicialis sufficit per quamcumque personam, etiam si fiat per ipsum hæredem, *Potens decis.266.lib.3.num.6.Episcop. Verde* omni laude dignus ad *Gallup.par.2.cap.2.num.46.* & nos superius diximus *num.* 26.

Formula dictæ denunciationis extrajudicialis, vz.

Si fa fede per me ordinario M. d' Atti della T. Corte, come a dì T. nel tal luogo da me si è fatta imbasciata al T.Rev.in presenza del T., e T.come il T. giorno, nella T.ora, e nel T. luogo si dovea fare l' inventario ad istanza del T. erede del T.Però in caso, che ci avesse interesse sopra detta eredità, e ne volesse stare inteso, o intervenirvi, è bene, che lo sappi, ed in fede, &c.

T.Actuarius.

E se l'imbasciata fosse fatta dallo stesso erede, o da altri, si farà, vz.

Si fa fede per T.di T.e T.di T.come in presenza loro il T. erede il T. giorno nel T. luogo denunciò al Clerico T., che voleva fare inventario sopra la T. eredità nel T.giorno, ed ora, e nel T. luogo, perciò se ci volesse intervenire per lo suo legato, o suo credito, che era il padrone, e in fede, &c.

Io T.di T.fo fede, ut supra.

Io T.di T.fo fede, ut supra.

T.Actuarius.

Alio modo, quando l'imbasciata la fa altra persona.

Fo fede io T.di T.come oggi T.del mese T. ho fatto imbasciata da parte del T.erede, che le volesse intervenire per lo suo legato, o per lo suo credito all'in-

l'inventario dell'eredità del q. T. detto inventario si è appuntato di farsi il T. giorno, T. ora, e nel T. luogo, ed in sede, &c.

Io T. di T. so fede, ut supra.

T. Actuarius.

36 Quartus casus, in quo non cadit altercatio, erit quando Clericus creditor reperitur præsens in confectione inventarii, quia tunc licet non fuerit citatus, præsentia supplet, ut diximus superius; *Episc. Verde ubi supr. Copyc. dec. 2. num. 42.*

Et ubi monialis esset creditrix, vel legataria non sufficit citare monialem, sed oportet citare Abbatissam, imo etiam Procuratorem, qui possit intervenire in inventario, & idem est in Regularibus Sacerdotibus, & in aliis inclusis in vinculis, *Staib. res. 24. num. 5. 14. & 15.*

Sed quid si monialis, aut Clericus agit coram Judice laico, ut declaretur heres cum beneficio leg., & invent., & in confectione inventarii citavit creditores, & legatarios, juxta dispositionem *l. fin. C. de jure deliberandi*, & hicus donatarius testatoris per viam reconventionis instat hæredem non immitti in possessionem annualitatis donatæ intendens sibi satisfieri vigore donationis, licet donatrix ante mortem, obtenta absolutione juramenti instuerat declarari nullam donationem, fuit petita remissio ad forum Ecclesiasticum, sed fuit denegata per S. C. ut refert *Hodierna ad Surd. dec. 26. in fine*, ubi refert decisum junctis Aulis in caussa Monasterii Regina Cœli cum Albentio Mortacella, Clericum petentem immissionem a Judice seculari non posse petere remissionem ad Judicem Ecclesiasticum, in casu quo creditores instarent pro satisfactione super bonis prædictis, & ita pluries fuisse judicatum in S. C.

37 Ecclesia hæres non conficiens inventarium ultra vires non tenetur; Antesignanus hujus opinionis fuit *Bartol. in l. 1. C. de sacros. Eccl. in col. 9. in fin. vers. quarto quæro.*

Quæ *Bart.* opinio tamquam æquior servatur in S. R. C. Neap. teste *de Franch. dec. 526. in fin.* & hanc opinionem sequuti sunt *Tiraq. de privil. piæ caussæ privil. 88. Puteus dec. 279. Reg. Latro dec. 15. num. 24. Gizz. ibi, Rovit. in Prag. 1. de legat. piis num. 11.*

Licet in aliis Senatibus magna sit DD. controversia, quos refert *Roland. a Vall. de invent. in 1. p. qu. 12. num. 169. Phanuc. eod. tract. de invent. p. 2. in cap. quod incipit, præteritio inventarii faciendi, Monticula in eod. tract. c. 5. num. 12. & 109. tom. 1.*

Qui *Montic.* tenet, Ecclesiam ipso jure juvari, ut non teneatur ultra vires; sed *Roland. & Phanuc.* tenent, Ecclesiam ipso jure obligari ultra vires, tamen restituitur tanquam privilegiata ad conficiendum inventarium non prius factum, & sic quoque concludit *Staib. resol. 23. num. 21. tom. 1.* ex doctrina *Velasc. consult. 52. num. 47.*

Hæc tamen regula non procedit, si quispiam Clericus, vel Sacerdos, aut Religiosus nomine proprio, non autem contemplatione Ecclesiæ institueretur, ut quando instituitur hæres ratione consanguinitatis, vel amicitiæ; nam tunc insolidum, & ultra vires tenebitur si omiserit inventarium conficere, aut confecerit, sed non servata juris forma, absque spe restitutionis in integrum, ut late *Staib. d. resol. 23. nu. 30. tom. 1.* & ita procedit *gloss. in c. 1. de testam.* & quæ ibi dicunt *Bart. Imol. Ab. Bald. in auth. sicut alienatio, C. de sacros. Eccles.* relati per *Montic. de invent. cap. 5. nu. 12.* & tradit *Phanuc. de invent. p. 2. num. 2. in fin.*

Et ratio assignatur, quia, ubi relinquitur monaco intuitu pietatis, & non contemplatione consanguinitatis, vel amicitiæ, tunc censetur ad pias caussas, secus quando intuitu consanguinitatis, & amicitiæ.

Imo quando simpliciter relinquitur consanguineo, licet pauperi, sine tamen expressione piæ caussæ, ut pro anima, &c. videtur fuisse relictum contemplatione consanguinitatis, & non dicitur pium legatum, nisi nominatim pro anima, vel alia pia caussa exprimatur, *Staib. ubi supr. num. 45.* & ita declarat dictum *Tiraq. de privil. piæ caussæ in præf. in princip. vers. sed non solum.*

38 Et sicuti Ecclesia hæres instituta non conficiens inventarium, non tenetur ultra vires hæreditarias, an eo modo laicus hæres non conficiens inventarium non teneatur ultra vires ad solvendum Ecclesiæ creditrici, vel legatariæ?

In hanc rem magna est DD. controversia, de qua est *decis. de Franch. 536.* licet ibi non fuit decisum, tamen relatis hinc inde *Auctoribus*, tandem in fine conclusit *de Franch.* quod in hoc Regno servatur opinio *Bart.* tamquam æquior, ut eodem modo, quo Ecclesia non tenetur, ita nec debet teneri laicus hæres inventarium non conficiens Ecclesiæ ultra vires, ex traditis in *dec. 285.* Cujus opinionis sequax quoque fuit *Ant. Barra tom. 2. resol. 72.*

39 Sed dicta decisio *de Franch.* impugnatur a *Staiban. res. 23. tom. 1. num. 21.* dicens, quod Ecclesia revera tenetur ultra vires, si inventarium non fecerit, sed postea restituitur per restitutionem in integrum ad conficiendum inventarium prius non factum.

Sed laicus, qui non est privilegiatus hanc restitutionem in integrum habere non potest, & sic ratio correlativa non debet habere locum inter Ecclesiam, & laicum, cui restitutio in integrum non competit.

At quicquid sit disputandi ratio, & quicquid DD. hinc inde dixerint, dicta *decisio de Franch.* posset solum habere locum contra Ecclesiam creditricem, non autem quando Ecclesia esset legataria.

Nam sopita est hodie hæc quæstio in Tribunali Rev. Fabr. circa legata pia, ut hæres ultra vires teneatur, qui inventarium non fecit, & sopita est dicta quæstio circa legata pia tantum, non tamen circa alia credita, nam propterea *Clemens VIII. sub die 27. Maii* 1598. edidit *Bullam*, in qua inter cœteras facultates Rev. Fab. statuit teneri hæredem per hæc verba, vz.

Cum enim sine inventarii confectione hæreditates adeundo, aut in eis se immittendo, cum legatariis quasi contraxisse videantur, non debent beneficio legis perfrui, quam contemnendam esse consueverunt, nisi in Domino nostro restitutionem in integrum adversus lapsum temporis ad inventarii confectionem concessi forsitan obtinuerint.

Quæ non est proprie *Bulla* edita a dicto *S. P. Clem. VIII.* sed sunt declarationes, & interpretationes tempore dicti *S. P. Clem. VIII.* factæ per *Sacr. Congreg. Emin. Cardin.* seu *Deputatos* super dubiis occurrentibus circa privileg. Rev. Fabr., & super *Bulla Pii V.* Quæ declarationes leguntur penes *Quarantam*, & *Novar. in summ. Bullar. verb. Fabr. S. Petri*, §. 10. *vers. tandem teneri.*

Nisi velimus dicere, quod dicta *Bulla*, seu decretum *Sacr. Congr.* licet statuat solum circa legata pia, tamen videtur ex identitate rationis habere locum; non solum quando Ecclesia est legataria, sed etiam quando est creditrix ex alia caussa.

Nec juvet hæredi, quod in aliquibus casibus cesset præsumptio subtractionis; quia ideo hæres non confecto inventario ultra vires patrimonii tenetur, quia lex præsumit subtraxisse, & occultasse res hæreditarias; unde si constet de contrario, cessat legis præsumptio, & consequenter cessare debet dictæ præsumptionis effectus, nempe ut tali casu excusetur hæres, & non teneatur ultra vires.

Nam *Bulla* non fundatur in dicta præsumptione, sed in aliis duabus rationibus assignatis in d. §. tandem tene-

teneri, nempe, primo, quia hæres adeundo censetur quasi contraxisse cum legatariis, & creditoribus. Secundo, quia contempsit legem in non conficiendo inventarium, quod facere poterat; ideo non debet beneficio legis contemptæ gaudere, uti contemptor.

Quæ duæ rationes cessant in Ecclesia, nam Ecclesia non potest contrahere, nisi constet, quod contractus cedat in utilitatem Ecclesiæ, & præcedat assensus Apostolicus, merito Ecclesia per restitutionem in integrum restituitur ad conficiendum inventarium, quod non fecerat, quæ restitutio denegatur non privilegiato.

Secunda ratio cessat in Ecclesia, quæ non contempsit ipsam legem in non conficiendo inventarium, quia per alios regitur, & anima, quæ non peccavit, non debet ipsa mori.

Unde nulla ratio correlativa potest cadere inter Ecclesiam, & laicum non privilegiatum, & consequenter non eodem modo post excusari laicus, prout excusatur Ecclesia tam in legatis piis, quam in aliis creditis.

40 Hæc tamen conclusio limitatur in casu decisionis relatæ per *Reg. de Marin. lib. 2. resol. 11.* ubi refert, quod cum D. Franciscus Tuso esset condemnatus ad solvenda omnia legata pia relicta per Corneliam Cosso suam matrem per Judicem Primarum Causarum Rev. Fabr., dicebat in gradu appellationis, non teneri hæredem conficere inventarium ex eo, quia patrimonium testatricis erat certum, consistens in dote duc. decemmille, ex *Fontanell. tom. 2. de pact. nuptial. claus. 4. gl. 5. nu. 47.* qui ita decisum refert in *Statu Cathal.*

Unde per Regentem Rovitum Judicem secundarum Caussarum dictæ Rev. Fabricæ fuit provisum: Bene fuisse, & esse appellatum, & proinde D. Franciscum esse absolvendum, salvis juribus Rev. Fabricæ agendi contra collegatarios, quibus fuerant integre soluta legata.

Quæ decisio substinetur ea ratione, quia ubi patrimonium est certum, & bona sunt jam annotata, quia est dos appretiata, vel bona sunt sub sequestro, vel in similibus, tunc non est necessaria restitutio in integrum ad inventarium faciendum, quod jam aliquo modo dicitur factum, licèt non ab hærede, sed ab alio, quod tamen juvat hæredi; & quoties cessat præsumptio fraudis, & occultationis, quia liquet jam alia bona in hæreditate non remansisse, hæres non tenetur ultra vires; nam ideo ultra vires tenetur non conficiens inventarium, quia lex præsumit hæredem occultare res hæreditarias ad *Text. in §. sancimus, Aut. de hærede, & falcid.* Secus ubi dicta præsumptio abest, ut in dote materna, decisum refert *de Marin. ubi supra*, & sic formabis regulam, quod inventarium confectum ab uno ex hæredibus juvat alteri, etiam si fuerit confectum a tenutario, & confectum ex officio per Curiam etiam eximit hæredem ab obligatione confectionis; *D. Cons. & Reg. Petr. rit. 286. nu. 30. Scop. ad Nicol. fol. 104. num. 30.*

Et licet *d. Bulla Clementis VIII.* indistincte loquatur, & nullam personam, nullumque casum excipiat, tamen ubi cessat ratio legis, debet quoque cessare ejus dispositio, & effectus.

Quia ratio dictæ legis fuit ad sedandas *DD.* altercationes, ne ratione correlationis laicus non privilegiatus gauderet eodem privilegio, quo gaudet Ecclesia, restitutionis in integrum, sed per dictam legem deciduntur alii casus particulares, in quibus tam privilegiatus, quam non privilegiatus excusantur a confectione inventarii, ut est in casu, quo bona sine inventario hæredis reperiuntur adnotata, & certa, quæ occultari minime poterunt per hæredem.

Et communis est opinio, quod in foro Poli omissio inventarii non nocet, quia in conscientia hæres non adstringitur, nisi quatenus vires hæreditariæ se extendunt, & non ultra, *Novar. tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 171.* & alii relati per *Novar. ad Franc. dec. 536.*

Et successive infertur, quod Ecclesia, quæ est cultrix justitiæ, & in exigendo solet forum conscientiæ sequi, non urgebit hæredem, ultra quod hæreditatis vires ferre ipsa noverit, etiam quod non confecerit inventarium, ita *Phanuc. in tract. de invent. p. 7. casu 13. num. 280. & 281.* relatus per *d. de Franch. d. decis. 536. num. 29. ex Gennens. in practicabil. qu. 253. sub cen. 9. & Novar. ubi supr. ad Franch. d. dec. 516. in fine*, concludunt, quod Ecclesia debet se informare, & si cognoverit testatorem non habuisse alia bona, non debet inquietare hæredem; ita enim suadet æquitas, qua Ecclesia semper utitur, omisso juris rigore, *c. dilecti de Judic. cum similib.*

41 Hæres non conficiens inventarium, non tenetur de proprio ad legata, ubi testator jusserit illa ex bonis suis solvi, sic etiam si legavit centum de pecunia in tali loco, ubi non reperitur tanta summa; *Surd. dec. 30. num. 2. Capyc. Latro dec. 44. num. 4.*

42 Personis vero privilegiatis, quibus de jure competit beneficium restitutionis in integrum, ut sunt mulieres, & minores, indistincte eis conceditur restitutio in integrum ad inventarium faciendum, quod prius non esset factum, tam in legatis piis, & cum Ecclesiasticis, quam in aliis legatis profanis, & cum quibuscumque creditoribus.

Quia dictæ personæ non possunt contrahere, nisi contractus sit eis utilis, & sic adeundo hæreditatem damnosam, tamquam læsi restituantur.

Item, quia ex aliorum consilio dependent, sicuti Ecclesia, & non peccant ipsi, sed eorum tutores, vel curatores, aut mundualdi, & administratores.

Et quod mulier restituitur adversus solemnitatem inventarii non confecti in specie tradit *de Franch. dec. 229. Capyc. Latro consult. 57. tom. 1. Nicol. in prax. num. 233. fol. 100. Rocc. tom. 2. respons. 97. ex num. 4. Phanuc. de invent. p. 2. qu. 138. n. 21.* & ita decisum in S. C. refert *Thor. in supplem. comp. in ver. restitutio in integrum, an erit, &c. Staib. resol. 95. num. 38.* ubi dicit, quod de hoc dubitari amplius non potest, dum bis fuerit per S. C. dict. artic. decisus, & quando bis fuit decisum, inducta censetur consuetudo ita judicandi, ex traditis per *Franch. dec. 91. n. 56.*

Non obstant contraria adducta per Dominum *Carolum Rota conclus. 20. in suo florilegio*, ubi conatur probare, quod mulier restitui non debet adversus inventarii defectum, nisi esset virgo, vel minor, & sic vult viduam excludi, posset tamen salvari ejus conclusio in casu, de quo ipse loquitur tantum, ut quando vidua hæres viri, vel non fecit, vel nulliter fecit inventarium.

Et cum non sufficerent bona pro suarum dotium recuperatione assistentiam petiit adversus tertios possessores, qui possunt opponere exceptionem inventarii invalidi, vel minime confecti, sed quod ipsi viduæ non sit concedenda restitutio in integrum, quia non agitur de damno vitando, sed de lucro captando, secus itaque si ipsa molestaretur a creditoribus viri, quia tunc ageretur de damno vitando, non esset deneganda restitutio in integrum juxta tradita hic per Nos.

De jure communi mulieribus, minoribus, & miserabilibus tantum conceditur restitutio, probata tamen læsione, *Maner. in tract. de minor. tit. 5. fol. 31. num. 33.* post *Gratian. discept. 158. num. 29. Giurb. dec. 18. Rudolf. in prax. p. 1. cap. 12. num. 455. Rot. p. 12. Recent. dec. 34.*

Et quod mulier non restituitur in his, quæ ad juris rigorem conservandum introducta sunt, *de Franch. dec. 229. num. 2.*

Unde

Unde adversus omittentes solemnitates inventarii non rite confecti restituitur mulier, quia in hoc non consideratur rigor juris, sed æquitas, *de Franch. loco citato, Capyc. latro consult. 57. num. 28.*

Sed adversus omissionem inventarii minime confecti, an restituitur mulier, sunt opiniones hinc inde contrariæ.

Nam diversi sunt termini de inventario non facto, & de inventario facto, sed sine solemnibus requisitis a jure.

Et sic adversus solemnitates omissas in inventario jam facto, restitui dicit *de Franch. & Latro*, ubi supra.

Secus, quando inventarium nullo modo fuerit factum, tunc non restitui dicit idem *de Franch. d. dec. 229. Rocc. respons. 87. lib. 1.* ex dicta ratione, quia in solemnitatibus omissis, non rigor, sed æquitas consideratur, secus in omissione totali inventarii, ubi rigor, & non æquitas venit consideranda.

At rejecta dicta opinione *de Franch. & Rocci*, contrarium substinet *Jo: Bernard. Muner. in tract. de mun. tit. 5. fol. 31. num. 31.* dicens in totali omissione inventarii adhuc æquitatem esse; maxime concurrente ignorantia, aut mulieris paupertate, post *Phanuc. de invent. p. 2. num. 21. Tomas. tract. 7. tit. 24. num. 1. ubi supra num. 17. Thor. in suppl. verbo restitutio in integrum*, an erit concedenda mulieri?

Et quod minor quoque restituitur ad faciendum inventarium.

43 Imo dicta restitutio concessa minori, prodest etiam majori colligitanti, tenet *Cancer. lib. 3. cap. 2. tit. 7. de invent. num. 119. Odd. restit. in integrum qu. 46. n. 21.*

Rejecto *Hodierna ad Surdum dec. 217. num. 4.* dicente non prodesse majori colligitanti.

Nam ratio assignatur, dum minor restituitur, jam fit solemne inventarium, & describuntur omnia bona, ideo intrat illa regula, ut factum ab uno hærede prodest omnibus, etiam si confectum fuerit a minore per remedium restitutionis in integrum, ut late *D. Cons. Petra rit. 286. num. 13.*

44 Et notabis discrimen, quando restitutio petitur, tunc in legatis piis petenda est a Summo Pontifice, quia *Bulla Clem. V II.* statuit, ut dicta facultas concedendi restitutionem adversus inventarium non factum, solummodo ad Summum Pontificem sit reservata circa legata pia.

Quando vero non agitur de legatis piis, tunc dicta restitutio peti potest, & conceditur a Judice causæ, quia restat in dispositione juris, & non comprehenditur sub dicta *Bulla*.

45 Et quando non agitur de restitutione in integrum, sed de casibus, in quibus ipso jure excusatur hæres a confectione inventarii, ut est casus decisus apud *Rev. de Marin. resol. 11. tom. 2.* ubi patrimonium defuncti consistebat in dote, & quantitate certa, & in similibus casibus, quibus non opus est, ut hæres restituatur ad faciendum inventarium; tunc sive agatur de piis legatis, sive de profanis, & aliis creditoribus non intrat dispositio *Bullæ Clem. VIII.* & consequenter non petitur a Sac. Cons. restitutio, sed ab ipso Judice causæ admittitur dicta excusatio, quæ ipso jure absque ope restitutionis ei competit.

46 Et mulier fraudans inventarium non tenetur pœna dupli, sed solum condemnatur ad restituendum, *Staib. res. 95. tom. 1. num. 43.*

Secus alii, ut diximus superius *num. 23.*

47 Hæres decocti non tenetur conficere inventarium, & ita decisum *Staib. resol 95. num. 18.*

48 Hæres non tenetur distincte scribere bona mobilia in inventario, sed sufficit illorum pretium describi, de quo ad summum statur juramento hæredis, & ratio est, quia inhumanum est, quod publicatione distinctorum mobilium vilitas paupertatis detegatur, vel invidiæ exponantur divitiæ, *Staiban. resol. 95. tom. 1. num. 27. per text. in l. 2. Cod. quando, & quibus quarta pars debetur lib. 10. circa finem, in vers. mobiles autem res, & Bart. in d. l. num. 10.*

Et validum fuit judicatum inventarium, in quo erat scriptum, *Due cassette piene di libri, parte scritti a mano, e parte in stampa, Fariu. dec. 199. in recoll.* citatus per *D. Car. de Rosa in Consil. si quis vel si qua, §. quod autem, vers. & in præmissis, num. 706. fol. 144.*

Et in Sacr. Cons. fuit judicatum validum inventarium, ubi erat scriptum, *Due baugli di biancherie*, ut tradit *Hodiern. controv. forens. cap. 5. De Rosa, ubi supr.*

Rectius tamen erit, si significentur bona, v3. *Dentro de' quali baugli sono, v3. le T. e T. robe*, cum specifica descriptione rerum, cum pondere, numero, & mensura, imo etiam cum pretio, *DD. ubi supr.*

Et pro re modici momenti in inventario scienter omisso hæres non patitur aliquam pœnam, neque ad duplum tenetur; *Staiban. resol. 68. num. 30.*

49 Et non solum minori, sed etiam majori conceditur restitutio in integrum ad conficiendum inventarium non confectum, vigore clausulæ generalis, *si qua mihi justa causa*. Quæ justa causa exemplificatur, ut si fuerit detectum magnum æs alienum, quod prius erat incognitum; ita decisum per *Rotam Romanam* refert *Gratian. discept. for. 797. num. 16. Staiban. resol. 68. num. 54. Phanucc. de invent. par. 1. num. 20. & part. 2. num. 22.*

Sed hæc restitutio, sicuti restitutio minoris peti debet citatis creditoribus, prout fit etiam, quando filius velit se abstinere ab hæreditate adita, juxta tradita per *D. Cons. Altimar. rub. 12. qu. 16. num. 23. De Maren. resol. 98. lib. 2. num. 7.* & nos *in cap. 6. hujus tit. num. 11.*

50 Inventarium factum ab uxore de bonis mariti relevat hæredem mariti ab ejus confectione, & est unus casus, in quo excusatur hæres non conficiens inventarium, & ita decisum refert *Staiban. resol. 168. nu. 31. fol. 529.*

Hæres excusatur, & relevatur a confectione inventarii, quando ante mortem ipse testator, vel ejus creditores fecerint inventarium, & ubicumque fuerit factum ab aliquo cohærede, vel tertia persona, vel a Judice, *D. Cons. & Reg. Petra rit. 286. num. 20.* fed latius *Staiban. resol. 168.* Quod secus, si fiat a Tutore, vel Curatore, quia tunc non relevat hæredem, *Staiban. d. resol. 168. num. 29.* & ratio diversitatis erit, quia inventarium Tutoris, vel Curatoris fit ad evitandam occultationem.

51 Inventario non indiget, qui hæres non est, *l. fin. §. similique modo, C. de jure liberandi, de Rosa ad Consuet. Neap. fol. 142. n. 199.*

52 Inventario opus non est, quando defunctus non reliquit bona, vel bona sunt pauca, ut plus expenderetur in conficiendo inventario, quam esset valor bonorum, *Fontanell. de pactis nupt. claus. 4. gl. 2. nu. 47. de Rosa ad Consuet. Neapol. fol. 145. num. 710.*

53 Inventarium fieri debet, ubi res hæreditariæ sitæ sunt, vel major pars illarum, *Foller. cons. 11. de Rosa ad Consuet. Neap. fol. 143. num. 704.*

Verum cautius fieret, si fiat separatum inventarium in omni loco separato, ubi bona extant, & si ab aliquo hoc opponatur, non potest fieri inventarium Neap. de bonis alibi non sistentibus, quia esset nullum, *de Rosa ibidem*.

Digitized by Google

C A P. III.

De remedio *legis fin. Cod. de edicto Divi Adrian. tollend.*

S U M M A R I U M.

HAEres, ut consequatur hæreditatem, quinque remedia habet, & quæ sint dicta quinque, num.1.

Tria remedia concernunt judicium petitorium, & sic ordinaria, duo alia sunt remedia possessoria, & extraordinaria, sive summaria, num.2.

Duo illa remedia possessoria, in quibus differunt, num.3. *& in quibus conveniunt*, num.4.

Hæres producens testamentum non abolitum, non cancellatum, nec aliquo visibili vitio vitiatum, statim immittitur in possessionem, num.5.

Remedium l.fin. C.de edict.Divi Adriani tollend. *est executivum*, dict.num.5.

Remedium d.l. fin. *habet locum, etiam in feudis, sed cum limitatione, & declaratione*, num.6.

Afflicti decisio 119. *declaratur*, num.7.

Remedium d.l.finalis, *prout omne aliud judicium summarium non impeditur per exceptiones in facto consistentes, quæ in promptu, & incontinenti probari non possunt*, num.8.

Remedium d.l fin. *fuit proditum, quia publice interest, ut quam citius testatoris voluntas exequatur*, num.9.

Reconventio non datur in dicto judicio, num.10.

Decem requisita sunt necessaria in remedio d. l. fin. *quæ singula explanantur*, num.12.

Hæredi testamentario tantum competit beneficium legis fin.C.de edicto Divi Adr.toll. *& non hæredi ab intestato, cui competit solummodo remedium petitionis hæreditatis, vel interdictum quorum bonorum, & assignatur ratio cum ampliationibus*, num.12.

Beneficium dictæ leg. fin. *competit etiam pro testamento nuncupativo, etiam de quo solum constat per testes, vel confessionem partis, rejecta illa antiqua praxi tradita per* Papiensem, num. 13. *quod ampliatur etiam si non in asse, sed in quota sit institutus, etiam in re certa, vel in solo usufructu alio cohærede non existente, vel existente, & repudiante*, num.14.

Hærede instituto in re certa denegatur hoc remedium, si cohæres adierit hæreditatem universalem, quia debet a manu hæredis accipere, sicut legatarius, num.15.

Institutus in codicillis non habet beneficium d. legis fin. de edict.Divi Adr.toll.num.16.

Testamentum, ut visibili vitio carere dicatur non solum ex ipso originali, vel ubi fide Notarii *apparet, sed etiam si authentica copia exhibeatur non abolita, nec cancellata*, num.17. *sed latius* num.24. *&* 47.

Vitium invisibile, ut quia testamentum opponeretur falsum, vel inofficiosum, aut nullum, & simile, non impedit immissionem in possessionem, n.18. *nisi de ipso vitio invisibili constaret ex ipso testamento, vel incontinenti probaretur vitium*, d. num.18.

Legatarius opponens vitium invisibile, si succumberet, perderet legatum, num.19.

Quis est Judex competens in faciendo præambulum, & in mittendo in possessionem, num.20.

Ecclesiasticus Judex quando est competens in mittendo in possessionem hæredem, num.21.

Hortatoria immittendi in possessionem, debet fieri cum facultate etiam contra resistentes, num.22.

Nullitatis exceptio opposita coram Judice requisito impedit executionem, donec rescribatur ad Judicem requirentem, qui de opposita nullitate cognoscat, num.23.

Præambulum hæreditatis qu. Angela Marotta in personam Rev. Sororis Silviæ Sanctoro hæredis fiduciariæ, fuit de mense Februarii 1698. in M. C. V. interpositum ex sola copia in charta bombacina nulla capta informatione de morte, sed apertura testamenti ipsa arguit mortem testatoris, num.24. *&* 39.

Beneficium legis fin. de edict. D. Adr. toll. *est remedium possessorium adipiscendæ possessionis. Et ideo missio fit in bonis, quæ tempore mortis a testatore possidebantur*, num.25. *etiam in bonis, a quibus usumfructum testator colligebat*, num.26.

Nuntio creditur se immisisse hæredem in bonis per defunctum possessis non constito, quæ bona a defuncto possidebantur, num.28.

Missio in possessionem facta scribi debet in actis, & ratio assignatur, num.28.

Clausula, legitimo contradictore non existente, *in decreto missionis in possessionem quid importet*, num.20. & num.40. in fine.

Possessor illegitimus, licet impedire non poterit hæredem immitti in possessionem, tamen semper citandus est, antequam fiat immissio, num.29. *& latius* num.32.

Practica Papiensis *super forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento, declaratur*, num.30.

Quis dicitur legitimus contradictor, num. 31. & num. 33. & 35. *quis debet citari*, num.32. & 40.

Contradictor legitimus non est ad impediendum summarium processum, qui possidet sine titulo, num.34.

Contradictor legitimus is est, qui possidet, & probat titulum a testatore, vel ab hærede, & qui habet solum titulum sine possessione, vel solam possessionem sine titulo, legitimus non est ad impediendum hæredem immitti in possessionem, num.35.

Non est permittendum illi impugnare factum, qui illud adversus alios defendere tenetur, num.36.

Qui possidebat vivente testatore, & nunc possidet, legitimus est contradictor ad impediendum hæredem immitti in possessionem, num.37.

Hæres, qui semel adeptus est possessionem, non amplius poterit beneficio legis fin.de edict. D.Adr.toll. *juvari, quia si cecidit a dicta possessione, tunc erit possessorium recuperandæ, & si reperitur in possessione, sed timet amoveri, erit possessorium retinendæ, sive manutenendæ*, num.38.

Mors quomodo probatur, num.39. & 47.

Apertura testamenti, ut valida sit, quæ requirantur, d. num.39.

Testamenti aperti ad instantiam Commissarii Rever. Fabricæ non potest Notarius dare copiam sine licentia Domini Præsidentis S.R.C. num.40.

Citatio nec particularis per nuncium, nec generalis per edictum est necessaria contra aliquem in judicio immissionis, quando bona testatoris a nemine possidentur, vel possidentur ab aliquo, sed ignoratur, num.32. & 41. *& possessor quando citandus est, & quando non*, ibidem.

Praxis hujus Judicii immissionis secundum Practicam Papiensem *traditur*, n.42. *& secundum* Menochium, num.43.

Formula quando præsentatur testamentum absque libello, num.44.

Formula decreti in dicto judicio, num.45.

Libellus hæredis scripti in testamento solemni, quando ignorantur contradictores, num.46.

Decretum super dicto libello, num.47.

Testamentum potest præsentari hodie per simplicem copiam in bombacina carta. Et licet sit nuncupativum scriptum per privatam personam, vel quod ex solis testibus constet, habet locum d.l.fin., num.48.

Libellus, quando adest contradictor, qui possidet, num.49.

Decretum super dicto libello, num.50.

Forma responsionis, quæ fit per contradictorem, n.51.

Formula articulorum in judicio immissionis, num. 52.

Formula præambuli testamenti caducati, cum inhibitione facta per Delegatum, num.53.

Quot

Quot remedia dantur hæredi ad vindicandam hæreditatem?

1 Quinque remedia reperiuntur pro hærede.

Primum est, interdictum quorum bonorum, de quo traditur in *tota tit. ff. & Codicis quorum bonorum*.

Secundum est condictio *ex l.* de qua habetur in *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.*

Tertium est, petitio hæreditatis, quæ est actio de qua loquitur *totus tit. ff. & C. de pet. hæred.*

Quartum est actio *fam. ercisc.* de quo habetur in *tit. ff. & Cod. fam. ercisc.*

Quintum est fideicommissariæ hæreditatis petitio, de qua loquitur *tit. ff. de fideicomm. hæred. pet.*

2 Quæ prima remedia differunt ab aliis tribus ultimis remediis.

Quia illa duo, scilicet, *interdictum quorum bonorum, & condictio ex l.* sunt remedia possessoria, in quibus summarie proceditur; Et in eis solum illud quæritur, an defunctus possederit, non autem an dominus, vel quasi fuerit.

Sed illa alia tria remedia posteriora concernunt judicium petitorium, & sic ordinarium judicium est, & in eis quæritur de proprietate, & dominio, si defunctus fuit dominus, vel quasi, vel jus aliquod in rebus habuerit.

Ideo de his tribus remediis dicemus in alio *tomo Prax. Judicii ordinarii*, & hic sermo erit de duobus primis remediis summariis.

3 Quæ duo remedia in pluribus conveniunt inter se, & in pluribus differunt.

Primo conveniunt, quia tam *interdictum quorum bonorum*, quam *condict. ex l., utrumque datur hæredi scripto*.

Secundo utrumque datur pro rebus corporalibus, *l. fin. ff quorum bonorum, & l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.*

Tertio conveniunt, quia utrumque remedium datur pro universa hæreditate, & non rebus singularibus, *l. 1. in fin. ff. quorum bonor.*

Quarto, utrumque remedium est perpetuum, *l. argent. & l. in honorariis, ff. de act. & obl. & instit. de perpet. & temp. act.*

Quinto, quia quoad effectum nulla potest constitui differentia inter hæredem scriptum in possessionem mittendum, & hæredem succedentem ab intestato similiter in possessionem mittendum. Quia uterque per Judicis officium nobile in possessionem mittitur, ille per remedium directum *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* & hic per remedium utile, quod locum habet non solum in suis, sed etiam in quolibet legitimo hærede ab intestato succedente, ut per *Roland. a Valle cons. 1. num. 61. & Paris. cons. 12. num. 67.* quos citat, & sequitur *Angel. de acquir. poss. q. 4. art. 1. num. 54.* ut late *De Marin. lib. 2. resol. 57. num. 4.*

4 Eadem duo remedia, nempe *interdictum quorum bon.; & cond. ex l.* differunt in multis.

Primo, quia interdictum datur tam ex testamento, quam ab intestato, ut *l. 1. ff. quor. bonor.*

Sed *condictio ex l.* solum datur ex testamento, & non ab intestato, ut *d. l. fin. & glos. in verbo in omnibus bonis*.

Secundo, quia interdictum quorum bonorum non competit, nisi altero possidente. Et ideo dicitur interdictum, quod sit in duo dictum, *§. quadam inst. de interd.*

Sed *condictio ex l.* conceditur tam altero possidente, quam nemine possidente, *Bart. in d. l. fin. num. 5.* ut diximus hic.

Tertio, quia in interdicto, quorum bonorum, petens missionem probare debet testibus, saltem summatim, se esse talem, qui succedere possit de jure prætorio.

Sed in *condict. ex l.* sufficit ostendere testamentum, in quo hæres scriptus sit, *Bart. in d. l. n. 15.*

Quarto differunt, quia in interdicto quorum bonorum conceditur etiam pro rebus, quæ erant in bonis defuncti, etiam si ab eo non possiderentur suæ mortis tempore, *Bart. in l. 1. in fin. C. quorum bon.* Sed in *benef. l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* requiritur, quod bona fuerint a testatore suæ mortis tempore possessa, ut ex verbis *d. legis*, & *DD.* ibi relati per *Staiban. tom. 2. cent. 2. resol. 199. num. 49.*

5 Hæres itaque ex testamento, qui producit testamentum non abolitum, nec cancellatum, nec aliquo visibili vitio vitiatum, & petit immitti in possessionem hæreditatis, statim immittitur, quia est remedium executivum, quod competit ex *constitutione l. fin. C. de edict. Divi Adriani tollend.* Quod remedium non competit aliis hæredibus ab intestato, ut superius diximus, *Marant. p. 4. desin. 7. n. 12.*

6 Hæc *lex fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* habet locum etiam in feudis, quando tamen instituitur hæres immediatus successor, qui claro, & aperto jure in feudo succederet; secus si institutus esset extraneus. Qui enim extraneum in feudo hæredem instituit, videtur alienare, & sicuti alienatio sine assensu Regis est nulla, ita pariter institutio extranei, *Staib. tom. 2. resol. 169. num. 16. D. Car. Rosa in consuet. si aliquis mortuus fol. 139. num. 48.*

Nam institutio extranei sine assensu non valet, etiam quod feudum sit hæreditarium.

Ideo tali casu immittendus est in possessionem proximus, & immediatus feudi successor, *Staiban. ubi supra*.

Ubi enim hæres scriptus est incapax successionis, tunc remedium *l. fin.* intentare non potest. Quia ei obstat exceptio incapacitatis, & exceptio, quod dolo petis, quod statim restituturus es, quæ habet locum in omnibus remediis adipiscendæ, ut perpulchre more suo explanat *D. Car. Ros. in dict. consuet. fol. 164. num. 91.*

Verum, & remedium *d. l. fin.* habet locum in petitorio in feudis in Regno nostro, quando feudatarius disponit ad beneficium masculi proximioris, exclusa fœmina immediata, vigore gratiæ concessæ in anno 1594. per *Philippum II.* insertæ in *Prag. 33. de feud.*

Sed *Staib. d. resol. 199. num. 20.* limitat hanc conclusionem, dummodo testator fecerit mentionem disposuisse vigore d. gratiæ.

At *D. Car. Rosa* tenet contrarium, nempe, quod valeat dispositio, etiam, quod non fiat mentio de dicta gratia, dummodo disponens non sit ignarus de illa, *d. Rosa in d. consuet., si aliquis moriens, fol. 169. num. 125.* ubi advertit, quod dicta gratia non se extendit ad filiam, quæ non potest excludi per testatorem sine assensu.

7 Et d. oculatissimus *D. Car. Rosa* declarat *decisionem Afflict. 129.* militare solum in feudis, ubi vivitur jure Longobardorum, prout est in Provincia Aprutinæ, non aliis partibus Regni, ubi d. jure non vivitur.

Et declarat *singul. Annæ 535.* ubi dubitabatur, si filius hæres institutus esset spurius, vel ne, & habebat præsumptionem juris pro se, quia a testatore fuit appellatus filius; merito fuit in possessionem immissus, reservatis juribus agnatorum in petitorio.

Quo casu non potuit ei obstare exceptio incapacitatis, semper enim, qui habet præsumptionem juris, obtinet in hoc judicio summariissimo, *Tap. dec. 2. n. 22. Staib. resol. 199. n. 102.*

8 Nam hoc judicium summarium non impeditur per exceptiones in facto consistentes, quæ in promptu, & incontinenti probari non possunt, vel quæ sunt

juris difficilis, *Staiban. resol.* 119. *num.* 104. *& in observ.* 34.

9 Remedium *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* concessum hæredi scripto in testamento, ut possit immitti in possessionem bonorum defuncti, fuit proditum, quia publice interest, ut quamprimum testatorum voluntates exequantur; ita *Curtius junior in ead. l. fin. n.* 64. *Menoch. de adipisc. possess. tom.* 4. *n.* 44. *Staib. resolut.* 188. *n.* 48. *tom.* 2. *fol.* 795.

10 Et hæres vigore Constitutionis *d. l. fin.* missionem hanc in possessionem consequi debet nulla interposita mora, sed statim, atque instrumentum testamenti exhibet, paratam exequutionem habet, ut contradictor citatus hæredem reconvenire non possit, & ob celeritatem, quam hoc judicium requirit, reconventio spernitur, *Menoch. ubi supra num.* 648. quæ celeritas probatur per *text. in l. ultim. de appellat. recipiend.*

Sed *Hodierna ad Surd. dec.* 26. *num.* 25. refert decisum Clericum petentem immissionem in casu, quo creditores instarent pro satisfactione super eisdem bonis non esse remittendum ad Judicem Ecclesiasticum, ut alias dixi *fol.* 179. *n.* 30.

Clericus vero immissus in possessionē virtute præambuli conveniendus erit coram Judice Ecclesiastico, etiam si de nullitate præambuli dicatur, *Sanfel. d. decis.* 220. *n.* 5. *lib.* 2. ex doctrina *Menoch. in remed.* 4. *de adipiscenda hæred. num.* 176. *Marta de jurisdictione par.* 4. *cent.* 2. *casu* 159. *n.* 15. *Vid. tit.* 5. *de Præamb. cap.* 2. *sub num.* 36.

Quod intellige, ubi Clericus fuerit immissus, sine clausula, *salvo jure cujuslibet*, proinde cautus Judex in decreto Præambuli, quando aliquis ex hæredibus est Clericus, apponere solet dictam clausulam, *salvo jure cujuslibet*, respectu Clerici, & ita fuit practicatum in M. C. V. in præambulo expedito ad instantiam U. J. D. Joseph Petraglia meritissimi Parochi Sanctæ Sophiæ hic Neapoli in Banca quon. Magnif. Juliani Morgioni, apud Scribam Criscuolo sub die 3. Junii 1697. ubi dictus dignifs. Parochus, & Magn. Angelus suus frater loci plagenarum superiorum fuerunt declarati filii legitimi, & naturales; ac hæredes universales, & particulares quond. Magn. Samoli Petraglia ab intestato cum onere dotandi Magnificam Rosam Petraglia eorum germanam, si non fuerit dotata; salvo jure cujuslibet respectu dicti Reverendi D. Josephi Petraglia, & cum beneficio legis, & inventarii.

Quod nota bene, & sume practicam, & formulam, & cautelam, ut Clericus subjaceat eidem Judici laico in casu, quo adversus Præambulum alii se opponerent. Nam per dictam clausulam salvo jure cujuslibet, vel citra præjudicium cujuslibet, vel alias similes clausulas, remanet res integra apud Judicem laicum, prout erat ante immissionem.

Et ita servatur etiam in aliis decretis, ubi Clericus actor victor extitit coram Judice laico, & rem ab ejus manibus abduxit cum clausula dicta, nam si abduxit liberam sine clausula prædicta, non potest Clericus conveniri in foro laicali, sed coram Ecclesiastico, etiam si præstiterit cautionem de solvendo judicatum.

Et versavice idem servatur, si laicus in foro Ecclesiastico immittitur in possessionem, absque clausula reservativa, ut supra *Carleval. lib.* 2. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 3. *ex n.* 916. *Bald. cons.* 10. *vol.* 5. *Reg. Latro decis.* 123. *n.* 7. *Sanfel. dec.* 12. *n.* 27. *Pereg. de fideicommiss. art.* 48. *num.* 62. *Palica de præem. Reg. Audient. tit.* 6. *cap.* 5. *n.* 44. *Petra rit.* 181. *n.* 14. *Grat. d. scep. for. cap.* 7. *n.* 97. *Rovit. dec.* 44. Quicquid contrarium dixerit *Prat. lib.* 3. *discept.* 42. *&* 43.

11 De requisitis in hoc judicio.

Sed ut facilius Praxis percipiatur, sciendum est, quod.

Decem Requisita concurrere debent, ut locus sit huic Remedio, sive beneficio *l. ultima Cod. de edict. Div. Adr. toll.*

Primo, ut sit hæres scriptus in testamento, ex verbis *d. l.* ibi: *scriptus*.

Secundo, quod testamentum cancellatum, vel in aliqua sui parte abolitum non sit, ibi: *Non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacumque sua formæ parte vitiatum, &c.*

Tertio, quod testamentum Judici præsentetur, ex illis verbis, ibi; *Competenti Judici testamentum ostenderit*.

Quarto, quod Judex sit competens, ibi: *Competenti Judici*.

Quinto, quod bona, in quibus mitti petitur in possessionem, sint ex bonis possessis a testatore tempore mortis, ibi: *Mittatur quidem in possessionem earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt*.

Sexto, ut missio in possessionem facta in actis scribatur, ibi: *Et eam testificatione publicarum personarum accipiat*.

Septimo, quod alius legitime non possideat; quia tunc missio in possessionem impediretur, ibi: *Non autem legitimo modo ab alio detineatur*.

Octavo, ut hæres, qui se in possessionem mitti postulat, non possideat; vel possederit; quia tunc non adipiscendæ, sed vel retinendæ, vel recuperandæ possessionis remedium concederetur.

Nono, ut constet de morte testatoris.

Decimo, requiritur libellus, & citatio.

Quæ supradicta decem requisita numerantur a *Menoch. in rem.* 4. *de adipisc. possess. n.* 56.

12 Declarationes circa d. decem requisita.

Primum itaque Requisitum, ut hæres sit scriptus in testamento.

Ex hoc Requisito formabis regulam, quod hæredi ab intestato non competit hoc remedium, ea ratione, quia succedens ex testamento paratam habet probationem, qua se hæredem demonstrat, & ex scriptura testamenti dicitur notorius hæres. Sed hæres ab intestato non habet notoriam probationem, cum testes sint examinandi, Partes audiendæ, & reliqua judicialiter tractanda, *Menoch. tom.* 4. *de adipisc. possess. n.* 64.

Amplia, ut etiam in filio succedenti patri ab intestato denegatur hoc remedium. Cum saltem examinandi sunt testes ad probandum se filium, quæ res altiorem postulat indaginem, ita *Menoch. ubi supra n.* 8. ubi plene respondet *Bald.* contrarium tenenti.

Amplia etiam postquam sunt examinati testes super successione intestati, neque hoc remedium concedi debet.

Et ratio assignatur, quia *d. lex* requirit duo copulative, nempe; scripturam, & testamentum. At hæres ab intestato licet habeat scripturam factam per testes super successione, deficit tamen ei testamentum; quia dictum privilegium testamento tributum est ex expressa testantis voluntate notoria, *Menoch. ubi sup. num.* 86.

Hæredi itaque ab intestato competit remedium petitionis hæreditatis, vel interdictum quorum bonorum, & sic remedium utile, ut in possessionem mittatur per nobile Judicis officium.

Hæredi ex testamento competit remedium hujus *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* quod est remedium directum similiter per nobile Judicis officium, & sic in effectu idem operantur ista duo remedia executiva.

13 Amplia, ut concedatur dictum remedium etiam pro testamento nuncupativo scripto per Notarium, & etiam de quo ex solis testibus constat, etiam si testamentum non sit publicatum; & etiam de quo

solum

solum constat ex confessione adversarii, *Menoch. d. remed.4. de adipisc.possess. a n.91.*

Et sic hodie non servatur id, quod dicit *Pract. Papiens. in form. libell. quo petitur hæreditas ex testamento, §. possidebat, num.2.* quod requiratur omnino, ut testamentum sit solemne; nam hoc erat antiquitus, ut advertit *d. Menoch. num.95.* ubi pluribus rationibus hoc explanat, & sic sufficit copia in bambacina authentica, quæ tunc dicitur sine vitio, quando ex fide Notarii patet, *Staib.resol.23.n.44.*

14 Amplia etiam, quando heres non sit institutus in asse, sed in quota hæreditatis, ex verbis *d.l.fin.* ibi: *Hæres scriptus ex asse, vel ex parte institutus.*

Amplia, ut hoc remedium *l. fin.* concedatur hæredi instituto in re certa, nullo tamen cohærede ei dato, vel si datus est, hæreditatem repudiavit.

Et ratio assignatur, quod in re particulari institutus integram hæreditatem consequitur, si alius non datus est cohæres, vel si datus est, repudiavit per jus accrescendi, *Menoch.d.remed.4. de adip. poss. a n.116. & 117.*

Ita etiam in hærede instituto in solo usufructu, nullo universali hærede dato. Nam huic tamquam hæredi in universum conceditur hoc remedium, *Menoch. ibid. num.128.*

Amplia etiam in substitutis directe, puta substitutis per vulgarem, pupillarem, exemplarem, & cæteras substitutiones, quibus competit beneficium *l.fin. C. de ed. Ill. Div. Adr. tollend. D. Altim. ad Rovit. cons.44. lib.3. num.24.ex Menoch. de adipisc. remed. 4. n.206.* quicquid *Merend. contr.45. lib.24. n.30. de substitut. pupillar. exemplar.*

15 Et è contrario hæredi instituto in re certa, cum datus est ei cohæres universalis, qui hæreditatem adivit, denegatur hoc remedium.

Et sic quoque legatarius debet a manu hæredis accipere rem legatam, & sic ab illorum persona non pendet executio voluntatis testatoris, sed a persona universalis hæredis, *Menoch.ubi supra n.138.*

16 Et sic quoque institutus in codicillis non habet beneficium *d. l. fin.* quia talis dicitur succedere ab intestato; Et præfata lex præcipue dat privilegium prædictum hæredi universali ostendenti testamentum non rasum, &c. non vitiatum, &c. *Practica Papiens. in form. libell. quo petitur hæreditas ex testamento fol. 449.num.1.*

Neque si sit Præambulum vigore pacti inter vivos adjecti, *Dom. Altimar. ad Rovit. consil. 44. lib. 3. num.21.*

Neque ad favorem cessionarii, vel fideicommissarii; nam Fideicommissario competit petitio hæreditatis; & sic præcedente termino fit decretum, hæreditatem spectare & spectavisse, *Dom.Altim.ubi supra num.37. ex Merend. lib.24.contr.33.*

Vocatus per Fideicommissum, an & quando possit uti beneficio *dictæ l. fin. C.de edict. Divi Adr. tollend. vide Staib. resol.39.nu.4.De Franch. & Luca dec.204. num.8.*

17 Secundum Requisitum, quod testamentum non sit vitiatum.

Hoc intelligendum erit de vitio visibili, exempli gratia, *Rasura, Cancellatio*; ut ex verbis *d. l. fin.* concludit *Menoch.rem.4.de adip.poss.n.699.*

Et tunc dicitur vitio carere originale, quando ex ipso originali, vel ex fide Notarii apparet, *Staiban. resol.23. n.44.*

Ampliatur, ut procedat etiam, quando authenticum testamenti non esset abolitum, nec cancellatum; si modo in Protocollo non reperiatur abolitio, vel alia cancellatio, *Menoch. ubi sup.* qui plures casus distinguit, quando, & ubi suspectio falsitatis cessat, vel non, ob rasuras, & alia visibilia.

18 Si vero opponeretur vitium invisibile, puta, quia falsum, vel inofficiosum, aut nullum, aut quia testator præteriit filios, aut ob similes defectus, tunc exceptio vitii invisibilis non impedit missionem in possessionem, quia præsumitur rite confectum, & habet testamentum ex vi *d. l. fin.* paratam executionem, quæ non impediri potest per exceptionem vitii invisibilis, in quo requiritur plena probatio, *Menoch.in 4.rem.de adipisc. poss. n.726. Pract. Papiens. in libell. quo petitur hæred. ex testam.fol.449. n.1.*

Limitatur hæc conclusio, cum de ipso vitio invisibili ex ipsomet testamento constaret, ut si testator mentionem fecit de filio in aliqua parte testamenti, & deinde illum non instituit, nec exhæredavit, & sic dicitur præteritus, tunc exceptio dicti vitii invisibilis dicitur ex ventre ejusdem testamenti constare incontinenti, & propterea impedit missionem in possessionem; ut late *Menoch.d.remed.4. de adip.possess.n.729.*

Limitatur etiam in casu, quo opponens vitium invisibile probaret incontinenti, quia probatio incontinenti nunquam rejicitur, *Menoch. ubi supr. & Pract. Papiens. loco citato.*

19 Debet tamen advertere opponens vitium invisibile, quod si succumberet, perderet legatum, ut *l.Pap.§.meminisse, ff.de inoff. testam. & l. Polla & l.alia C. de his, qui ut indignis; Pract.Papiens.ubi sup.fol.449.n.1.*

20 De Judice competente faciendi præambulum, & mittendi in possessionem.

Tertium, & quartum Requisitum, ut testamentum præsentetur Judici, & quod Judex sit competens.

Hic nota, quod Judex territorii, ubi bona defuncti sita sunt, non est competens in faciendo præambulum, & declarando, quem esse hæredem,

Nec est competens in pronunciando hæredem esse immittendum in possessione tradenda præviis literis remissoriis illius Judicis, qui præest jurisdictioni originis, vel domicilii defuncti, & sine dictis literis remissoriis Judex territorii facere minime potest d. bonorum missionem, alias præambulum, & missio in possessionem, tanquam a Judice incompetente facta, nullitatis vitio corruunt, ut concludit *Staib. tom.2. cent.2. resol.118. n.90. fol.108.* ex doctrina *Menoch. in 4.remed. de adip. possess.n.403.glos.in d.l.fin. verbo competenti, C. de edict. Divi Adr. toll. ex text. in l. cum unus, §.pen. ff.de bon. auth. Jud.possid. & l. a Divo Pio, ff.de re judic.*

Quæ regula limitatur, ut tunc Judex territorii sit competens in mittendo in possessionem absque literis remissorialibus, quando major pars bonorum eo in loco esset, vel quando legitimus contradictor sub suo territorio, & jurisdictione esset, ut late *Menoch. ubi supra.*

Cæterum is est Judex competens in faciendo præambulo, sive in declarando, quem esse hæredem, & in pronunciando, quem esse in possessionem bonorum immittendo, qui est Judex originis, vel domicilii ipsius petentis, vel contradictoris. Qua declaratione facta idem Judex concedit literas ad Judicem, in cujus territorio bona sita sunt, *Staib. & Menoch. ubi supra per Text. in l.1. C.ubi de hæred.agi oportet,* juncta *l.2. C.de interdict. Cujacius lib.5.observ.cap.19.*

21 Infertur hinc, quod si locus pius scriptus fuit hæres, tunc Judex Ecclesiasticus est competens, & potest hanc missionem in possessionem facere, quia est Judex petentis se mitti in possessionem, ut concludit idem *Menoch.ubi sup.n.405. Angel.cons.137.*

Quamquam Judex Ecclesiasticus non possit facere præambula, ut diximus in *1. cap. de Præamb. in gener.* tamen potest mittere in possessionem vigore *d. leg. fin.*

Sed quicquid dicti *Auctores* dicant mihi non placet, quod Judex petentis se mitti in possessionem sit competens, ex regula, quod actor sequitur forum Rei.

Ideo

Ideo Judex is competens censendus est, sub cujus jurisdictione est legitimus contradictor, quia non cogitur quis extra forum proprium litem tractare, ut idem *Menoch.* demum concludit *n.484.*

Unde si unus ex contradictoribus sit Clericus possidens bona, & alter laicus, si res est divisa, quilibet convenitur coram suo Judice, & si est indivisa, magis dignus trahit ad se minus dignum, *Menoch. ibid. num.475.*

Et ubi non esset contradictor, is est Judex competens, in cujus jurisdictione est hæreditas, ita ex *l.2.ff.quemadmodum testam. aperiant.* & ex verbis *d.l. fin.C.de edict.Divi Adr.toll.*

Nam ubi jacet hæreditas, ibi fieri debet præambulum, *Pract.Papiens.forma libell. quo petitur hæreditas ex testamento fol.451.n.4.* & ratio est, quia hæreditas, dum jacet, repræsentat forum defuncti.

22 Hic advertant Advocati, ut sint cauti, cum impetrant has literas hortatorias, ut curent inseri clausulam, qua executori conceditur facultas mittendi in possessionem etiam contra resistentes armis, & vi, alioqui non posset is executor ita exequi; ita *Menoch. in d. remed.4. de acquir. possess. n.413. ex Innoc. in cap. olim il 2. de priv. in cap. significasti de Offic. Deleg. Ang.Imol.in l. a Div.Pio, ff.de re jud.in princ.*

23 Adnotandum est etiam, quod si coram Judice requisito, sive executore, qui mittere debet hæredem in possessionem, opponitur nullitatis exceptio, debet hic executor ab ipsa executione supersedere, & Judici qui executionem delegavit, rescribere, ut is deposita nullitate cognoscat, *Menoch. in d. remed.4.de adipisc. possess. n.412.* sed latius in *lib.2. de arbitr.Judic. q.38. num.21. Rom. cons.51. Bart. in l. a Divo Pio, ff. de re judic. in princip.*

Et testamentum exhiberi debet in actis, nec sufficit exhibitio facta soli Judici, quia privata scientia Judicis non sufficeret, & posset dubitari in futurum, quo jure missio hæc facta fuerit, *Menoch. in 4. remed. de acquir.poss.n.657.*

24 Et sufficit exhiberi exemplum, sive copia testamenti authentica manu ejusdem Notarii, qui testamentum fecit, vel manu Notarii conservatoris illius Protocolli, quia lex multum de Notarii fide confidit. Et non est credendum Notarium sumpsisse authenticam ab originali suppresso ipsius originalis vitio; rejecta opinione aliorum tenentium, quod non sufficiat exhibere exemplum ex verbis *d. l. fin.* quæ mandat exhiberi instrumentum testamenti non vitiatum, sed copia non est instrumentum, in quo vitium apparere posset, quia his respondet *Menoch. de remed.4.de acqu.possess.n.651.*

Verum poterit contradictor diligenter observare originale in protocollo, & si in eo inspiciat vitium poterit opponere, ut exhibeatur Protocollum in continenti, *Menoch. ubi supr.*

Et M. C. V. sic observat, ut in hoc currenti mense Februarii 1698. vidi practicatum in testamento quon. Mag. Angelæ Marottæ, manu Notarii Nicolai de Philippo de Neap. in quo instituit hæredem fiduciariam Rev. Sororem Silviam Sanctoro Abbatissam Ven. Conservatorii Sanctæ Mariæ de Constantinopoli hujus Civitatis Neapoli, & producta copia authentica in carta bambacina, contradicente Magn. Angela Pavese, fuit in contradictorio judicio interpositum decretum præambuli ad beneficium dictæ Rev. Abbatissæ, U. J. D. Francisco Riccio Pepoli meo filio patrocinante pro dicta Rev. Abbatissa mea amita in banca Magn. Albani penes Scribam Anellum Persicum. Et sic fuit interpositum dictum præambuli decretum ex sola copia in bambacina dicti testamenti aperti, per multos dies post testatricis mortem, nulla capta informatione de morte testatricis; dum in extensa Notarius fecit mentionem de apertura dicti testamenti facta post obitum ejus, quæ apertura eo ipso arguit mortem.

25 Quintum Requisitum, ut facienda sit missio in bonis, quæ a testatore tempore mortis suæ possidebantur; ideo ut locus sit remedio *d. l. fin.* necessario requiritur, quod testator tempore suæ mortis possideat, & sic in hoc judicio non quæritur proprietas, sive dominium, sed solum possessio tempore mortis. Verba *d. l.* sunt clara, & communiter tenent Doctores relati per *Staib.tom.2.cent.2.resol.297.n.49.*

Et sic est remedium possessorium adipiscendæ possessionis. *de Rosa in sua aurea Glossographia ad Consuet. Neap. in Consuet. si aliquis moriens, fol.164. n.87.*

Hinc fit, quod licet testator dominus non sit, attamen sufficit, quod possederit tempore mortis, quod a fortiori probat *d. text. in l. fin.* dum vult concedi dictum remedium pro his, quæ solum detinebantur, ut sunt res depositæ, vel commodatæ; ita sentit *gloss. in verbo fuerit*, quam *glossam* secuti sunt DD. omnes relati a *Menoch. in d. remed. 4. adipisc. possess.* rejecto *Bald. n.370.*

26 Imo conceditur dictum Remedium *l. fin.* etiam pro detentione bonorum, a quibus usumfructum testator colligebat. Quia licet sit finitus ususfructus, qui post mortem consolidatur cum proprietate, tamen possessio continuat in hæredem; intellige in locis, ubi ex dispositione Statuti dicitur continuata possessio defuncti in hæredem, ut late *Menoch. ubi supra num.356.*

Sed quomodo probari possit esse bona defuncti testatoris illa bona, in quorum possessionem missus est hæres, *Menoch.in d.4.remed.de adip.possess.n.921.* relatis hinc inde opinionibus concludit,

27 Quod aut constat defunctum possedisse tempore mortis, aut alium possedisse, & tunc cum simus in probatis, nihil de hoc est quærendum.

Aut in dubio versamur, ut quia non constat Judici, quæ bona ab ipso defuncto possiderentur, & licentiam dat Judex nuncio, ut hæredem mittat in possessionem bonorum dicti defuncti, nuncius accedit ad loca, ubi sita bona sunt, & mittit in possessionem, refertque se misisse, tunc nuncio creditur.

Et ratio arguitur, quia lex de illius fide, & diligentia confidit; Et ob id credit se informasse de bonis a defuncto possessis, ita ex doctrina *Castrens.* & *Salyc.* concludit *Menoch.ubi sup.n.925.*

Verum contra hanc relationem admittitur probatio in contrarium, *Menoch. ubi supra*, ex *Bartol. cons.209.num.4.*

Et Contradictor, qui hoc tempore venit, vel non possedit, vel si possedit, non citatus fuit, si non probaverit aliquod jus, quo mereatur illa missio revocari, tunc non revocatur, sed jus suum proponere is debet in judicio ordinario, *Menoch. de acquirend. possess.remedio 4.num.629.ex Corneo, & Bartola ibi,* sed hoc intellige, *ut n.22.*

28 Sextum Requisitum, ut scribatur in actis missio in possessionem facta.

Hic nota, quod ne oriatur dubitatio de ipsa missione facta, dicit *tex.* quod ipsa missio scribatur in actis, nempe, ut fiat relatio, sive testificatio per Nuncium, vel executorem, quod hæredem immisit in possessionem bonorum defuncti, quæ designari debent per confinia, nam acta ad sui essentiam scripturam requirunt, & quod dicitur acta posse probari testibus, intelligitur, cum illa fuerint deperdita; ideo cauti heredes publicum instrumentum per manus Notarii conficiunt super immissione in possessionem, *Menoch.ubi sup.n.914.*

29 Septimum Requisitum, ut alius legitime non possideat.

Hine

Hinc orta eſt illa praxis ponendi clauſulam in decreto miſſionis in poſſeſſionem, v3. *Legitimo contradictore non exiſtente.*

Nam ubi legitimus exiſtit contradictor, ſuſpenditur miſſio in poſſeſſionem, ubi vero contradictor non eſſet legitimus, quia non legitime poſſideret, tunc non impeditur miſſio in poſſeſſionem, verum poſſeſſor ſemper citandus eſt, antequam immiſſio fiat, & contra illegitimos poſſeſſores, Conſtitutio *d. l. fin.* loquitur, ibi: *Non autem legitimo modo ab alio detinentur.*

30 Hic advertit *Pract. Papienſ. in libell. quo petitur hæreditas ex teſtamento*, in verbo *injuſte occupavit*. Quod ſi hæreditas eſſet vacans, & a nemine occupata, tunc non eſſet utile hoc Remedium intentare, ſed deberet hæres ſcriptus ſua propria auctoritate, ipſam hæreditatem ingredi, & apprehendere, ut not. *Innoc. in c. cum in officioſis extra de teſtam.*

Sed hoc Remedium eſt utile intentare, quando bona reperiuntur occupata non legitimo modo ab alio, ita concludit *d. Pract. Papienſ. ubi ſupr.*

Sed ego dico, quod etiam, quod bona ſint vacantia, utile eſt hoc remedium, ne in futurum oriatur dubitatio ſuper poſſeſſione, & ne alius habens titulum a defuncto, ſimiliter occupet eadem bona prætextu, quod non adhuc appareant occupata, juxta tradita per *Menoch. in d. remed. 4. de adip. poſſ. nu. 589. & ſeq.*

31 Hinc, ut poſſit hæc praxis plene habere. Quærendum eſt, quis dicatur legitimus contradictor, qui impedire poſſit hanc paratam executionem hujus *l. fin.* contra hæredem petentem ſe immitti in poſſeſſionem.

De qua re videndus eſt *Menoch. in d. remed. 4. de adip. poſſeſſ. a num. 554.* ubi plene, & plures caſus diſtinguit.

Sed, ut hic Tyronibus aperiamus praxim brevi, & clariori, qua poſſumus methodo, aliqua magis neceſſaria explanabimus.

32 Et primo formamus regulam, quod ubi res ab alio reperitur occupata, ſive legitime, ſive non, ſemper eſt talis poſſeſſor citandus.

Quia non licet Judici mittere aliquem in poſſeſſionem rei ab altero poſſeſſæ, ipſo poſſeſſore non citato, *l. meminerint, C. unde vi*, *Menoch. ubi ſupra num. 627.*

Cum nec prædo ſine admonitione, ſua poſſeſſione ſpoliandus ſit, *c. licet Epiſcop. de præbendis.*

Et miſſio in poſſeſſionem revocatur, cum contradictor allegat ſe poſſidere, & citatum non fuiſſe, *Menoch. ubi ſupra*, etiam ſi ſit prædo, reſtituendus, & manutenendus eſt, *l. colonus, & l. cum fundus de vi, & vi arm. c. in literis de reſtit. ſpoliat.*

Quod tamen fallit, quando ex eiſdem actis apparet eſſe prædonem, quia tunc ei denegatur manutentio, & reſtitutio poſſeſſionis, *Staiban. obſer. 211. num. 28.*

Et idem *Menoch. d. remed. 4. de adipiſcend. poſſ. num. 629.*, quia ſi contradictor non probavit jus aliquod, quo mereatur illa miſſio revocari, debet in judicio ordinario jus ſuum proponere, non amoto hærede in poſſeſſione.

Et ſic limitatur dicta regula, quando notorie conſtat poſſeſſorem nullum jus habere, nam tunc citatio neceſſaria non eſt illius, cui nulla defenſio competit, ut late *Menoch. loco citato nu. 450. & de Marin.* in omnibus actis concludit *reſol. 45. lib. 1. num. 7.* & ſine citatione, tunc valet proceſſus miſſionis in poſſeſſionem.

Verum ex dicto proceſſu non læditur ille tertius Poſſeſſor, neque ei præjudicat dicta miſſio, ſi eſt in probatis, quod habet jus aliquod, quo mereatur illa miſſio revocari, alias tunc non revocatur, ſed in judicio ordinario auditur, *Menoch. num. 456. & 629. remed. 4. de acquirend.*

Limita ſupradictam regulam, ubi adeſt poſſeſſor, ſed ignoratur, nam tunc neceſſaria non eſt citatio, quia paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere, *l. in lege, ff. de contrah. empt.*

Et licet ſine citatione tunc validus ſit proceſſus, tamen poſſeſſori non tollit jus, quin poſſit de ſuo jure audiri, *Menoch. in d. remed. 4. de adipiſc. poſſeſſ. nu. 464. & num. 469.* concludit in hoc judicio neceſſariam non eſſe citationem generalem, nam qui non ſunt in poſſeſſione, legitimi contradictores non ſunt ad impediendum hoc judicium, & ſic cum bona teſtatoris a nemine poſſideantur, neceſſaria non eſt citatio alicujus.

Et ſic *d. text. l. fin.* habet locum, quando penitus ignoratur legitimus contradictor, alias non debet immitti in poſſeſſionem, niſi prævia citatione contradictoris, *Gallup. p. 2. cap. 2. num. 32. Staib. reſol. 131. tom. 2. num. 97.* & tunc neceſſaria eſt cauſſæ cognitio, & cauſſa cognita immittitur in poſſeſſionem, ſi oppoſitiones contradictoris non ſunt legitimæ, *Staib. ubi ſupr. Surd. de alim. tit. 3. qu. 9. num. 11. Ant. Barra cent. 1. obſerv. 69. num. 2.* poſt *Menoch. remed. 4. de adipiſc. poſſeſſ. nu. 468.*

Et hoc eſt verum etiam, quando in mandato de immittendo in poſſeſſionem non eſſet appoſita clauſula illa, *legitimo contradictore non exiſtente*, nam illam conſueverunt cauti Judices apponere cautelam, non ſolum ad evitandas litigantium aſtutias, ſed etiam ne fiat error, ſive dolus in capienda poſſeſſione occupata per alium, dum ſuperflua reputatur dicta clauſula, ex quo in omni mandato cenſetur appoſita conditio, poſſeſſore non exiſtente, juxta tradita per *Petram ad Grammat. dec. 65. num. 12. ex Natta conſ. 538. num. 13.* relatus a *Regente Petra rit. 295. nu. 20.* ubi dicit pro majori claritate ſe ſolitum eſſe apponere in mandatis, *poſſeſſione exiſtente vacua, & non aliter.*

Sed declaratur, ſive limitatur dicta regula, ut nota in antecedenti numero 32.

33 Secunda regula erit; ut citetur, ſive poſſideat, ſive non, ſive ſit legitimus contradictor, ſive non, ac per citationem approbata cenſetur perſona citati, & poſtquam eſt citatus, is legitimus contradictor dicitur, *Menoch. in d. remed. 4. de adipiſc. poſſeſſ. num. 567. & 612.*

Quod intellige de citatione particulari, non de citatione facta, ſi ſua putaverit intereſſe, nam tunc non dicitur hic contradictor habilitatus per citationem ſic generalem; adeo quod audiendus tunc non eſt, niſi de ſuo intereſſe conſtet, hoc eſt, jus aliquod in cauſa habere, & ſufficit quælibet apparens, & ſummaria probatio, & ita ſuam perſonam legitimare dicitur, ut poſſit in judicio admitti, & audiri, *Menoch. ubi ſup. num. 615. & 625.*

Et ſic contradictor legitimus eſt, quia citatus fuit, etiam ſi non poſſideat, vel contradicat, *Menoch. ubi ſupr. num. 555.*

Limitantur ſupradictæ duæ regulæ, quod quamquam expelli non poſſit ſine citatione is, qui poſſidet, & per citationem habilitatur citatus ad contradicendum; tamen ſola poſſeſſio ex titulo non juſtificata, vitioſa eſſe poſſet, & ob id non facit ejuſmodi vitioſum poſſeſſorem legitimum contradictorem, ut hæredem poſſit impedire, dum per *Conſt. d. l. fin.* habet paratam executionem apprehendendi poſſeſſionem bonorum defuncti. Et dubia hæc poſſeſſionis allegatio hunc contradictorem non adjuvat, *c. in præſentia de probat. l. neque natales, C. eod.*, *Menoch. ubi ſupra num. 582.*

Ideo

Ideo non impedita possessione ad beneficium hæredis auditur talis contradictor in judicio ordinario.

34 Et sic contradictor legitimus non est ad impediendum summarium processum, qui possidet sine titulo, *Menoch. ubi sup. n.* 561.

35 Tertia regula est, quod is dicitur legitimus contradictor, qui possidet, & probat titulum a testatore inter vivos habitum, vel etiam ab ejus hærede.

Et ratio est; quia quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, *l. vindicantem ff. de evict. Menoch. ubi supra num.* 610.

Et qui probationes offert incontinenti se habuisse titulum, & possessionem ab alio, quam a testatore, & statim probat de jure domini sui, vel sui antecessoris, dicitur quoque legitimus contradictor, *Menoch. ubi supra nu.* 574. *&* 576.

Quia sola possessio, vel solus titulus non præstat justam causam contradicendi in hoc remedio.

Nisi dicta possessio, vel dictus titulus habeatur a testatore, vel ab ipso hærede, quia tunc non potest impugnare proprium factum hæres, nec factum defuncti, *Menoch. num.* 583. *&* 588.

Non est enim permittendum illi impugnare factum, qui illud adversus alios defendere tenetur, *l. frater a fratre, ff. de condit. indeb.*

36 Etenim quia hæredi petenti immissionem obstat regula, *dolo facis petere, quod restituturus, & l. dol., ff. de doli except. l. dol., ff. de reg. jur.* ut notat in *l. 2. C. de edict. Div. Adr. tol.* late *Staib. res. 211. cent. 2. tom. 2. num.* 87.

37 Imo qui possidebat vivente testatore, & nunc possidet, legitimus est contradictor ad impediendam licentiam de mittendo in possessionem, & ad obtinendam sententiam pro se; nam hoc casu deficiunt ea, quæ sunt de intentione hæredis, nempe, quod testator ea bona non possidebat tempore mortis, sed possidebat ipse contradictor, ut late *Menoch. ubi supra a num.* 569.

38 Octavum Requisitum, ut non possideat hæres, nec possederit.

Nam qui semel adeptus fuit possessionem, a qua postea cecidit, non poterit beneficio hujus *leg. fin.* juvari; quia tunc erit possessorium recuperandæ.

Et si hæres scriptus in testamento reperitur in possessione hæreditatis, timens futuram litem, neque poterit hoc remedium *l. fin.* intentare. Nam tunc ei competit possessorium retinendæ possessionis, seu manutenendæ, *Pract. Papiens. in libell. quo petitur her. ex testam. §. ac etiam realiter num.* 1.

39 Nonum Requisitum; ut constet de morte Testatoris.

Licet aliqui opinati sint mortem testatoris non esse probandam, dum eo ipso, quod exhibetur testamentum, ista productio arguit testatorem mortuum. Et aliam rationem adducunt, quia missio hæc in possessionem sit levis detrimenti, *DD.* Relati per *Menoch. in 4. remed. de adip. possess. n.* 662.

Contraria tamen opinio est verior ex regula, quod alleganti mortem incumbit illam probare, *l. si quidem, C. solut. matrim. Menoch. ubi supra num.* 667. *& Practic. Papiens. in forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento, in verbo possideat, n.* 2.

Mors probatur per vocem, & famam, cum diu, aut in motis regionibus is mortuus dicitur, ut *Bart.* docuit in *d. l. si quidem, num. 3. vers. sin autem.* post *gl. ibi, C. soluto matrim. Ludovic. dec. 30. num.* 30. & alii citati per *Menoch. ubi sup. n.* 672.

Et ideo quando fiunt præambula, si non adsunt testes de visu, qui saltem duo esse deberent de visu ad probandum, testatorem esse mortuum, & sepultum; Tunc requiruntur septem testes de fama publica, & duo sufficiunt ad probandum hæredem esse proximiorem in gradu superstitem defuncto, ut diximus in *Cap. 1. de Praamb. in genere.*

Verum quando testamentum solemne, & clausum fuit apertum, vel supra cadaver, ut fieri solet, vel post; tunc eo ipso, quod producitur copia testamenti cum fide Notarii de apertura facta post obitum testatoris, non requiritur alia probatio mortis, quia apertura arguit testatorem mortuum; & sic passim practicatum in M.C.V. & omnibus Curiis Regni, & in dies videmus præambula expediri sine alia testium depositione super morte, quando producitur copia testamenti clausi, & per mortem sequutam aperti, de quo solo Notario creditur; & ita practicatum vidi hoc mense Februarii 1698. in M. C. V. in præambulo quondam Angelæ Marottæ, ut dixi superius *num.* 24.

Formula autem copiæ extractæ in carta bambacina testamenti solemnis fieri solet per Notarium, hoc modo, v3.

Extracta est præsens copia cartarum viginti duarum inclusa præsente aliena manu scripta, cum & in calce cujuslibet subscriptum meum cognomen, ab originali testamento in scriptis clauso, condito, & sigillato per Mag. T. de T. loco, die T. mensis T. 1697. & deinde ob ejus secutum obitum aperto, & publicato die T. mensis T. ejusdem anni T. cum quibus clausura, & apertura pro Notario publico rogatus interfui ego Notarius T. de T. de T. Civitate, cum quo facta collatione concordat, meliori semper salva, & in fidem præsentem feci, & signavi rogatus. Neapoli die 22. mensis T. 1668.

Locus sigilli.

Hic opportune videtur tradenda esse practica aperiendi testamenta, nam testamentum clausum, ut valide aperiatur, infrascriptæ solemnitates requiruntur.

Primo; ut pro apertura instet persona, quæ in ea re interesse habeat, de quo interesse constare non debet, sed sufficit, quod petat, ut sciat, an in testamento sit aliquod sibi relictum, *glos. in l. 2. quemadmodum testamentum aperiatur, in verbo publicum,* & ita decisum refert *de Marin. lib. 2. resol. 227. num.* 8.

Secundo, quod capiatur informatio de morte, si cadaver est sepultum; nam si non est sepultum, fit apertura super cadavere, & de hoc facit expressam mentionem Notarius, & sic constat de morte ex eodem actu publico, & informatio de morte non est necessaria, quando ipsi Notario constat, nam ipsi Notario creditur.

Tertio, ut interveniat Judicis auctoritas, ac testium omnium, aut majoris partis præsentia, vel illis absentibus (quod constare debet) probatorum virorum in locum absentium, qui sigilla, & subscriptiones cognoscant, ut est *text. in l. cum ab initio cum seq. ff. quemadmodum testam. aper. & in l. 1. & 2. C. eod.*

Et apertum absque his solemnitatibus, nullum fuit declaratum per Sacr. Cons. teste *de Franch. decis.* 429. Non obstante, quod testator Notario facultatem dedisset aperiendi testamentum, absque ulla juris solemnitate, quia non poterat facere, quin leges locum haberent in testamento.

Contrarium decisum refert *de Marin. d. lib. 2. resol.* 228. & carpit *de Franch.* dicendo, quod *in d. dec. de Franch.* non fuit oppositum id, quod ipse considerat pro contraria sententia, & concludit posse aperiri testamentum absque alia recognitione testium, nec solemnitate, tam ab eodem Notario, qui

Digitized by Google

qui testamenti clausuram stipulatus est, quam ab alio Notario, & ibi multos allegat, & late discurrit, idem firmat *Thor. in verbo apertura stylus, & verbo publicatio testamenti p.3.*

Sed *de Luca ad Franch. in d. dec.* defendit *decisionem Præs. de Franch.* & existimat decipi *de Marin. & Thor.* improbantes dictam decisionem *de Franch.* & concludit, quod in apertura testamenti necessario debet recognosci per testes, an fuerit violata clausura, per *text. in l. 1. §. fin. ff. de bonor. possess. secund. Tabulas*, alias aperiretur via fraudibus, & posset Notarius intus testamentum addere, vel aliquod folium supponere, & non posset convinci de falsitate, & ad evitandam suspicionem fuerunt inventæ tot solemnitates.

Et in appendice idem *Dom. de Luca* ex doctrina alterius *de Luca discurs. 5. de testamentis, n. 9.* narrat venientes ab intestato opposuisse aperturam testamenti fuisse nullam; nisi coram Judice, & citatis successoribus ab intestato fieret prævio examine testium.

Sed dicta requisita procedere dicit, quando agitur de testamento facto per actum privatum, secus per actum publicum, ubi absque Judicis auctoritate, sed solum cum præsentia Judicis ad contractus absque citatione venientium ab intestato ad instantiam cujuslibet prætendentis; Notarius potest facere novum instrumentum aperturæ, & recognitionis testium, ex doctrina *Castrensis in l. 2. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, & Jason cons. 67. num. 12. lib. 2. Rovit. decis. 95. num. 25.* & ita servatur in praxi.

40 Et dicta recognitio adeo est necessaria, quod interdum Notarii coguntur a Commissariis post annum a die obitus testatoris ad aperiendos codicillos, & testamenta clausa ipsis ostendenda, & consignanda exemplaria auctentica, etiam cum imploratione brachii secularis, si opus fuerit, quacumque appellatione remota, soluta ipsis Notariis debita mercede, vigore privilegii, & facultatis concessæ dicto Tribunali ex motu proprio *Pii IV. in Bulla incip. Et si per diversos in Bullar. fol. 728.* relata per *Quarantam in summa Bullar. verb. Fabrica Sancti Petri, quæ constit. est 65. hujus Pontificis sub data 5. Kal. Junii, anno tertio sui Pontificatus.*

Et in instructionibus supra narratis *num. 3.* declaratur, ut pro mercede Notarii Commissarii promittant solvi facere duos ducatos cum dimidio pro singulis centum perveniendis dictæ Fabricæ; Quam mercedem ad dictam rationem instituit, & taxavit *Leo X.*

Verum adest *Pragm. 14. de Notariis edita de anno 1650. sub die 12. Februarii*, quæ proprie non est Pragmatica, sed decretum factum per Spectabilem Regentem *Merlinum Præsidentem S.R.C. & Vice Prothonotarium*, insertum inter *Pragmaticas sub tit. 96. de Notariis pragm. 14.* Qui prohibet Notariis sub pœna 50. ducatorum, ut non consignent parti interessatæ copiam, neque fidem testamenti aperti ad instantiam Rev. Fabricæ, absque licentia in scriptis Domini Præsidentis; Ad finem, ut idem Dominus Præsidens faciat prius recognoscere subscriptiones Judicis, & testium, ut evitentur fraudes, quæ cum experientia oriuntur ex apertura testamentorum, quæ fiunt per Commissarios Reverendæ Fabricæ, absque diligenti recognitione subscriptionum, ut supra.

Et in apostilla marginali *d. Pragmatica* notatur, ne consignent copiam Commissariis Reverendæ Fabricæ absque licentia, licet in corpore dicat, ne consignent copiam parti interessatæ; Tamen quæ mens Legislatoris fuit, apostilla cantat, alias fraus considerata non evitaretur, quia sub pallio Rev. Fabricæ aliqua pars interessata haberet intentum ex eodem processu Rev. Fabricæ.

Et licet videatur esse localis *d. Pragm.*, dum loquitur de Notariis hujus Civitatis Neapolis, tamen ex identitate rationis, imo ex vi comprehensionis, intelligitur habere locum per totum Regnum.

* Formola dell' Apertura del Testamento per ordine del detto Tribunale della Reverenda Fabrica.

Die, &c.

A Richiesta fattaci dal Reverendo D. T. di T. Commessario del Tribunale della Reverenda Fabrica di Napoli destinato da detto Tribunale in questa Dioceſi T. in virtù di sua commessione, e di decreto per esso Signor Commessario interposto, copia del quale nel presente atto si conserva, come il quond. T. di T. avendo fatto Testamento sollenne, e chiuso per mano mia, che non ancora è aperto, che dovessimo quello aprire, servata la forma di detto decreto in virtù delli privilegj di d. Reverenda Fabrica, e commessione sua avuta da d. Tribunale. Ed essendosi prima riconosciuto il Testamento predetto con li Sigilli, e soscrizioni, che stanno in dorso di esso avanti di esso Signor Commessario, e delli sottoscritti Giudice a Contratto, e Testimonj, specialmente surrogati alle cose presenti, in nome, e parte del Giudice, e Testimonj intervenuti nella chiusura di detto Testamento vz. N.N. Giudice a Contratto intervenuto a nome, e parta di N.N. Giudice a Contratto, che intervenne in tempo della chiusura di d. Testamento, T.T., e T. T. a nome, e parte delli T. e T. Testimonj, che si sottoscrissero indorso di d. Testamento, e perciò attento d. ordine di d. Reverenda Fabrica è stato d. Testamento da me aperto, letto, e pubblicato, e dato per parte di fuori, qual' era, ed è del tenore del seguente modo.

S' inserisce il tenore.

E per parte di dentro di d. Testamento era, conforme è, del tenor seguente.

S' inserisce anche il tenore.

Ed il tenore del decreto, e commessione di detto Reverendo Commessario è, vz.

S' inserisce la commessione, e decreto.

Della quale apertura, e pubblicazione di d. Testamento, il predetto Reverendo Commessario ha richiesto Noi, &c. che ne dovessimo fare il presente atto pubblico, ma perchè Noi, &c. onde, &c.

E si avvertisca, che il Notaro benchè abbia potuto aprire, e pubblicare detto Testamento chiuso per ubbidire al decreto del Reverendo Commessario della Fabrica; ad ogni modo non può consegnarne copia, o fede, ma d. copia, o fede se la piglia esso medesimo Commessario, o suo Mastro d'atti, e Scrivano, acciocchè ne facci fede al Tribunale della Fabrica solamente, come fusse autenticata dal proprio Notaro Conservatore di detto Testamento, per lo privilegio della Reverenda Fabrica, e stilo, e pratica di d. Tribunale.

Ma se l'erede, o altro interessato volesse, che il Notaro glie nè cavasse altra copia, o fede; in tal caso deve darne memoriale allo Spettabile Signor Presidente del S. C. Protonotario, acciocchè dia licenza al Notaro conservatore di d. Testamento, che ne dia copia, o fede, e nell'estratta deve far menzione di d. licenza ottenuta, altrimente incorrerebbe alla pena di duc. 50. per conservazione della *Prammat. 14. de Notar.*

Digitized by Google

Formola dell' Estratta, quando la fa il Notaro.

LA presente copia viene estratta dall' original Testamento in scriptis del q. N.N. chiuso, e sigillato sotto la data di . . . aperto, e pubblicato dopo la morte del Testatore sotto la data di . . . in vigore di ordine, e decreto del Tribunale della Reverenda Fabrica, quale copia si è da me sottoscritto Conservatore di d. Testamento estratta in vigore di decreto, e licenza ottenuta dall' Illustriss. Spettabile Signor Presidente del S.R.C. come da d. decreto della Reverenda Fabrica, e d. licenza, ut supra, che in d. miei atti si conserva, nella quale chiusura, ed apertura intervenni per Notaro pubblico io Notar N.N. della T. Città, e fatta la collazione concorda coll' originale, restando salva però ogni miglior collazione; ed in fede n' ho fatta la presente richiesto, col mio solito segno roborata.

Formola della Fede.

SI fa fede per me sottoscritto Notaro, qualmente fra l'altre cose contenute nel Testamento in scriptis fatto per lo qu. N. chiuso, e sigillato in data di &c. e dopo la sua morte aperto, e pubblicato in data di &c. in virtù del Decreto del Tribunale della Reverenda Fabrica, essendo io sottoscritto intervenuto alla chiusura, ed apertura di esso. ed essendomi poi stato ordinato con decreto dell' illustrissimo Spettabile Presidente del S.R.C. Protonotario, che ne consignassi copia, o fede, quale decreto si conserva da me negli atti, di d. apertura, ed in d. testamento vi è istituito erede, N., e vi è l' infrascritta particola del tenor v3.

S' inscrisce quel capitolo del Testamento, che bisogna alla parte.

Siccome tutto ciò, ed altro si contiene nel d. testamento, al quale in tutto, e per tutto mi riferisco, ed in fede per essere stato richiesto ne ho fatta la presente col mio solito segno.

Io Notar. N. della T. Città.

41 Decimum Requisitum in hoc judicio est citatio Adversarii, & libellus offerendus.

Et ad declarationem hujus requisiti, circa citationem Adversarii, vide quæ diximus in septimo Requisito, ubi conclusimus, quod ubi bona defuncti testatoris a nemine possidentur, vel possidentur ab aliquo, sed ignoratur, tunc necessaria non est citatio alicujus, nec particularis per nuncium, nec per edictum.

Ubi vero ab aliquo possidentur, & scitur possessor, tunc omnino citandus est, *Menoch. in remed. 4. de acquir. possess. num. 447.*

Limitatur hæc conclusio, quando notorie constat, possessorem nullum jus habere, nam tunc citatio possessoris necessaria non est, ex regula, quod in omnibus actis, cui nulla defensio competit, citatio partis necessaria non est, *Menoch.* late *ibid. n. 451.*

Limitatur etiam, quando hæres simpliciter petit se mitti in possessionem, nam tunc possessor non citatur, *Menoch. ubi sup. num. 453.*

Subdit tamen, quod in omni casu, quo contradictor non citatur, cautus Judex in concessionis decreto reservet jura legitimi contradictoris, ut *Menoch. n. 467.* ex *Corneo ibi citato.*

Quo fit, ut in decretis solemus apponere clausulam, v3. *Legitima Contradictore non existente*, vel *salvis juribus legitimi contradictoris.*

Quia licet sine citatione contradictoris valeat processus; tamen remanent salva jura ad contradicendum, & renovandam possessionem, quatenus jura contradictoris subsistant.

Ad declarationem vero hujus decimi, & ultimi Requisiti circa libellum.

Idem dicendum est, prout de citatione diximus, ut cum nullus adest contradictor, tunc nullus offerendus est libellus, cum nulla requiratur causæ cognitio; Nec est qui in hoc dissentiat, ut late *Menoch. in 5. remed. de adip. possess. n. 468.*

Sed quando adest contradictor, tunc offerendus est libellus secundum aliquos, at re vera sufficit talis qualis petitio, ut in omnibus judiciis summariis non solemnis libellus, sed talis qualis petitio sufficit, tamen in scriptis, offerre, ut late *d. Menoch. ubi supr. num. 471.*

42 Et praxis hujus judicii primo tradita fuit a *Pract. Papiens. in forma libelli, quo petitur hæreditas ex testam. in gl. quare cum prædicto, &c.* quæ approbatur a *Menoch. in d. remed. de adipisc. possess. nu. 913.* hoc modo v3.

Hæres scriptus coram Judice præsentabit testamentum non abolitum, & apud acta curabit scribi, quod petit mitti in possessionem ex beneficio hujus Constitutionis *l. fin.*, omnium bonorum, vel illorum, & illorum, quæ erant ipsius testatoris tempore suæ mortis; Judex hoc audito, & viso curabit citari eos, de quorum interesse agi potest, & eis comparentibus libellus offertur nominatim contra eos, si erunt legitimi contradictores, & proceditur servato juris ordine.

Si vero nullus legitimus contradictor comparebit, Judex per interlocutoriam declarabit, illum hæredem scriptum mittendum in possessionem.

Deinde suis executoribus mandabit, ut hæredem in possessionem bonorum, quæ defuncti fuerunt, comitentur, atque associentur.

43 Libellum autem ita formandum esse docuit idem *Menoch. ubi supra num. 485. & Specul. & Angel.* ibi citati, v3.

Ut narretur in primis, qualiter mortuus est Cajus instituto se ipso petente hærede in solemni, ultimoque testamento, quod exhibetur in publicam, & authenticam formam, manu Talis N tarii. Quod quidem testamentum non est abolitum, nec canceliatum, aut in alia qua vis parte vitiatum.

Deinde narrandum est, quæ bona a testatore tempore mortis possiderentur.

Postmodum fit conclusio petendo, atque implorando ipsius Judicis officium; quo mittatur in naturalem, atque corporalem possessionem dictorum bonorum.

Et subjungitur; Quod si apparebit aliquis contradictor, petitur condemnari ad dimittendum ea, quæ ex bonis illis detinet.

Deinde Judex viso testamento pronunciat hæredem mittendum esse in possessionem, & Sejum contradictorem condemnari ad dimittenda dicta bona.

Verum si petens dictam missionem fuerit hæres substitutus, vel fideicommissarius, vel hæres sub conditione, aut alter hujusmodi, &c. narretur evenisse jam casum, quo hæc missio sibi concedenda est, hic nota ut dixi *sup. n. 14. & 15.*

Et si jam aliqua ex bonis hæreditariis hic petens possideat, petet se in ea possessione manuteneri, atque confirmari, quatenus opus est.

Bona autem, in quibus missio petitur, in calce libelli describere melius est, & ita nos practicamus.

For-

Digitized by Google

44 Formula, quando præsentatur testamentum absque libello.

Die T. mensis T. anno 1697. in Civ. T.

Præsens testamentum q. T. de T. manu T. Notarii clausum sub die T. & apertum sub die T. fuit apud acta Curiæ Civitatis T. per T. de T. præsentatum non rasum, non cancellatum, nec aliquo alio visibili vitio suspectum.

Qui talis petiit vigore dicti testamenti ex beneficio *l. fin. C. de edict. Div. Adr. tollend.* se mitti in corporalem, & realem possessionem omnium bonorum, quæ dictus testator tempore suæ mortis possidebat, amoto quovis illegitimo possessore, si quis reperiretur, & ita, & omni alio modo meliori.

T. Act.

Bona super quibus instat mitti in possessionem, sunt v3.

Li T. e T. beni, confine li T., e T. al T, luogo, &c. Deinde interponitur decretum, v3.

45 Et per Curiam Civitatis T. viso dicto testamento, omni visibili vitio carente, & audito eo, quod per exponentem petitur, Curia ipsa declarat dictum T. præsentantem hæredem in dicto testamento scriptum immittendum esse in possessionem omnium bonorum, quæ mortis tempore per dictum testatorem possidebantur, & detinebantur juribus legitimi contradictoris, si quis apparebit, semper salvis. Pro qua immissione unus ex servientibus dictæ Curiæ dictum hæredem associet, & in possessionem prædictam immittat, hoc suum, & expediantur literæ commissionales in forma.

46 Formula libelli hæredis scripti in testamento solemni per remedium *l. fin. Cod. de Edict. Div. Adr. toll.* quando petitur simpliciter immitti in possessionem, & ignorantur contradictores.

IN Baronali Curia T. Terræ comparet T. de T. exponens, qualiter diebus præteritis, ut Domino placuit, ab hac vita discessit qu. T. de T. amita, & fuit humane sepulta in tali Ecclesia, condito per eam solemni in scriptis testamento stipulato manu publici, & Regii Notarii T. T. in quo comparentem super omnibus ejus bonis hæredem universalem instituit, quod non rasum, non cancellatum, nec in aliqua parte vitiatum in promptu exhibet, &c. Ideo volens dictam hæreditatem sibi ex testamento delatam adire, recurrit ad dictam Baronalem Curiam, & petit ipsum hæredem universalem declarari prædictæ ejus amitæ; & declaratum immitti in naturalem, & corporalem possessionem bonorum hæreditatis dictæ qu. testatricis, & in illorum possessione defendi, & manuteneri, implorans, &c. Etsi apparebit aliquis legitimus contradictor impediens petitam immissionem instat illum repelli, & cogi ad sibi relaxanda bona, quæ indebite detinet, omni meliori modo, &c.

Bona super quibus missio petitur, sunt v3.

Una Casa nel T. luogo, &c.

Una Vigna, &c.

47 Visa retroscripta instantia per T. de T. præsentata, viso solemni testamento q. T. de T. stipulato, & clauso sub tali die, mensis T. & anni T. manu dicti Notarii in publicam, & authenticam formam in pergameno reassumpto, & per dictum T. hæredem in actis producto non raso, non cancellato, nec in aliqua parte vitiato, per Curiam talis Terræ fuit provisum, & decretum, quod dictus T. declaretur, prout declaratur hæres universalis, & particularis ex testamento prædicto qu. T. de T. suæ amitæ, & vigore testamenti prædicti immittatur in naturalem possessionem bonorum dictæ testatricis vacantium, legitimo tamen contradictore non existente, pro qua immissione accedat unus ex nostris Actuariis, & ita per hoc suum, &c.

Deinde expeditur commissio in personam Actuarii, vel servientis, cui fuit commissus accessus, ut supra, & capta possessione fit actus dictæ possessionis juxta formulam traditam infra in *cap. de Fide fracta*.

Sed si vellet dictum accessum facere ipse Judex, vel Officialis, tunc diceretur in decreto v3. *pro qua immissione accedat Curia, &c.* Quo casu non fit commissio, sed fit accessus; & extenditur actus eodem modo, mutatis mutandis.

Et si testamentum non fuerit in pergameno reassumptum, hodie admittitur copia simplex in charta bambacina, ut diximus superius, *num.* 34. et si erit testamentum nuncupativum factum per manus Reg. Publici Notarii, debet etiam præsentari insimul fides libri mortuorum ad probandam mortem Testatoris, quæ fides non est necessaria, si testamentum est solemne, quia apertura dicti testamenti arguit mortem testatoris.

Et si testamentum non est scriptum per manus Notarii Regii, sed erit scriptum per Notarium Apostolicum, vel per Confessorem, aut aliam personam quamcumque, tunc fiat interlocutoria, ut capiatur informatio, & examinandi sunt testes juxta formulam inferius tradendam.

Formula libelli vigore *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll* quando adest contradictor, qui possidet.

48 In Curia T. Civit. comparet Petrus T. & dicit qualiter q. Antonius Talis in suo ultimo, solemni, & in scriptis testamento instituit ipsum comparentem hæredem universalem, & particularem, ut ex dicto testamento manu T. Notarii, quod in promptu producit, non abolitum, nec cancellatum, nec in aliqua sui parte suspectum, aut vitiatum, legitimoque numero testium roboratum. Quam hæreditatem ipse exponens adivit, & adit, sed quia T. de T. post mortem dicti testatoris indebite, & injuste cum rev. occupavit, & adhuc hodie tenet occupatam domum in T. loco juxta T. fines, vel infrascripta bona hæreditaria, quæ dictus qu. testator tempore suæ mortis tenebat, & possidebat tamquam sua. Quæ quidem bona relaxare recusavit, & recusat, licet pluries requisitus, in grave damnum, præjudicium, & interesse comparentis.

49 Ideo ad dictam Curiam recurrit, & petit comparentem introduci, & immitti realiter, & actualiter in corporalem possessionem bonorum prædictorum, & sic introductum, & immissum manuteneri, & defendi, contradictionibus, & exceptionibus dicti injusti possessoris minime obstantibus, & rejectis; petens super omnibus sibi jus, & justitiam ministrari, summarie, & de plano, deducens remedium *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* & omne aliud pinguius remedium, &c. non se adstringens, &c. non solum isto, sed omni alio meliori modo, &c.

In calce dicti libelli fit decretum, v3.

Die T. mensis T. 1697.

50 Visa petitione, ac testamento præsentato per T. de T., per Curiam T. fuit provisum, & decretum, quod dicta petitio, & testamentum, & singula in eis contenta notificentur partibus ex adverso, quatenus infra dies duos post, &c. vel prima die post, &c. legitime compareant coram nobis in hac nostra Curia ad dicendum quicquid adversus petita, & quare ea omnia fieri, & exequi non debeant, quoniam, &c. alias, &c. hoc suum, & intimetur.

Subscribatur ab Officiali, & Actuario; & fiat relatio, qualiter fuit notificatum contradictoribus.

51 Formula Responsionis, quæ fit per contradictorem.

T. de T. intimatus super petitione præsentata per T. & testamento qu. T. dicit, factum aliter se habere, quam ex adverso asseritur, & proinde negans narrata, prout narrantur, & posita, prout ponuntur, instat non procedi ad actum al.quem, nisi prius visis actis, ac d. testamento, quibus percunctatis, reservat sibi congrue respondere, alias de nullitate protestatur isto, & omni alio meliori modo, &c.

Vel T. intimatus opponit exceptionem incapacitatis, quia institutus est spurius, vel opponit exceptionem dominii, & proprietatis, quam in promptu offert probare, vel opponit se possedisse, & possidere justo tit. habito ab ipso testatore vigore instrumenti donationis manu T. Notarii, &c.

Deinde statuitur terminus summarius per Curiam, & actor poterit formare articulos, v3.

Formula Articulorum.

52 Rubrica, super qua T. T. Actor petit de plano, & levato velo examinari suos testes summarie vocatos, super differentia, quam habet cum Tale T. illegitimo contradictore, omni meliori modo, &c.

Primo intende provare, come T. di T. testatore, nel suo ultimo testamento per mano del T. Regio Notaro, istituì erede universale esso articolante, come costa da detto testamento non abolito, nè viziato, testibus non renunciando.

Secondo, come detto T. testatore, se ne morì, e fu il suo cadavere seppellito.

Terzo, come detto testatore, mentre era in vita, ed in tempo della sua morte possedeva li sottoscritti beni v3. T. T. T. dalli quali ne percepì i frutti sino al dì della morte.

Quarto, come alcuni de' detti beni indebitamente dopo la morte del detto testatore sono stati occupati, e si posseddono indebitamente dal T., e la T. cola dal T. &c.

Item hæc, &c.

Solet etiam, qui vult contradicere, ne hæres obtin. at præambulum, porrigere supplicationem in S. R. C. st. tim post obitum defuncti: & facere committere causam hæreditatis alicui Dom. Consiliario, a quo solet expediri inhibitoria, ne M. C. V. procedat ad expeditionem præambuli inconsulto S. R. C. & Domino causæ commissario, quæ inhibitoria notificatur singulis Bancis M. C. V. & hæc erit cautela, ut pernecesse audiatur ipse contradictor, & dicta inhibitoria solet quoque expediri ad instantiam Monialis, vel Monachi, aut cujuscumque Loci Pii per Delegatum dicti Loci Pii, cujus formula erit v3.

53 Formula præambuli, in quo declaratur testamentum caducatum cum formula inhibitionis factæ per Delegatum Loci Pii.

Nella G. C. della Vic. compare Caterina Rosella, e dice, come essendo passati da questa a miglior vita il Dottor Pietro Antonio Santoro, e Lucrezia de Mari conjugi senza far testamento, in tempo del passato contagio, restando in vita due loro figli maschi, cioè D. Gio: Battista, ed Innocenzo, e pochi giorni dopo la morte di detti conjugi in detto fervore del contagio morirono anche detto D. Gio: Battista *ab intestato*, & ultimamente Innocenzo similmente *ab intestato*, poichè quantunque avesse fatto detto Innocenzo un testamento per mano del suo Confessore, perchè aveva in quello istituito erede detto suo fratello D. Gio. Battista, il quale per esser morto prima di detto testatore, si caducò detto testamento, *& redeit ad causam intestati*, e l'eredità tanto di detto Innocenzo ultimo morto, quanto di detto D. Gio: Battista, e detti conjugi per intermezza persona di detto Innocenzo Santoro, *pro medietate* spetta a Silvia Santoro figlia di detto q. Pietro Antonio, e Lucrezia, e sorella *utrinque conjuncta* di detto Innocenzo, e D. Gio: Battista, *& pro medietate* spetta ad essa Catarina Rosella figlia legitima, e naturale della qu. Vittoria Santoro, similmente sorella *utrinque conjuncta* di detto Innocenzo, e D. Gio: Battista, e figlia primogenita di detto Dott. Pietro Antonio, e Lucrezia.

E perchè dubita, che detta eredità, come gravata de' debiti, non li sia dannosa, acciocchè non sia *ultra vires hæreditarias* tenuta, intende adire detta eredità *pro sua medietate cum beneficio leg. & invent.*, e con espressa potestà, che non s'intendano confusi li suoi crediti, e ragioni, che in qualsivoglia modo li competono sopra detta eredità, tanto per lo credito di doc. 700. dotale di detta qu. Vittoria Santoro sua madre, e terze di essi, quanto per altro credito, che li spetta, come erede della qu. Vittoria Villano, creditrice sopra la medesima eredità, ed anco per le nove parti delli beni di detta qu. Lucrezia sua Ava, alle quali nove parti succede essa comparente non *jure hæreditario*, ma *ex pacto*, *& providentia* secondo la volgata Consuetudine di questa Città di Napoli, per le quali deve preferirsi ad ogni altro creditore, ed anco per la successione del suffeudo chiamato, l'*Acqua delli Cavalli*, e *Fejco*, quale similmente spetta ad essa Caterina *ex pacto*, *& providentia*, come figlia di detta Vittoria Santoro primogenita di detto Dottor Pietro Antonio, come appare dalla Investitura fatta in persona di detto D. Pietr' Antonio, e salve tutte altre ragioni, azioni, e crediti in qualsivoglia altro modo ad essa Comparente spettanti, ricorre perciò in essa G. C. e fa istanza dichiararsi essa Comparente erede *pro medietate* delli sopradetti suoi Avi, e Zii, *ut supra*, *ab intestato cum dicto beneficio leg. & invent.*, e con dette riservate sue ragioni, *non se adstringens*, *& c. deducens, & c. omni meliori modo, & c.*

Die 24. Martii 1695.

Per infrascriptum Dominum Judicem fuit provisum, & decretum, quod de expositis in retroscripta comparitione capiatur summaria informatio, testes habeantur pro citatis, & recipiantur per S. C., hoc suum, &c. & expediatur citatio per edictum.

Messias.

Carmeinias Ad.

Die 9. Junii 1685.

Joseph Laodj Terræ Laurini ad præsens in Napoli per suoi affari, vive del suo, commorante alla Pace alle Case dell'Illustre Duca di Laurino, ætatis suæ annorum quadraginta quatuor in circa, ut dixit, testis summarie productus, & medio ejus juramento interrogatus, & examinatus super tenore petitionis præsentatæ pro parte Catherinæ Roselli, & quicquid inde scit, dixit, che esso Testimonio per esser di d. Terra di Laurino conobbe benissimo li qu. Pietro Antonio Santoro, e qu. Lucrezia de Mari conjugi, de' quali, prima se ne morì la detta qu. Lucrezia in tempo del passato Contagio, e di là a certo tempo se ne morì detto qu. Pietro Antonio similmente di detto Contagio, ed esso testimonio vidde tutti e due morti, e portare a sepellire senza fare testamento, per quanto sa esso testimonio, e restorono ad essi superstiti D. Gio: Battista, Innocenzo Santoro loro figli legitimi, e naturali, ed anco superstite Caterina Roselli figlia unica legitima, e naturale di detto qu. Pietro Antonio, e Lucrezia; ed anche ha inteso dire, che ci sia superstite Silvia Santoro Monica nel Monastero di Costantinopoli di questa Città, nè sa che vi siano rimasti altri figli, quali Gio: Battista, ed Innocenzo dopo similmente se ne morirono in tempo di detto Contagio

pri-

prima detto Gio: Battista, e dopo detto Innocenzo, ed esso testimonio li vidde morti, e portare a sepellire senza far testamento, per quanto sa esso testimonio, ad essi superstite, la detta Caterina Roselli loro nepote, e detta Silvia Santoro monaca loro sorella, e non lasciarono detto Gio: Battista, ed Innocenzo figli di nessuna maniera, per non essersi stati mai accasati, e questa è la verità *de causa scientiæ, de visu, de loco, & tempore dixit, ut supra, &c.*

Io Giuseppe Landi ho deposto, ut supra.

Carmenius Act.

Consimili modo deposuerunt duo alii testes, & fuit expeditum edictum tenoris sequentis, v3.

D. Pompejus Pignatellus Dux Montis Calvi, & in præsenti Regno Regens M. C. V. Quibusvis Alguzeriis, & servientibus tam dictæ M. C. V. quam aliarum quarumvis Curiarum, & locorum ad infrascripta insolidum requirendis significamus, qualiter nuper nobis, &c. & dictæ M. C. V. fuit præsentata comparitio tenoris sequentis, v3.

Hic inseritur comparitio Catharinæ Rosellæ, ut supra.

Qua comparitione visa, fuit interpositum decretum tenoris, v3.

Et hic inseritur decretum, ut supra.

Pro cujus decreti exequutione fuit instatum pro debita provisione, ideo vobis ut supra jam dictis, dicimus, quatenus prædicta omnia intimetis omnibus, & quibuscumque interesse prætendentibus, quatenus infra dies novem post præsentium compareant, &c. quorum tres dies pro primo termino, tres dies pro secundo, tres pro ultimo, & peremptorio termino assignantur, ut compareant ad dicendum, quæ voluerint, alias in contumaciam procedatur, quoniam &c. Datum Neap. die 24. mens. Maii 1685.

Messias.

Angelus Antonius Carmenius Act.

Locus Sigilli.

Die 14. mensis Maii 1685. Neap.

Matthæus Franchi Tubitta M. C. Vic. retulit publicasse supradictum edictum per loca solita hujus Civitatis alta, & intelligibili voce more præconis, ut moris est.

De Flore Offic. Tubitta M.C.V.

Adest summarium in forma.

In Causa Præambuli quondam Petri Antonii Santoro.

Die 18. Junii 1686. Neap.

Per M.C.V. Visa petitione fol. 1., fuit provisum, & decretum, quod exhibita dispositione enunciata in comparitione, providebitur, hoc suum, &c.

Messias.

Carmenius Act.

Et postquam fuit exhibitum testamentum Innocentii Sanctoro fuit interpositum decretum tenoris v3.

In causa Præambuli qu. Petri Antonii Sanctoro die 4. Julii 1685. Neapoli, per M.C.V. viso testamento fol. 8. Testium depositionibus fol. 5. fuit provisum, & decretum, quod audita Silvia Sanctoro providebitur, hoc suum, &c.

Messias.

Carmenius Act.

Doct. Belbonus dicit, & instat intimari Rev. Sor. Silviam Sanctoro, cujus respectu non est Procurator, sed Realis Ecclesiæ S. Mariæ Constantinopolis creditricis, ut ex actis, scit tamen respectu retroscriptæ Comparentis nullum jus competere, uti neptis ex filia dictorum defunctorum, cui obstat renunciatio matris, & ex aliis juribus, & causis proponendis, quando dictæ Reali Ecclesiæ intererit, & hæreditas prædicta fuit delata, & adita ab hinc fere triginta annis, salvis aliis, & protestatur de nullitate.

Io Suor Silvia Santoro monaca nel Collegio di S. Maria di Costantinopoli dico, che s'intimi il Sign. Dott. Biase Belbuono Proccuratore di questo Collegio, per avere io rinunciato, seu donato tutti li miei beni al detto Collegio.

Inibitoria del Regio Consigliere Muscettola Delegato della Chiesa di Costantinopoli in Banca di Martino.

Al Regio Sig. Cons. D. Michele Muscettola Delegato della Real Chiesa di Costantinopoli di Napoli.

Caterina Rosella figlia di Vittoria Santoro figlia del qu. Dott. Pietro Antonio Santoro, e della q. Lucrezia de Mari supplicando espone a U.S. come avendo fatto istanza nella G. C. della Vicaria dichiararsi erede pro medietate per intermediam personam di detta Vittoria sua madre della detta q. Lucrezia, e di d. qu. Dott. Pietro Antonio sua ava, & avo paterno, è stata d'ordine di U. S. inibita la G. C. per la spedizione di detto preambolo ad istanza di detta Real Chiesa, come cessionaria, e donataria di Suor Silvia Santoro monaca del Conservatorio di quella; ricorre pertanto la supplicante da U.S., & instando quatenus opus contrario imperio revocarsi d. inibizione nulliter, cum reverentia, e senza intendere la supplicante spedita, la supplica restar servita con la sua somma giustizia ordinare, che non ostante d. inibizione, la d. G. C. proceda alla confezione di d. preambolo della supplicante, che il tutto, oltre esser giusto, lo riceverà a grazia, ut Deus.

Die 24. mensis Octobris 1685. Neap. Per Dom. Militem U.J.D.D. Michaelem Muscettola Regium Consiliarium, & causæ Commissarium, &c. fuit provisum, & decretum, quod M.C.V. procedat ad confectionem Præambuli retroscriptæ qu. Lucretiæ, & Doctoris Petri Antonii, auditis omnibus interesse habentibus, verum non consignet copiam, neque fidem inconsulto S. C. sive præfato Domino Regio Delegato, literis inhibitorialibus expeditis per præfatum Dominum Delegatum non obstantibus, hoc suum, &c.

Muscettola.

De Martino Act. M.

Concordat meliori collatione semper salva, & in fidem, &c. Neap. die 26. mensis Octobris 1685.

Andreas de Martino Act. M.

Inhæret replicatis, & reclamat a supradicto decreto, & æque principaliter de nullitate dicit, instando contrario imperio revocari.

Die 21. Januarii 1686. Domenico Guerra Portiero di Vicaria ho notificato Biase Belbuono.

In causa Præambuli qu. Doctoris Petri Antonii Sanctoro, & aliorum in beneficium Catharinæ Roselli.

Die 1. Februarii 1686. Neap.

Per M. C. V. fuit provisum, & decretum, quod exhibitis capitulis matrimonialibus qu. Victoriæ Sanctoro, ac renunciatione facta in beneficium Venerabilis Collegii Sanctæ Mariæ Constantinopolis per Sororem Silviam Sanctoro, providebitur, quas exhibitiones infra dies quatuor faciat Soror Silvia Sanctoro, alias providebitur, hoc suum, &c.

Messias.

Carmenius Act.

Protestatur de brevitate termini, & de omnibus legitime protestandis, reservando omnia iura, jurisque remedia, salvis aliis, omni modo meliori.

Die 6. Februarii 1686. Domenico Guerra ho notificato Biase Belbuono.

In causa præambuli quond. Petri Antonii Sanctoro,

Digitized by Google

10, & Lucretiæ de Mari in personam Catharinæ Rosselli.

Die 13. Februarii 1686. Neap.

Per M.C.V. visa replicatione fol.17. fuit provisum, & decretum, quod cum effectu præcise, & peremptorie infra alios dies quatuor Soror Silvia Sanctoro faciat exhibitiones ordinatas, alias providebitur, quod procedatur ad interpositionem decreti petiti, hoc &c.

Messios. Vargas Macchucca.
Carmenius Act.

Die 15. Februarii 1686. Neap. Domenico Guerra Portiero di Vicaria ho notificato Biase Belbuono, e lasciatoli copia.

In caussa Præambuli qu. Petri Antonii Sanctoro.

Die 2. Martii 1686. Neap.

Per M. C. V. fuit provisum, & decretum, ac M. C. ipsa declarat dispositionem factam per Innocentium Sanctoro esse caducatam, & proinde Catharinam Roselli declarandam esse, ac declarari debere, prout præsenti decreto declaratur neptis ex filia, & hæres pro medietate qu. Jo: Baptistæ, & Innocentii Sanctoro, & qu. Petri Antonii Sanctoro Patris, & qu. Lucretiæ de Mari matris, & per intermediam personam dicti qu. Joan. Baptistæ, & Innocentii omnium ab intestato, salvis juribus, si quæ competunt, legatariis vigore dispositionis qu. Innocentii Sanctoro; salva provisione facienda respectu reliquæ medietatis, comparente Venerabili Conservatorio Sanctæ Mariæ Constantinopolis hujus Civitatis; verum non consignetur fides, neque copia præsentis decreti, inconsulto Regio Commissario D. Michaele Muscettola Delegato; & tamquam hæredem ut supra, potuisse succedere in dicta medietate, & super bonis remansis in dicta hæreditate, mobilibus, stabilibus, auro, argento, recolligentiis, nominibus debitorum, juribus, actionibus quibuscumque, posseque debitores convenire, etiam quietare, & alia facere, quæ dicti defuncti facere possent, & valerent, si viverent, hoc suum, &c.

Messius. Vargas Macchucca.
Carmenius Act.

Al Regio Consigliero Signor D. Michele Muscettola Delegato della Real Chiesa di Costantinopoli di Napoli.

Caterina Rosella figlia di Vittoria Santoro, figlia del quondam Pietro Antonio Santoro, e Lucrezia de Mari conjugi, supplicando dice a U. S. come per decreto di U. S. fu ordinato, che la Vicaria procedesse all' interposizione del decreto del preambolo del qu. Pietro Antonio Santoro, e Lucrezia de Mari conjugi, verum non consignasse la copia, nè fede di quello; in esecuzione del qual decreto fu per la Vicaria interposto decreto di preambolo a suo beneficio, con la clausola, che non si consegni la d. fede, nè copia, inconsulto U. S. Per tanto supplica U. S. ordinare alla Vicaria, che consegni d. fede, e copia di d. preambolo, e l'averà a grazia, ut Deus.

Die 18. mensis Junii 1686. Neap.

Per Dominum Militem U. J. D. D. Michaelem Muscettolam Regium Consiliarium, & Commissarium Delegatum, fuit provisum, & decretum, quod M. C. Vic. consignet copiam, seu fidem retroscripti præambuli, literis inhibitoriasibus expeditis per præfatum Dominum Delegatum, non obstantibus, hoc suum, &c.

Muscettola.
De Martino Act. M.

C A P. IV.

De Præambulis ex testamento nuncupativo.

S U M M A R I U M.

Libellus hæredis petentis Præambulum ex testamento nuncupativo per actum publicum stipulato, num.1.
Interlocutorium super dicto libello, num.2.
Formula depositionis testium, num.3.
Decretum Præambuli prædicti, num.4.
Libellus hæredis prædicti pro immissione in possessionem, num.5.
Decretum immissionis in possessionem, num.6.
Testamentum nuncupativum duobus modis fit, vel per actum publicum, vel per actum privatum, & practice traditur, num.7.
Libellus, & Formula Tutelæ, & Præambuli ex testamento nuncupativo non scripto, vel scripto, sed non per actum publicum, & datur quoque Curator ventri, num.8.
Interlocutoriu super dicto libello, num.9.
Citatio facta creditoribus non sufficit, sed debent citari quoque prætendentes se esse hæredes, & citari ad videndum jurare testes super præambulo ex testamento per actum privatum factum, num.10.& num.19.
Formula depositionis testium super præambulo ex testamento facto per actum privatum, & Curatore ventris, num.11.
Formula instantiæ post examinatos testes, num.12.
Formula decreti Præambuli ad beneficium hæredis ex testamento facto per actum privatum cum datione Curatoris ventri, & datione Tutoris, num.13.
Et quare salvantur in decreto quinque, vel tres portiones pro posthumo, num.20.
Libellus pro faciendo præambulo ad beneficium Posthumi nati, num.14.
Interlocutoriu super dicto libello, num.15.
Testes quid deponere debent super tali libello, num.16.
Formula decreti Præambuli ad beneficium Posthumi, num.17.
Praxis, quando nascuntur duo posthumi, vel quando Mater nollet acceptare onus, cum formula curæ ventris, num.18.
Formula examinandi testes in Curiis inferioribus prævia commissione M.C.V. super morte testatoris, cum formula libelli præsentati in M.C.V. & decretis, num.21.
Ratio, quare in informatione capienda super dicta commissione M.C.V. citandi sunt contradictores, num.22.
Testamentum continens vitium ex lectura ejus, num.23.

Formula præambuli ex testamento nuncupativo per actum publicum stipulatum.

1 NElla Corte T. compare Giuseppe T. di d. Terra, e dice, come il qu. Marco T. suo zio carnale li giorni passati passò da questa a miglior vita, e fu sepellito nella Collegiata Chiesa di Santa Maria di detta Terra, e nell' ultimo suo testamento nuncupativo stipulato per mano di N. T. di T. instituì esso comparente erede universale, e particolare sopra tutti i suoi beni, copia del quale testamento produce in pronto; perciò ricorre in essa Ducal Corte, e fa istanza, che costandosi summariamente delle cose predette, s' interponghi decreto di preambolo a suo beneficio, e sia dichiarato erede testamentario del d. suo zio testatore in forma, in ogni miglior modo, &c.

2 Per Ducalem Curiam Status T. provisum, & decretum est, quod de expositis summaria capiatur informatio,

matio, qua capta providebitur, & testes habeantur pro legitime citatis, & ita per hoc suum, &c. Deinde examinantur testes hoc modo, v3.

3 Die T. mensis T. Ann. T. in Terra T. & coram Domino Gubernatore.

Philippus T. dictæ Terræ, dixit vivere del suo, ætatis suæ annorum 50. ut dixit, testis summarie productus, & medio ejus juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, & tenore retroscriptæ comparitionis, toto facto causæ, & quicquid inde scit; respondit: Signore, io ho conosciuto benissimo il qu. Marco T. quale li giorni prossimi passati passò da questa vita, ed il suo cadavere lo viddi con propri occhi seppellire nella Collegiata Chiesa T. e per quanto ho inteso dire, che abbia fatto testamento, e che abbia lasciato suo erede Giuseppe T. suo nipote, che però se ne rimette al testamento, ed è quanto può esso testimonio deponere, & de caussa scientiæ interrogatus, dixit, omnia prædicta scit, vidit, interfuit, & audivit, & de loco, & tempore per modum, ut supra.

Interrogatus de contestibus dixit, ne può deponere T. di T. T. T.

Io Filippo T. ho deposto, ut supra.

T. Gubernator, & Judex.

T. Actuarius.

Et examinatis aliis testibus eodem consimili modo, fit decretum, v3.

In Dei Nomine. Amen.

In caussa præambuli petiti per Josephum T. nepotem, & hæredem ex testamento quond. Marci T. ut in actis.

Die T. mensis T. anno T.

4 Visa petitione supradicti Josephi T., viso nuncupativo testamento qu. Marci T., visaque informatione capta de morte dicti testatoris, & quod ejus corpus Ecclesiasticæ sepulturæ fit traditum, visis omnibus denique videndis, per Ducalem Curiam T. provisum, & decretum est dictum Josephum esse declarandum, prout declaratur Universalis, & particularis hæres ex testamento dicti qu. Marci ejus patrui, ad succedendum in bonis remansis in hæreditate prædicta, mobilibus, & stabilibus, auro, argento, & recolligentiis omnibus, & nominibus debitorum, cum facultate exigendi credita, & incusandi qualcumque obligationes, & instrumenta liquidandi, aliaque faciendi, quæ ipsemet qu. testator faceret, facereque posset, si in humanis esset, & quæ veris hæredibus permittuntur, & ita per hoc suum, &c.

Deinde fit instantia, ut immittatur in possessionem, v3.

5 Nella Corte T. compare Giuseppe T. di d. Terra, erede ex testamento dichiarato con decreto di d. Corte del qu. Marco T. e dice, come in esecuzione di d. decreto di preambolo intende acquistare la reale, e corporale possessione delli beni ereditarj predetti; perciò fa istanza essere immesso in quello, implorando sopra di ciò il nobile officio del Signor Giudice, ed in ogni altro miglior modo, &c.

6 Visa petitione supradicta, Curia T. providendo decernit exponentem esse immittendum, prout immitti mandatur, in possessionem omnium bonorum in hæreditate qu. Marci T. existentium, legitimo tamen contradictore non existente, pro qua immissione accedat unus ex juratis dictæ Curiæ, & ita, &c. per hoc suum, & expediantur litteræ commissionales in forma.

Deinde expediuntur litteræ commissionales, ut immittatur hæres in possessionem, juxta alias formulas hic, mutatis mutandis.

7 Testamentum nuncupativum duobus modis fieri potest, nempe cum scriptura, & sine scriptura.

Cum scriptura fit, quando testator coram septem testibus, & Notario expresse nominat hæredem, & suam voluntatem declarat, & rogat Notarium, ut instrumentum conficiat, & tunc illud instrumentum mortuis etiam testibus per se plenam fidem facit; *gl. in l.2. in princip. & ibi Bart. & DD. ff. quemadmodum testamenta aperiantur*.

Et appellatur testamentum nuncupativum, non obstante, quod sit in scriptis redactum, *Oinot. lib. 2. de testament. tit. 10. §. fin. n. 8.*

Alio modo fit, quando testator non adhibito Notario, simpliciter exprimit suam voluntatem in aliqua schedula, & eam legit testibus audientibus, non facto super ea pubblico instrumento.

Vel sine schedula oretenus exprimit voluntatem simpliciter stando notitiæ testium.

Tunc, ut perpetuo probet, aditur magistratus loci, & producta nota ultimæ voluntatis, citatis interesse prætendentibus, fit instantia, ut testes examinentur, & potest super his publicum fieri instrumentum, vel saltem fit decretum præambuli apud acta, ut *DD. in l. publicati, Cod. Oinot. ubi supra*.

Et propterea posuimus hic duas formulas, ut sciant tyrones utramque praxim ex prædictis juribus desumptam.

Formula tutelæ, & præambuli ex testamento nuncupativo non scripto, vel scripto, sed non per actum publicum, & datur quoque Curator.

8 In principali Curia T. comparet Fabius T. dicens, qualiter elapsis diebus Nicolaus T. ab hac vit. migravit, & in ultimo, quod condidit testamento nuncupativo scripto manu T. instituto hærede universale Magnif. Augustino T. ejus filio pupillo infanti, creavit ipsum comparentem tutorem, & quoniam intendit nomine infantis prædicti, hæreditatem prædictam adire, seu in ea se immiscere, cum b. l. & l. ac inventarium conficere, tam ratione prædicta, quam etiam ad legitimandam ejus personam, & omnia alia solemnia adimplere, ad quæ de jure tenetur, petit ad prædicta admitti, nec non, quia Magn. Isabella T. vidua a dicto testatore relicta, est prægnans, instat curam ventris prægnantis deferri eidem comparenti, servata forma dicti testamenti, quod in promptu præsentat, & dictum præambulum interponi, etiam ad beneficium posthumi prædicti, omni modo meliori, &c.

Fit decretum, v3.

9 De expositis summaria capiatur informatio, & testes habeantur pro legitime citatis, citentur insuper citandi ad hæreditatis aditionem, & inventarii confectionem videndam, hoc suum, & expediatur citatio in forma.

Provisum die T. anno T. in Terra T. Curia &c.

T. Gubernator, & Judex.

T. Actuarius.

10 Expeditur citatio per edictum pro citandis creditoribus certis, & incertis, juxta formulam superius traditam, & pro citandis omnibus, quorum interest, & si esset hæres non suus, debet citari quicumque prætenderet se quoque hæredem, & etiam ad videndum testium juramenta, juxta doctrinam *de Luca ad Franch. dec. 204. num. 3.* ut inferius. Si suole dire *citatis venientibus ab intestato providebitur*. E si fa la citazione per li successori certi, e l'editto per citare gl'incerti.

Deinde examinantur testes, qui interfuerunt in testamento, & examinatur ille, qui scripsit testamentum, & alii testes, tenoris sequentis, v3.

Die

Digitized by Google

Die 26. mensis Martii 1696. in Civit. T. & coram Domino Gubernatore.

11 **NObilis T. dictæ Civitatis T. dice vivere del suo,** ed abitare alle case proprie sue dotali nel T. luogo, ætatis suæ annorum 39. vel circa, ut dixit testis summarie productus, & cum juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, & tenore retroscriptæ petitionis, toto facto causæ, & quicquid inde scit; Respondit: Signore la verità, che posso deponere è, che io fui chiamato per testimonio, ed intervenni, quando li giorni passati il qu. Nicola T. di T. fè testamento per mano del Magn. Carlo T. ed in quello mi ci sottoscrissi di propria mano. Quale testamento trovato in actis presentato, e quello letto, riletto, e ben riconosciuto detto testamento, che comincia: *A preghiere fatteci per parte del Magn. Nicola T.* e finisce *I Carlo T. ho scritto il presente testamento per volontà di detto testatore, e sono testimonio*, dice essere quello stesso testamento, che d. qu. Nicola T. testatore fece li giorni passati in presenza di esso testimonio, e di altri sei testimonj in d. testamento sottoscritti, e tutte le cose in esso contenute, e scritte, sono vere, e verissime disposte di propria volontà di esso testatore, quale stava sano di mente, ed in retta loquela, e la sottoscritta mia, che è in d. testamento, io conosco esser di mio proprio pugno fatta, e con proprj occhi viddi sottoscrivere (o fare il segno della Croce) al T. testatore, e T. e T. testimonj, conosco d. loro sottoscrizione, questa esser la medesima, che fecero in mia presenza. E so benissimo, che d. testatore se n'è passato in Cielo circa 15. giorni sono, e per quanto ho inteso, che non fece altro testamento di più di questo testamento fatto in mia presenza, & ho veduto con proprj miei occhi il suo cadavere seppellire nella venerabile Parrocchia T. e non ha lasciati altri figli, nè altri descendenti, nè ascendenti, se non che uno pupillo d'anni cinque in circa, ed è rimasta anco gravida la Magn. Isabella T. moglie di esso testatore. E questa è la verità, che esso testimonio ha potuto deponere de causa scientiæ, quia vidit, interfuit, audivit, & de loco, & tempore per modum, ut supra, &c.

Ita examinantur omnes septem testes, & ille, qui scripsit testamentum; verum ex dictis testibus sufficiunt duo, qui oculis deponant vidisse cadaver sepeliri, et si nullus ex ipsis vidit, debent examinari duo alii, qui de cadavere sepulto deponant, ut probetur mors testatoris.

Deinde fit instantia, v3.

12 T. de T. qui credit constare jam de bono jure super omnibus expositis, instat decerni sibi tutelæ administrationem, & decretum præambuli interponi, offesens adimplere adimplenda, omni meliori modo, &c.

In Dei nomine. Amen.

13 In causa tutelæ, & præambuli petiti in hac T. Curia per T. de T. tutorem in testamento relictum Augustini T. pupilli infantis, & filii qu. Nicolai T. dictæ Civitatis, ut in actis.

Die 30. mensis Martii 1696.

Viso testamento præsentato, visaque petitione retroscripta, & informatione desuper capta, per dictam principalem Curiam fuit provisum, & decretum, Magn. Fabium tutorem testamentarium dicti Augustini infantis esse confirmandum, & curam ventris prægnantis eidem Magn. Fabio esse deferendam, prout præsenti decreto tutor confirmatur, & cura prædicta ei defertur, adimpletis tamen de jure adimplendis, fuitque provisum, quod interponatur decretum præambuli ad beneficium dicti Augustini pupilli infantis filii dicti quondam Nicolai T., salva provisione facienda pro aliis portionibus quinque, vel tribus, viso exitu partus prægnantis.

Et proinde dictum Augustinum infantem esse declarandum, prout declaratur filius legitimus, & naturalis, & hæres universalis, & particularis ex testamento prædicto dicti quondam Nicolai T. ejus patris cum beneficio l. & inventarii, salvis portionibus, ut supra, viso exitu partus, super omnibus bonis in hæreditate prædicta remansis, cum facultate exigendi credita, & incusandi quascumque obligationes, & hæreditaria instrumenta liquidandi, aliaque faciendi, quæ ipsemet qu. testator faciebat, dum in humanis erat, & faceret, facereque posset, si viveret, & prout veris hæredibus permittitur, per hoc suum, &c.

Adveniente nono die post citatorium edictum fit inventarium, juxta formulas superius datas, & deinde fit obligatio per tutorem, in qua promittat. Primo utilia agere, & inutilia prætermittere. Secundo personam d. pupilli defendere, & indefensum non relinquere. Tertio computum reddere in fine administrationis prædictæ tutelæ & curæ, cum reliquorum restitutione; & est advertendum, quod hic tutor obligat se solum, scilicet nullo dato fidejussore, quia est tutor testamentarius in testamento perfecto.

Postquam mater peperit, fiat instantia, v3.

14 Fabius T. tutor Augustini T. infantis, & Curator ventris prægnantis exponit penes acta præsentis præambuli, qualiter Magn. Isabella T. vidua quond. Nicolai T. relicta prægnans, jam Deo favente peperit posthumum, cui fuit impositum nomen, Jo: Baptista: Instat propterea interponi decretum præambuli etiam in beneficium ipsius Jo: Baptistæ, & explicari provisionem reservatam in decreto præambuli lato ad beneficium dicti Augustini infantis, ipsumque exponentem confirmari tutorem ejusdem posthumi, servata voluntate dicti quondam Nicolai T. testatoris, & patris dictorum pupillorum, omni meliori modo, &c.

Fit decretum. v3.

15 De expositis capiatur summaria informatio ad finem providendi, &c. & testes habeantur pro legitime citatis, & ita per hoc suum, &c.

16 Deinde examinantur duo, vel tres testes deponentes qualiter T. vidua relicta a quondam T. viro, ex ventre prægnante remanso in morte viri peperit infantem nuncupatum T. de T. Quo examine facto interponitur decretum, v3.

Die 20. mensis Maii 1696.

17 Visa retroscripta petitione, & summaria informatione desuper capta, Principalis Curia T. explicando provisionem reservatam in decreto præambuli lato sub die T. providendo interponit præambuli decretum in beneficium tam Augustini primi filii quond. Nicolai T. quam Jo: Baptistæ T. posthumi nati ex ventre prægnante Isabellæ T. matris pro æquali parte, & portione, & tutela dicti posthumi deferatur dicto Magnifico Fabio T. servata forma testamenti, qui adimpleat adimplenda in forma, hoc suum, &c.

Si vero posthumus erit fœmina, tunc declaratur hæres solum masculus cum onere dotandi sororem posthumam. Vel si testator aliter disposuisset, tunc fiet juxta testatoris dispositionem.

Ubi autem non essent filii nati, sed solum venter prægnans; tunc non fit tutor, nec præambulum, sed fit decretum Curatoris, v3.

18 Cura ventris prægnantis deferatur matri, quæ adimpleat adimplenda, salva provisione facienda super præambulo, viso exitu partus prægnantis. &c.

Et post nativitatem Posthumi fiat decretum, v3.

Interponatur decretum Præambuli in beneficium Jo: Baptistæ T. posthumi nati ex ventre prægnante Isabellæ T. viduæ per quondam Nicolaum T. relictæ, cui Isabellæ deferatur tutela, modo adimpleat adimplenda, in forma, & ita per hoc suum &c.

Et si essent duo Posthumi, unus masculus, alter fœmina; tunc declaratur hæres universalis masculus

cum

Digitized by Google

sum onere dotandi sororem posthumam, & tutela deferatur matri.

Et si mater nollet tutelam acceptare, fit alius tutor, juxta formulas superius traditas.

19 DEcretum Præambuli potest interponi, quando voluntas testatoris est probata per testes, licet testamentum non sit scriptum, *D.Petra rit.181.ex Giur. ad Larrum obseru.7.* quos citat, & sequitur *De Luca ad Franch.obs.104.n.3.*

Et assignat rationem, quia testes, & instrumenta parem vim habent.

Sed advertit dictus celeberrimus *D. de Luca d. n.3.* quod in faciendo dicto præambulo requiritur citatio eorum, quorum interest; ex doctrina *Angel.de acquir. possess. quæst.6.art.2. num.12. & 13.* & ut diximus nos superius ex *Omnt.*

Et propterea diximus in decreto, quod capiatur citatio in forma.

20 Notabis, quod in decreto præambuli salvantur portiones quinque, vel tres, viso exitu partus prægnantis; quia in dubio præsumitur in utero esse tres, per *tex. in l. sed & si 28. §.fin.ff.de judic.*

Et quia quinque quoque potest mulier parere, imo plures *D.Cons.Altim.rubric.11.quæst.37.n.31.& Aul. Gell.lib.10.noct.attic.cap.2. & alii ibi.*

Formula examinandi testes in Curiis inferioribus, prævia commissione M. C. V. super morte testatoris.

21 NElla G. C. della Vic. compare il Rev. Capitolo, e Clero della Città di Bitetti, e dice, come a' 15. di Luglio dell'anno passato 1696. se ne passò da questa a miglior vita il qu. Nicola Balenzani di detta Città con testamento, nel quale istituì erede universale, e particolare esso Rev. Capitolo, con peso, che soddisfatte le doti dovute a Laura Balenzani moglie di Francesco Sciavullo, del di più ne dovesse celebrare tante messe per l'anima sua alla ragione d'un carlino la messa, come dal testamento d'ogni solennità vallato, che in pronto produce con la clausola codicillare; e perchè intende accettare [illegible] predetta; perciò fa istanza interponersi [illegible] beneficio decreto di preambolo col beneficio della legge, ed inventario, omni meliori modo, con [illegible] istanza con commettersi a' Magn. Officiali [illegible] R. Corte di Modugno, e loro Mastro d'Atti [illegible], che piglino informazione della morte di detto Nicola, omni meliori modo, &c.

Die 5. mensis Julii 1697. Neap.

Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. provisum, & decretum est, quod capiatur summaria informatio de morte dicti testatoris, & testes habeantur pro citatis, pro qua in[illegible] committatur Mag. Officialibus, & [illegible] Curiæ Medunei, qua capta una [illegible] ad hanc M. C. transmittant ad finem [illegible] petito præambulo, hoc suum, &c.

De Guasco Jud.

Carolus Dei Gratia Rex.

Regens, & Judices M.C.V. quibusvis Alguzeriis [illegible], tam dictæ M.C. quam [illegible] Curiarum, & locorum ad infrascripta insolidum [illegible] dicimus, commitimus, & mandamus, [illegible] receptis præsentibus ad omnem instantiam [illegible] quisitionem dicti comparentis, sive, & [illegible] decretum observetis, & [illegible] faciatis [illegible] seriem, continentiam, & [illegible], alias, &c. Neap. die 5. mensis Julii 1697.

De Guasco Judex

Franci[illegible] de R[illegible] Act. Mag.

Provisio vigore decreti, ut supra.

Die duodecimo mensis Julii 1697. Medunei, Retroscriptæ provisiones M. C. V. exhibitæ, & præsentatæ fuerunt in hac Reg. Curia Medunei, per quam fuerunt receptæ supra caput, omni, qua decet reverentia, & fuit dictum, quod observentur juxta illarum seriem, continentiam, & tenorem, pro quarum observantia fuit dictum, quod recipiantur testes ad finem, &c. & ita, &c.

T.T. Gubernator.

T.T. Actuarius.

Die duodecimo mensis Julii 1697. Medunei, &c.

Luzio Barnabà della Città di Bitetto, dice vivere del suo, a me infrascritto Attuario ben noto abitante al presente in Modugno d'età sua d'anni 48. in circa, ut dixit, testis summarie productus, interrogatus, & examinatus super tenore provisionum M.C.V. & medio juramento sibi delato, dixit, come esso testimonio sa benissimo, che il quond. Nicolò Balenzano della Città di Bitetto sin dall'anno passato se ne passò da questa a miglior vita, ed esso testimonio lo vidde morto, e lo vidde anco sepellire nella Chiesa Cattedrale di detta Città di Bitetto, ch'è quanto esso testimonio può dire per la verità de caussa scientiæ, dixit, prædicta scire per modum, ut supra, quia scit, vidit, &c. de loco, & tempore dixit, ut supra.

Io Luzio Barnabà ho deposto quanto di sopra.

Monica Actuarius.

Eodem supradicto die, &c.

Vito Campanella della Città di Bitetto, al presente in Modugno, dice essere chianchiero, d'età sua d'anni venti cinque in circa, ut dixit, testis mihi infrascripto Actuario bene notus, & medio juramento sibi delato interrogatus, & examinatus super tenore provisionum M. C. V. summarie productus, &c. dice, come esso testimonio conosce molto bene il quond. Nicolò Balenzano di d. Città di Bitetto, e sa molto bene, che d. Nicolò Balenzano sin dall'anno passato se ne passò da questa a miglior vita, ed esso testimonio lo vide morto, ed anco lo vidde seppellire nella Chiesa Cattedrale di d. Città di Bitetto, ch[illegible] quanto esso testimonio può dire de caussa sc[illegible]ntiæ, dixit prædicta scire per modum, ut supra, qu[illegible] se[illegible] vidit, &c. de l[illegible] tempore, dixit, ut supra, &c. Io Vito Campa[illegible] ho deposto qu[illegible] di sopra.

[illegible] Actuar[illegible]

Si fa [illegible] Governad[illegible] e M[illegible] R[illegible] Modugno, [illegible] mente oggi sottoscritto gi[illegible] zione di q[illegible] nelle provisio[illegible] della G. C. della Vicaria viene [illegible] dinato, si sono esaminati per questa Regia Corte Luzio Barnabà, e Vito Campanella della Città di Bitetto [illegible], [illegible] secreto, ut dec[illegible], & in fidem, &c. Modugno li 12. Luglio 1697.

D. N[illegible] Gubern.

Ita e[illegible] Joseph Monica [illegible] Curiæ M[illegible]

In caussa Præambu[illegible] qu. Nicolai [illegible]lenzano, p[illegible]s.

[illegible] mensis Ju[illegible] 1[illegible] Neapoli.

Per M. C. V. facto verbo in Aula caussarum civilium [illegible], provisum, & decretum est, quod [illegible]ditis [illegible]o, & Dominico Donato Balenzano filiis quond. Nicolai Balenzano, providebitur, hoc suum, &c.

Guasco Judex. Constantino Judex.

De Ruperto Actuarius.

22 SUper hac formula notab[illegible] quod [illegible] in facie[illegible] do [illegible]ambulo non requiritur citatio [illegible]; tamen [illegible]rvatur, quando p[illegible] ign[illegible]tur contradictor; [illegible] in [illegible] formula, quia in testamento erat mentio facta d. filiis, qui præ[illegible] tunc a test. tore; merito M. C. V. dixit, quod auditis filiis providebitur,

ut

ut nos diximus superius ex *Caravit. rit.264.num.14. Gallup.p.2.cap.2.n.32.*

23 Hoc testamentum non habet executionem paratam, quia laborat vitio visibili, & apparente ex ipsa lectura testamenti de præteritione filiorum, quo casu filii sunt legitimi contradictores, & non procedit remedium *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* ut advertit *Staib.resol.19.* & diximus *in cap.3.n.18.*

C A P. V.

De Successione Fisci.

S U M M A R I U M.

Libellus Ærarii Baronalis pro confiscandis bonis vacantibus, sive Formula Præambuli in bonis vacantibus, num.1.

Interlocutoria super dicto libello, num.2.

Edictum citatorium contra incertos prætendentes in bonis vacantibus, num.3.

Relatio jurati in calce Edicti, num.4.

Contumacia accusata in calce Edicti, num.5.

Testes quid deponere debent in dicto judicio, num.6.

Decretum confiscationis bonorum vacantium, num.7.

Fiscus succedit, quando quis decedit, nullo sibi relicto infra decimum gradum, quo casu in Regno Neapol. tertia pars hæreditatis pro morientis anima pauperibus erogatur, num.8.

Fiscus succedit etiam, ubi in testamento esset hæres institutus, & extra hos duos casus Fiscus non succedit, ut hæres, num.9.

Advena si moriatur in Regno Neap. intestatus, cujus hæres ignoratur, succedit Fiscus, num.10.

Pecunia in Banco reperta, quæ veros Dominos non habet, ad Fiscum spectat, num.11.

Hæreditas jacens differt ab hæreditate vacante, nam hæreditas jacens est, in qua nondum apparet aliquis hæres, sed est spes hæredis, num.12.

Hæreditas vacans est, in qua nulla est spes successoris, qui possit adire præter Fiscum, quæ proprie non dicitur hæreditas vacans, nec jacens, sed dicuntur bona vacantia, num.13.

Hæreditas in tantum dicitur, in quantum habet hæredem, qui possit eam adire, & donec aditur, dicitur Jacens: Post aditam dicitur Patrimonium proprium hæredis; Et si non habet hæredem successibilem, non dicitur Hæreditas, sed Bona vacantia, num.14.

Hæreditas paterna jacens non dicitur, ante immixtionem filii, quod fallit in filio emancipato, num.15.

Hæreditas jacens defuncti personam repræsentat, & propterea in eodem loco, & coram eodem Judice, ubi vivens defunctus poterat conveniri, conveniendus est hæres, etiamsi diversi fori sit, num.16.

Inventorium hæreditatis, & testamenti infinuatio, & publicatio semper facienda sunt per Judicem laicum, num.17.

Hæreditas vacans cum proprie hæreditas non sit, nec defuncti repræsentat personam, num.18.

Constitutio Regni Dohanæ, *statuit, ut Fiscus Regius succedat etiam Clericis sine hærede decedentibus, ubi referuntur DD. pugnantes, an valeat dicta lex in præjudicium Ecclesiæ?* num.19.

Exposito an succedat Fiscus, an Orphanotrophium, ubi nutritus fuit, num.20.

Peregrino an succedat Fiscus, vel Episcopus, num.21.

Baro, qui in privilegio non habet potestatem specialiter concessam succedendi in bonis vacantibus, non poterit in illis succedere, num.22.

Hæreditas, quæ aufertur ab indigno, an, & quando debeatur Fisco, vel proximiori ipsius defuncti, num.23.

Hæres Indignus differt ab incapaci, nam indignus est, qui necem testatoris non vindicaverit, Item qui testamentum defuncti falsum, vel nullum accusat. Sed incapax est inhabilis ad succedendum, ut quia est Rebellis, vel deportatus, num.24.

In hæreditate committentis crimen lesæ Majestatis, vel hæresis, vel contrahentium incesta nuptias, & in rebus interceptis succedit Fiscus, num.25.

In bonis Forjudicati quomodo succedit Fiscus, & de modo succedendi remissive, num.26.

Bona confiscanda applicantur illi fisco loci, ubi bona sita sunt, & unusquisque occupat bona in sua jurisdictione sita, num.27.

Fiscus Regius non potest confiscare bona, quæ forjudicatus habet in Terra Baronis, quia ad Baronem spectant, num.28.

In defectu consanguineorum intra decimum gradum uxor marito, & maritus uxori succedit, excluso Fisco, num.29.

1 Formula Præambuli in bonis vacantibus.

NElla Baronale Corte della Terra T. compare il T. Coadjutore, o T. Erario di essa Corte, e dice, come l'è pervenuto all'orecchie, che sia passato da questa vita il qu. T. senza far testamento, e senza lasciare agnati, nè cognati in grado successibile, e perciò l'eredità sua, come beni vacanti spettano alla Camera Baronale, fa perciò istanza constito de prædictis, incamerare detta eredità, e beni ereditarj, ut juris, & interim annotarsi detti beni pro assecuratione judicii, e per ogni altro miglior fine, e modo, vz.

Fit decretum, vz.

2 Per Baronalem Curiam Terræ T. fuit provisum, & decretum, quod de expositis summaria capiatur informatio ad finem providendi, & fiat edictum in forma, & interim bona annotentur, & consignentur penes quem cum cautione, vel penes fidum tertium cum obligatione, hoc suum, &c. provisum, &c.

T. de T. Baro Terræ T.

T. de T. Gubernator, & Judex dictæ Terræ.

3 Servientibus nostræ Curiæ, ac aliarum quarumvis Curiarum in solidum, &c. significamus qualiter per Mag. Ærarium, vel per Mag. Coadjutorem dictæ Curiæ fuit nobis præsentata comparitio tenoris sequentis vz. *Inferatur libellus.*

Super qua comparitione fuit interlocutum tenoris sequentis, vz. *Inferatur decretum.*

Quibus omnibus sic insertis, instati fuimus de opportuna provisione, nos enim, &c. Ideo vobis, ut supra jam dictis, dicimus, committimus, atque mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem exponentis, sive, &c. per hanc citationem per edictum affigendam in valvis Curiæ prædictæ, & in aliis locis publicis, ubi affigi consuetum est, pro qua assignamus dies novem, tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos pro tertio, & ultimo peremptorio termino, notificetis, & notificare debeatis omnibus interesse prætendentibus super hæreditate, & bonis supradicti q. T. qui supponitur esse mortuus absque hæredibus, & successoribus, & propterea ejus hæreditas, & omnia ejus bona spectare ad Baronalem Cameram uti bona vacantia, ad dicendum quicquid habuerint adversus incorporationem hæreditatis, & bonorum prædictorum ad beneficium dictæ Cameræ Baronalis.

Et in eodem termino, & deinde in antea cum continuatione ad videndum testium juramenta, alias termino elapso providebitur, ut juris, & procedatur in causa prædicta ipsorum absentia non obstante. Datum in Terra T. Die, &c.

T. Judex.

T. Actuatius.

Cita-

Citatio per edictum contra interesse prætendentes super hæreditate, seu bonis vacantibus supradicti qu. T. de T. ut supra.

4 Die 20. Octobris 1696. in T. Terra.

T. Juratus ordinarius Terræ T. retulit mihi infrascripto ordinario Actuario ejusdem Curiæ se hodie affixisse supradictam citationem in valvis Curiæ prædictæ, nec non copias ejusdem in T. platea, & T. loco solitis ejusdem Terræ, ubi hæc, & alia affigi solent, præsentibus T. & T. & in fidem, &c.

T. Actuarius.

5 Die 29. Octobris in Terra T. Curia, &c. instante Curiæ Coadjutore, & petente fuit incusata prima contumacia contra interesse prætendentes super hæreditate, & bonis vacantibus q. T. de T. citatos, relatos, & non comparentes in forma, & in fidem, &c.

T. Actuarius.

Die 2. & 3. Novembris non fuerunt accusatæ contumaciæ ob festos, ut in Kalendario.

Die 4. mensis Novemb. in Terra T. Curia pro Tribunali sedente, instante Curiæ Coadjutore, & petente fuit incusata penultima contumacia, contra prætendentes super hæreditate, & bonis vacantibus q. T. de T. citatos, relatos, & non comparentes in forma, &c. Et proinde fuit dictum, quod in eorum contumaciam procedatur, & ita, &c.

T. Gubernator, & Judex.

T. Actuarius.

6 Hic examinabuntur duo testes, qui deponant cognovisse defunctum, & vidisse ejus cadaver sepelliri in T. loco, & quod sit publica vox, & fama non adesse agnatos, nec cognatos in gradu successibili, & mortuum esse ab intestato.

Vel si non sunt testes de visu, examinabuntur septem de fama publica.

Quibus examinatis interponitur decretum, vz.

7 Visis actis, citationibus per edictum expeditis contra interesse prætendentes super hæreditate, & bonis vacantibus q. T. de T. fol. . . . contumaciis incusatis, fol. . . . Testium depositionibus, fol. . . . ac visis, & consideratis omnibus in jure, & in facto videndis, & considerandis, fuit provisum, & decretum per Curiam Terræ T. dictum qu. T. esse mortuum ab intestato sine hæredibus, & successoribus in gradu successibili, ejusque hæreditatem, & bona tamquam vacantia spectavisse, & spectare ad Baronalem Cameram Terræ prædictæ, & d. Baron. Cam. esse incorporanda, prout præsenti decreto incorporantur, & Ærarium, nomine, quo supra, esse admittendum, prout admittitur ad succedendum in bonis in hæreditate prædicta remansis, mobilibus, stabilibus, auro, argento, recolligentiis omnibus, & nominibus debitorum, cum facultate exigendi credita, & incusandi quascumque obligationes, & hæreditaria Instrumenta liquidandi, aliaque faciendi, quæ veris hæredibus permittuntur, ita per hoc suum, &c.

Usque huc Formulas dedimus Præambulorum tam ex testamento, quam ab intestato; sed quia multi sunt casus, in quibus nullus reperitur, qui succedere possit ex testamento, nec ab intestato, & propterea Fiscus succedit defuncto; operæ pretium duxi non omittere formulam, quando Fiscus succedit, & aliqua in gratiam tyronum annotare; in quibus casibus succedit, & in quibus, & quando excluditur Fiscus? & an Camera Baronalis succedit in locum Fisci? aliaque non injucunda breviter advertere.

8 Primus casus, quo Fiscus succedit, est, quando quis decedit nullo ex ascendentibus, nec descendentibus, sive collateralibus infra decimum gradum sibi superstite, *DD. in l. 1. & in l. bona vacantia, C. de bon. vacantibus lib. 10. & in l. si bona*, juncta *glos. C. de bon. aut.* *Jud. possid. De Marin. ad Revert. decis. 34.*

Et in Regno nostro Neap. habemus expressam legem in Constitutione Regni incip. *Dobanæ de secretis, sub tit. de Offic. secret.* per quam statuitur, ut Fiscus succedat tam laico, quam Clerico decedenti ab intestato, nullo relicto hærede, qui ab intestato de jure possit ad successionem venire. Cujus hæreditas publice subhastata vendatur, & tertia pars pretii pro defuncti anima pauperibus erogetur, nisi prænominatus Secretus, & quæstor viderit magis expedire; ut ipsæ res hæreditariæ in Fisci possessione serventur.

9 Secundus casus est, ubi Fiscus in testamento esset hæres institutus, & hi sunt duo casus, in quibus Fiscus, ut hæres succedit.

Sunt & alii casus, in quibus Fiscus succedit, sed extra hos duos casus fiscus non succedit, ut hæres, nec est proprie hæres, sed loco hæredis habetur, ut notat *glos. in l. inter nos, §. fin. de fidejuss.* & alia jura & *DD.* relati per *Reg. de Marin. ad Revert. dec. 506. num. 4.*

10 Unde si Advena moriatur in Regno nostro Intestatus, cujus hæredes ignorentur, succedit Fiscus tanquam in bonis vacantibus, ex dicta Constitutione Regni, *Dobanæ, &c.* & ex Constitutione, *Si quando*, ut firmat *D. de Rosa*, insignis doctrinæ vir, *in Consuet. Neap. Si quis, vel si qua, n. 489. fol. 105.*

11 Propterea Fisco etiam pertinet pecunia in Banco reperta, quæ veros Dominos non habet, ut ex dicta Constit. *Dobanæ.* & ex *Covarr.* & aliis firmat eruditissimus *D. de Rosa in Consuet. Si quis, vel si qua, n. 488. fol. 105.*

Sed antequam ad alia transeamus, præmittendum est, quod

Hæreditas jacens differt ab hæreditate vacante, quæ propria hæreditas non dicitur, sed dicuntur bona vacantia.

12 Hæreditas enim jacens est, cujus adest hæres, sed non dum adiit, vel in qua non dum apparet aliquis hæres, sed est spes, quod possit per aliquem adiri hæreditas. Et in hoc fiscus non inspicitur, ut notat insignis jurisconsultus *D. Episcop. Verde in lib. 1. sub tit. 23. de Curat. lemma 9. num. 728. ex §. placebat, instit. lib. 3. de legitim. agnat. success. post Din. & alios.*

13 Hæreditas vacans est, quando quis moritur ab intestato, & non apparet, quod aliquem habeat successorem, imo nulla est spes successoris, qui possit hæreditatem adire, præter Fiscum, & tunc non dicitur proprie hæreditas vacans, nec jacens, sed dicuntur bona vacantia, in quibus Fiscus succedit. Idem *Dom. Verde ubi supra* ex *l. fin. ff. de success. edict. l. habere licere 57. ff. de edict.*

Et ut proprie dicantur bona vacantia, debet constare neminem velle, sive neminem posse esse hæredem, ac facta diligenti inquisitione, & citatis omnibus iis, quorum interesse potest, si sunt certi, per citationem particularem, & si sunt incerti, & ignorantur per citationem generalem, sive per edictum, ut advertit *Staib. observ. 39. num. 33.* post *tract. poss.* de quo edicto fecit mentionem *Dom. Altim. rubr. 12. de nullit. q. 16. n. 9.*

14 Ex his collige, quod in tantum dicitur hæreditas, in quantum habet hæredem, qui possit eam adire; Et donec aditur, dicitur jacens; sed postquam est adita, non dicitur amplius hæreditas, sed proprium efficitur adeuntis patrimonium, *gl. in l. 1. §. veteres in verb. per unum, vers. & post aditam ff. de acquir. possess. De Marin. ad Revert. decis. 145. n. 6.*

Nam per hæreditatis aditionem dominium adeuntibus acquiritur, *l. cum hæredes, ff. de acquir. possess. Revert. decis. 233.*

Et si non habet spem hæredis, hæreditas dici non

Digitized by Google

potest, sed tunc quia bona vacant, sive carent hærede, dicuntur bona vacantia, idest bona sine successore.

15 Et notabis, quod hæreditas paterna jacens non dicitur, ante immissionem filii, *Glos. in L. cum hæreditas, C. depositi in verb. successeritis, De Marin. ad Revert. dec.551. num.20.* quia ex potentia suitatis statim filius fit hæres ipso jure. Quod tamen fallit in filio emancipato, quia emancipatus, dum non adit, hæres nunquam extitit, quo casu dicitur jacens hæreditas, ut late *de Marin. ad Revert. dec.551.*

16 Hinc fit, ut hæreditas jacens defuncti personam repræsentat, & non hæredem quoad omnia, adeo quod antequam adeatur, si in hæreditate laici institutus sit Clericus, conveniendus est coram Judice laico, & in eodem loco, ubi vivens defunctus poterat conveniri.

Et è contra, si in hæreditate Clerici institutus sit hæres laicus, donec jacet hæreditas, conveniendus est coram Ecclesiastico, & non solum distributio, & venditio illorum bonorum ad Judicem Ecclesiasticum spectat, sed bona sunt immunia a solutione Gabellæ, ut rejectis contrariis firmat *Episcop. Riccius resol. 129. p.3. Novar. de elect. for. qu. 28. num. 5. sect.2. in ult. impress. Neapol.* & sequitur *Carlev. lib.1. tit.1. disput.2. q.5. num.326.*

Imo hæreditas jacens repræsentat defunctum, etiam quoad ætatem, *Affl. dec.221. num.2. Carlev. ubi supr. Franch. dec.647.*

17 Verum inventarium hæreditatis, & testamenti insinuatio, & publicatio semper sunt facienda per Judicem laicum, ut late pro, & contra disputat hanc quæstionem, at sic demum concludit *Carl. d. lib.1. tit.2. disput.1. qu.5. ex num. 329.*

18 Bona vero vacantia cum proprie non sint hæreditas, nec defuncti repræsentant personam, *Bart. in l. si quis hæres instituatur, ff. de hæred. instit. l.1. §. an bona, ff. de jure fisc. l. habere licere 57. ff. de evict.*

19 Sed dum in dicta Constit. Regni incip. *Dohana, &c.* statuitur, ut Fiscus Regius succedat etiam Clericis sine hærede decedentibus. Pugnant *DD.* an legislator ille laicus poterit in præjudicium Ecclesiæ dictam legem condere.

Negantes sunt *Afflict. in d. constit. & Andreas Isern. ex text. in l. si quis Presbyter, C. de Episcop. & Cler.* per quem *text.* bona applicanda sunt Ecclesiæ, cui Clericus ipse erat adscriptus; ita *Jo: de Plat. in l.1. C. de bon. vacant. lib.10.* & est *text. in cap.1. de success. ab intestato, ex tex. in can. quicumque 12. q.5.*

Affirmantes vero sunt *D. Car. de Rosa insignis doctrinæ in cons. si quis, vel si qua, num.484. fol.* 104. ex doctrina *Renat. Choppin. de sacr. Politic. lib.3. cap.1. n.27. Didac. Fajar. alleg.45. p.2. de Marin. ad Reverter. dec. 34. & Covar. in cap. cum in officiis num.9. de testam.* qui tradit tam in Hispania, quam in Gallia esse consuetudine receptum, ut Fiscus Regius succedat, quam consuetudinem defendit, & rationibus approbat.

Sed quid de hoc sentiam hic nil concludo, dum latius dicam in *Prax. de foro competent.* quam ad manum habeo, & successive typis dabo.

20 Et similis est quæstio, quando moritur expositus. Quod illi succedit Fiscus, & non Orphanotrophium, ubi nutritus fuit, concludit idem *D. Carolus de Rosa, ubi supra & decis. de Franch.198.* Sed pugnantes refert doctissimus Additionator *de Luca in d. decis.* ad quem remitto.

21 Item, quando moritur Peregrinus in actu peregrinationis, ipsius bona non ad hospitium, neque ad Fiscum, sed ad Episcopum loci, qui hæredibus defuncti restituere, vel pauperibus erogare, & destribuere debet, *Oin. lib.3. tit.1. de success. ab intest. in 5. part. num.3.*

Sed dubium in dicta Constitutione *Dohana, &c.* statuitur, ut si quis decesserit de terra domanii, succedat Fiscus, ex contrario sensu, quando quis decedit in Terra Baronali, non videtur posse succedere Fiscus, sed ipse Baro.

Sed negant *Doctores*, ut *Afflict. in d. Constit.* & *D. de Luca ad Franch. decis. 725.* ex *Capiblanc. in Prag. 8. num.126. Montan. & aliis ibi.*

Et Capibl. num.251. dicit, quod de facto potius; quam de jure Barones sibi usurpant animalia excadentialia, nam debent esse Regis, prout omnia alia inventa per Constitut. Regni *Pecuniam*, quæ ponit modum faciendi præconizationes.

Et quod si intra annum non venerit Dominus, tunc applicantur Fisco.

22 Nisi specialiter sit concessum a Rege in privilegio potestas succedendi in bonis vacantibus; Quia bona vacantia sunt de Regalibus, & de illis insolitis concedi. Adeo quod Proregi non censetur data potestas dandi bona vacantia, etiam quod ei sit concessa generalis, & libera potestas concedendi Regalia, quia intelligeretur de Regalibus solitis concedi, non de bonis vacantibus, quæ sunt de regalibus insolitis concedi.

Adeo quod data facultate a Rege Proregi concedendi bona vacantia, non poterit Prorex assentire, & concedere manui mortuæ, ut late *D. Car. de Rosa in d. Consuet. Si quis, vel si qua a num.493. fol.105.* omnino videndus.

23 Profunda, & intricata est quæstio, an hæreditas, quæ aufertur ab indigno debeatur Fisco, vel proximiori ipsius defuncti? *DD.* valde pugnantes in hoc habemus.

Et quod Fiscus hæreditatem indigno deferendam capit, si sit in bonis allodialibus, secus si de feudo agatur, concludit *de Marin. ad Rev. dec.233. n.5.*

Unde si quis occidat patrem, vel fratrem feudatarios, quibus omnino erat in feudo successurus, non dicitur indignus, prout judicaretur, si esset successurus in bonis allodialibus, sed dicitur prorsus incapax, quod facit, ut sequens in gradu sit ad feudi successionem admittendus, non autem fiscus, per *text. in c.1. an illi, qui interfecit fratrem Domini sui*, & clarius *in c.1. §. denique qua fuit prima causa benef. amitt.*

In allodialibus vero occidens eum, cui ab intestato, vel ex testamento erat successurus, tunc etsi succedere non impediatur, in pœnam tamen patrati criminis statim fiscus omnia illa bona, in quibus delinquens successit, aufert ab eo, uti ab indigno, *de Marin. ubi supr. ex Reg. de Ponte in tract. de potest. Pror. tit.8. §.9. & Rovit. in cons.11. & 12. lib.1.* & ita concludit *Boer. decis.24. num.17. Lauren. in dec. Rota Avenion.21. n.12.* ubi rejicit contrarium tenentes.

Et quod hæreditas aufertur a fratre, occidente fratrem, & de occidente liberos, quod privatur hæreditate obveniente ab ipso Patre, tanquam indignus; & de quocumque agnato occidente suum agnatum, *Farin. in 4. par. in tract. de homicidiis qu.120. Mantic. de conjectur. ultim. voluntat. lib.12. tit.7. n.21.*

Et quod hæreditas, quæ aufertur ab indignis, fisco applicatur, item si substitutus occidat substitutum; omnia late tradit *Sanfel. dec.70.*

Sed idem *Sanfel. in decis.*415. indecisam reliquit hanc quæstionem, ubi pro, & contra refert pugnantes *DD. & num.4.* dicit, quod occidens testatorem, ad cujus successionem venire debeat talis occidens, potius incapax censendus sit, quam indignus.

Et ratio incapacitatis desumitur ex dispositione juris, per quam repellitur a successione occisi, & proinde si de jure taliter occidens non capit in successione, incapax dicendus est potius, & non indignus, & proinde ex hujusmodi incapacitate aperitur locus aliis

venien-

Digitized by Google

venientibus ad successionem, & non Fisco. Quia occisore tamquam de medio sublato, succedunt alii, qui non peccaverunt, in præjudicium quorum non potest Fiscus succedere.

Et ad plenam cognitionem hujus quæstionis præmittendum est, quod magnum discrimen est inter indignum hæredem, & incapacem.

24 Indignus exemplificatur in occidente eum, cui occidens erat successurus, quod intelligit in bonis allodialibus, ut supra, juxta distinctionem relatam per *Reg. de Mariu. ad Revert.d.dec.*235.

Quo fit, ut ob indignitatem delinquentis, in dicti delinquentis locum succedat fiscus; indignus quoque dicitur, qui necem testatoris non vindicaverit, *l.t. C. quibus, ut indignis*, quia hæres tenetur judicialiter illius necem ulcisci; alioquin privatur hæreditate, ut ex multis *DD.* probat *D.Consil.& Regens Petra ris.*272. *num.*2. sed hodie non aufertur hæreditas a non vindicante, quia obstat præceptum Domini nostri Jesu Christi, qui præcepit nobis, *Remitte, & remittetur vobis, Tu mihi vindictam, & ego retribuam, &c.*

Et sic pœna ablationis bonorum contra non vindicantem necem defuncti, hodie de Consuetudine non servatur, *Peregr. de jur. Fisci lib.*2.*tit.*6.*num.*22. *Clar. lib.*5.§.*fin.quæst.*79.*& Foller.* ibi relatus.

Indignus quoque dicitur, qui testamentum defuncti falsum, vel nullum accusat, *Oinot. lib.*3. *inst. de success. Fisci ris.*1.*num.*16. Quod enim aufertur indigno, applicatur fisco. *l. Papinianus*, §.8. *meminisse. ff. de inoffic. testam. & tot. tit. ff. & C. de his, quibus, ut indign.*

Incapax, idest inhabilis ad succedendum is dicitur, quando quis in læsæ majestatis crimen incidit, & lex statuit, ut filii hujus delinquentis a materna, vel avita, & omnium proximorum hæreditate sint alieni, & ex testamentis extraneorum nihil capiant, & sic, ex legis dispositione sunt inhabiles, & incapaces, & habentur, ac si in Mundo non extarent.

Quo fit, ut illis de medio sublatis aperiatur via succedendi aliis venientibus ab intestato, non autem Fisco, *de Marin. ubi supr.*

Ita etiam, quando deportatus esset hæres institutus, quia deportatus est incapax, & inhabilis ad succedendum, defertur successio aliis venientibus ab intestato, & non Fisco, *de Marin. d. decis.*235. *Sanfel. dec.*72. *ex Bartol. Molina & aliis ibi.*

25 Sed in hæreditate ipsius delinquentis, sive committentis crimen læsæ majestatis, succedit Fiscus, quia pro dicto crimine non solum pœna capitis imponitur, sed omnia ejus bona confiscantur, exclusis liberis, & aliis consanguineis, *l.quisquis* 5.*C.ad l.Jul.majest.*

Item in crimine hæresis, *l.Manichæos*, 4. *C.de hæret. & cap. accusatus* 8.§. *in eo contra de hæret. lib.*6.

Imo etiam contra hæreticum defunctum proceditur pro confiscatione bonorum, *d. l. & d. c. ut supra.*

Item in hæreditatibus contrahentium incestas nuptias, *Oin. lib.*2. *tit.*6. *de specieb. præscript. n.* 40. *in l.*1.*ff.de jure fisci.*

Item res intercepta propter vectigal non solutum ipso jure efficitur fisci, vel ejus, cui vectigal solvendum erat, *l.commissa* 14. *cum similib. ff. de public. & vectigal.*

26 Item bona forjudicatorum in Regno nostro Neap. confiscantur, ut in Constit. Regni *Grandis utilitas, & in Constit. Pœnam eorum, & Pragm.* 8. *&* 10. *de exulibus.*

Et de modo succedendi, quando forjudicatus habet ascendentes, & quando habet filios, late tradit *Scialoy. in prax. forjud. cap.*16. sed melius *de Marin. lib.*1.*resol.*35. *Police lib.*2. *cap.*5.*tit.*10.*num.*22.

27 Unum nolo omittere hic, quod si bona delinquentis confiscanda essent extra territorium Judicis loci delicti, tunc unusquisque Fiscus occupat bona sui territorii, & applicantur Judicibus loci, ubi ipsa bona reperiuntur, *Scialoya d.cap.*16.*num.*37. *de Marin. lib.* 1. *resol.*35.

28 Adeo quod Regii superiores, qui tulerunt sententiam forjudicationis, non possunt confiscare bona, quæ forjudicatus habet in Terra Baronis, quia ad Baronem spectant, in cujus territorio sita sunt, *Rovit. in rubr. de sent. forjudic. num.* 30. *Peregrin. de jure fisci lib.*5. *num.*139. *Nacta cons.*580. *in* 2. *dub. tom.*2. *Marcian. cons.*20.*lib.*2. *Marad.observ.*350. *num.*4. *super Pragmat. de Creditoribus fol.*428.

Fallit hæc conclusio in crimine læsæ Majestatis, & in resistentia facta præcepto Principis, quia tunc non applicantur ad Baronem bona, sed confiscantur per Fiscum Regium, *DD.ubi supr.*

Alios casus, in quibus bona Fisco applicentur, relinquimus, quia non est nobis intentio, nisi instruendi Tyrones in Praxi Præambulorum; & ut superius diximus, in duobus tantum casibus fit Præambulum ad beneficium Fisci, qui ut hæres succedit, v3. quando instituitur in testamento, & quando quis decedit ab intestato, nullo relicto successore intra decimum gradum; & extra hos duos casus Fiscus non dicitur hæres, licet ad Fiscum applicetur hæreditas jure confiscationis.

Et ut finem huic *Capit.* ponamus, sciendum est, quod

Licet affinis non admittatur ad successionem, tamen quando non extant consanguinei intra decimum gradum, succedit uxor marito, & maritus uxori; & uxor, & maritus Fisco præferuntur, *Oinot. lib.*3. *instit. tit.*1. *de success. Fisc. n.*28. *l.unic. C. unde vir, & uxor.*

Dummodo non transeat ad alias nuptias, *l.*1. *C. de secundis nuptiis.*

29 Et dummodo conjux non sit ab altero interfectus, vel ejectus, *l. si ab hostib.* §. *si vir uxorem, ff. solut. matr. D.Episc. Verdo lib.*3. *inst. de success. lemma* 21. *fol.*10.

Alias observationes vide in addition. *Sever. ad Sanfel.dec.*412.

CAP. VI.

De Præsumptiva aditione hæreditatis.

SUMMARIUM.

Vera aditio hæreditatis probatur per decretum, vel per testes, vel per instrumentum, num.1. *& quomodo probatur per testes, remissive*, num.5. *& quando probatur ex conjecturis*, num.7.

Præsumptiva aditio inducitur per tria, quæ citra jus, & nomen hæredis fieri non possunt, nempe per actum acquisitivum, actum translativum, & actum possessivum, & exemplificantur ista tria, num.2.

In foro Cautela ad excludendam aditionem ex actibus præsumptivis traditur, num.3.

Adire an præsumatur hæreditatem qui vendit, vel locat, vel solvit creditoribus hæreditariis, vel aliter, disponit de bonis, num.4.

Protestatio quando tollit præsumptionem aditionis, d. num.4.

Filius subtrahens bona hæreditaria amittit beneficium abstinendi, num.6.

Hæres, qui semel extitit, amplius desinere non poterit esse hæres. Et qui noluit bonorum possessionem petere, perdit jus ejus, num.8.

Filius repudians hæreditatem paternam poterit intra trien-

trienniunm se pœnitere, & recuperabit bona, quæ non reperiuntur alienata, num.9.

Minor vero habet septennii tempus ad se pœnitendum post factum majorem, nam dictum triennium concessum majori currit ad beneficium minoris a die elapsi quatriennii concessi ad restitutionem petendam, num.10.

Filius repudians maternam hæreditatem, an gaudeat eodem beneficio se pœnitendi, num.11.

Filius post aditam hæreditatem agnoscens esse damnosam, poterit creditoribus hæreditariis auditis restitutionem petere, num.12.

Filius vendens res patris, quas habere potest tanquam creditor, an præsumatur adire, num.13.

Filius ubicumque possidere potest bona patris alio titulo, quam hæreditario, non intelligitur damnosam patris hæreditatem adiisse, num.14. *Quid si fecerint filii divisionem bonorum, remisseve*, num.15.

Filius recipiendo pecuniam pro nece patris non censetur adiisse hæreditatem, num.16.

Filius vendens res hæreditarias pro funeralibus patris non dicitur se immiscere, num.17.

Filius potest renunciare hæreditatem, & acceptare legitimam tantum, num.18.

1 HÆreditas, vel fuit adita vere, vel præsumptive; Vere dicitur adita per declarationem factam verbo in judicio, vel decreto Judicis, vel extrajudicialiter coram testibus, vel per instrumentum coram Notario, & Judice, & sic probari potest aditio vera, vel per decretum, vel per testes, vel per instrumentum, ut docet *Galt. in sua prax. tutel. p.2. vers. utiliter agat, n.50. fol. mihi* 180. sed

2 Hæreditatis aditio præsumptiva inducitur per tria, quæ citra jus, & nomen hæredis fieri non possunt, nempe per actum acquisitivum, & per actum translativum, & actum possessivum, teste *Bald. in consl.* 224. *vol.*2. relato a *d.Galter. ubi sup. n.*51. Hinc est quod

Hæreditas præsumitur adita per actum inquisitivum, ut si utatur frumento, vino, aliisque bonis hæreditariis, ac aliquid a debitoribus hæreditariis exegerit, licet aliqui sint in contraria sententia, ut inferius dicetur.

Per actum translativum, si quid ex bonis defuncti eroget, vel hæreditariis creditoribus debitum solvat, *Bart. in l. gerit, ff. de acquir. hæredit. Alex. in l.1. C. de jur. deliber. Dilect. de art. testam. in tit. de acquir. vel repud. hæred. caut.*4. *Petrus Duenas reg.* 277. *in fin.* relati a *dicto Galter. ubi supra.*

Per actum possessivum, si post mortem patris, paternam domum habitasse probetur, *l.1. C. de repud. vel abstin. hæredit.* cum ibi notatis per *DD.* & alios relatos a *Marcell. Calà in glos. unic. §.2. qu.15. n.*653. etiamsi titulo emptionis possideat, ut dixit *idem ubi supr.*

3 Adeo quod ad excludendam aditionem ex iis actibus præsumptivis, dictus *Galter.* dat cautelam, ut filius, vel alius, aut tutor protestetur per comparitionem in Curia, quod renunciat, vel se abstinet, itaut si contigerit fieri actum, per quem intelligi possit hæreditas adita, quod nunquam se adisse, vel hæreditati immiscuisse dicatur.

Sed pro credito maternarum dotium, vel alia caussa, argumento *l. sed & si quis §. plerique, ff. de Religios. & sumpt. funer.* docuerunt *Bart. in l. si ita stipulatus la 1. ff. de fidejuss. & Dilectus d. caut.* 5. *Galter. ubi supra.*

nisi fuerit sic protestatus, videtur adire hæreditatem, quando venit, vel locat res hæreditarias; item si hæres ivit ad habitandum in domum hæreditariam cum tota familia, & suppellectilibus, vel aliter disposuit inter vivos, vel in ultima voluntate *l. Pomponius* 86. *§. ult. ff. de acquirend. hæredit.* quia isti sunt actus, qui non solent fieri, nisi per hæredem, *Osnot. lib.*2. *instit. tit.* 16. *de hæred. qualit. & differ. §. fin. num.* 4. *fol.*670. *per text. in l.2. C. de jur. deliber. Glos. super d. §. verb. nuda.*

Et hæc est utilitas, quæ habetur ex repudiatione hæreditatis, nam qui protestatus fuit se nolle esse hæredem, si postea facit actum, qui citra jus, & nomen hæredis fieri non potest, non per hoc intelligitur tacite revocare dicta abstentio, nisi in specie, & expresse revocetur, sed qui non fuit de hoc protestatus, faciendo actum, qui citra jus, & nomen hæredis fieri non potest, sibi præjudicat, & præsumptive censetur adisse hæreditatem, ut late *de Franchis, & Addent. dec.*80. *Staiban. resolut.*86. secus vero, ubi præcessit protestatio, quia tunc etiam si fiat actus, qui possit importare aditionem, non causatur aditio, idem *Staib. in obs.*86. *n.*67.

Verum hæc protestatio, seu declaratio debet fieri ante captam possessionem, & ante actum aditionis, seu post incontinenti, non autem ex intervallo, *Staiban. d. resolut.*56. *num.*2. post *Ludovic. decis.*708. *Rom. cons.*247. *& Dilect. de art. test. tit.*11. *de acquir. vel repud. hæredit. caut.*5. *num.*2.

Hæreditatis enim aditio consistit in animo adeuntis, & propterea inducitur sola voluntate, verbo, vel factis declarata, *Staiban. tom.*2. *resolut.*176. *observat. a num.*6. *ad num.*34. *fol. mihi* 598. *Gram. decis.* 103. *num.* 205.

4 Contrariam sententiam alii asserunt supradictæ *Galterii* conclusioni, nempe, quod hæreditas non dicitur adita, ex eo, quod filius solverit, & exegerit debita, vel credita paterna, & quod habuerit curam, & possessionem bonorum paternorum, & ea locaverit, quia isti sunt actus æquivoci, cum illos potuerit facere, tanquam administrator, vel creditor patris, seu alio titulo particulari, puta donatione, venditione, vel assignatione dotis maternæ, & propterea dicti actus non inducunt hæreditatis aditionem ut late *Gratian. discept. forens. cap.*760. *a num.*34. relatus a *Staib. tom.*2. *resol.*176. *num.*4. *fol.*589. tamen tutior cautela erit protestari per comparitionem in Curia, juxta cautelam traditam a *Galter. ubi supr.* & juxta tradita per *Præsid. de Franch. dec.*80. *n.*9.

5 Hæreditatis aditio quomodo probetur signanter per testes, vide *Mauf. de caus. execut. ampliat.*12. *num.*3. *&* 9. *& ampliat.*14. *num.*21. *&* 23. quem citat, & approbat *Staib. resolut.*176. *n.*6. *tom.*2. nam aditio hæreditatis est probanda per allegantem, *de Franch. dicta dec.*80. *num.*8. *Amend. ibid. num.*30.

6 Et citra protestationem, si probaretur subtraxisse bona hæreditaria, & paterna magni valoris, amittit beneficium abstinendi, & ita DD. & maxime *Jason in d. l.1. C. de repud. vel abstin. hæred.* & proinde tenebitur hæreditariis creditoribus debita solvere, ac si hæreditati se se immiscuisset, *Castrens. in l. servum. §. fin. ff. de acquir. hæred. Alex. & alii in l.2. C. de repud. vel abstin. hæred.* & allegati a *Marant. in l. is potest, num.*87. *ff. de acquirend. hæred. & a Dilecto ubi supra caut.*15. *Galter. ubi sup. n.*53.

7 Et demum aditio hæreditatis ex conjecturis probatur; verum potest probari contrarium; & per allegantem est probanda, quia regulariter non præsumitur.

Et ubi actus sunt dubii circa aditionem factam, standum est juramento possidentis, an voluerit adire, an non, *Amend. ad Franch. decis.*80. *num.*30. Et sicut potuisset defunctus jurare, ex qua caussa juramento ipsius statur, ita & hæres, *Amend.* ibidem ex *Tobia Nonio cons.*27. *n.*5. *Joseph Ludovic. conclus.*16. quæ incipit *Amplia Illat.*55.

Nam actus, qui potest habere respectum ad factum pro-

proprium, & ad factum hæreditarium, in dubio censetur factus nomine proprio, & standum est declarationi ejus, qui illum fecit, quo nomine, & jure illum fecerit, *Staiban. in obs.86.n.81.* nam pendent ab animo.

8 Hæres, qui semel extitit, semper est hæres, nec potest amplius desinere esse hæres. Nec Princeps potest hæreditates quæsitas auferre, *Ursill. ad Afflict. decis.361. n.22. text. in l. & si fine, §. licet quod Papinian. ff. de minor.*

Et qui semel noluit bonorum possessionem petere, perdit jus ejus, etiamsi tempora largiantur, *Staiban. d. tom.1. resolut.86. num.9.* per *text. in l.1. §. qui semel, ff. de success. edict. & gl. ibi* [illegible] *noluit*, dicit, idest, *repudiando*.

9 Quæ conclusio fallit in filio, qui licet repudiaverit paternam hæreditatem, poterit tamen se intra triennium pœnitere, *l. ultima, C. de repud. vel abstin. hæred.* ubi *Bartol. Staiban. tom.1. resolut.86. num.8.*

Et sive hæc renunciatio fiat in judicio, sive extra, *De Marin. tom.2. resol.96. n.2. & Staib. resol.86. n.7. & 15.*

Modo res hæreditariæ non sint alienatæ per creditores, quia tunc non poterit filius pœnitens eas habere, *Paschal. de patr. potest. par.4. cap.1. num.25. Posth. resol. civil.28. num.44. Staiban. d. observ.86. num.16.*

Si vero alienatio sit facta a substituto, vel cohærede, utique per pœnitentiam illa recuperabit, ut idem *de Marin. ubi supr. num.5.* ubi rejicit *Merlin. de legit. lib.5. tit.3. qu.2. num.8.* & alios tenentes, quod tam si bona reperiantur distracta per creditores, quam si reperiatur hæreditas adita per substitutum, vel per alium hæredem ab intestato venientem in gradu, sive per cohæredem, quod non auditur filius volens adire, quod semel repudiavit, nisi esset minor; assignando rationem, quod æquiparatur bona esse per creditores alienata, vel esse per aditionem alteri hæredi quæsita; Nam hoc falsum ostendit *dictus de Marin.* & prædictis late respondet; quia verba *text.* sonant solum, quando reperiantur vendita.

10 Et hoc triennium datur, quando hæres est major. Quoniam si esset minor, istud idem triennii tempus ad se pœnitendum conceditur, decurrendum a die elapsi quadriennii, quod post factum majorem ad se restituendum a jure concessum est, *d. l. fin. C. de repud. vel abstin. hæred. De Marin. ubi sup.*

11 Sed quid si filius renunciet maternam hæreditatem, an idem censendum sit, & super hoc duo reperiuntur *tex.* invicem contrarii.

Nam [illegible] *in l. filii, ad Tertullianum*, dicit, posse intra annum se pœnitere, & repudiatam hæreditatem matris adire.

Text. vero *in l.1. de jur. & facti ign.* dicit contrarium, quod si major semel [illegible] nam hæreditatem renunciaverit, non possit il[illegible] amplius adire, & ita tenet *Staib. tom.1. resol.80. num.7.* [illegible] solvit dubium, quod *text. in l. filii* habet locum quando non renunciavit in totum, sed quando filius dixit nolle adire quasi ad tempus, velle esse in suspenso, quia [illegible] ei conceditur annalis Pœnitentia.

12 Et è contra, si filius mortuo patre paternam adiverit hæreditatem, sive saltem se immiscuerit, agnoscens postea esse damnosam, potest creditoribus hæreditariis auditis restitutionem petere, ex clausula generali, *si qua mihi justa caussa*, ut decisum per *Rot. in Rom.* testatur *de Marin. d. resol.69. lib.2. num.7.* ubi late.

Quod intellige, si modo omnis dolus in hærede cesset, & quod accedat justa caussa ignorantiæ, & quod sit magna moles creditorum latens.

Quo casu minor volens se abstinere ab hæreditate adita, debet petere restitutionem in integrum, & debet citari facere omnes creditores certos per citationem particularem; sed incerti, vel absentes sunt vocandi per proclama, juxta *Text. in Auth. si omnes creditores, C. si minor ab hæreditate se abstin.* Ita *D. Cons. Altim. rubr.12. qu.16. num.23.* ubi citat *Marant. p.6. memb.1. n.103. Sforz. Odd. de restit. in integrum qu.34. num.51. & nos in cap.2. num.49.*

Debitor potest repudiare hæreditatem, legatum, aut donationem in præjudicium creditoris hypothecarii, ut decisum refert *de Franch. dec.101.* & comprobat ingeniosissimus *D. de Luc.* pluribus rationibus, & auctoritatibus.

Quicquid contrarium decisum referat *Camill. de Medic. cons.98.* & alii ibi. Sed tamen utcumque de hoc sit, certum est, quod

13 Filius si est creditor patris propter dotes maternas, & vendat res patris, quas habere potest tanquam creditor, non dicitur adire, *De Franch. dec.80. n.9. Staib. resol.86. n.5. tom.1.*

Quod intelligendum erit, ut loquitur *dict. decis. de Franch.* quando in instrumento dotali materno adsunt solitæ clausulæ, vz. *Cum potestate capiendi, &c. constitutione precarii, &c.* & similes. Quo casu venditio præsumitur facta vigore dictarum clausularum potius, quam animo adeundi hæreditatem. Quando fuit antea protestatus nolle esse hæredem, ut dixi supra *num.3.*

14 Et ubicumque filius possidere potest bona patris titulo dotis maternæ, vel alio titulo, quam hæreditario, non intelligitur damnosam patris hæreditatem adiisse, *l. gerit*, & ibi *Bart. cons.6. ff. de acqu. hæred. l.1.* & ibi omnes *DD. C. de repud. vel abstin. hæredit. Ursill. ad Afflict. dec.360. num.9. & dec.372.*

15 Et si filii post mortem patris fecerint divisionem bonorum, vide *Mascard. conclus.200. Surd. decis.339. num.19. part.2. Gratian. tom.2. discept. for.215. num.14.*

16 Et filius recipiendo pecuniam pro nece patris, non censetur adiisse hæreditatem, & nullum sibi infert per hoc præjudicium, nec per hoc censetur hæres.

Quia jus vindictæ competit jure sanguinis, & non jure hæreditario, secundum *Franch. decis.611. Marant. cons.9. de Ponte de potest. Prorog. rubr. de provis. fieri solitis n.30. in fin. fol.28. Cartab. sing.96.*

17 Filius pro funeralibus patris potest res hæreditarias vendere, & non dicitur se immiscere, nec esse propterea hæredem, *l. si quis §. plures,* [illegible] *de* [illegible] *sumpt. fun. Masull. ad Capyc. dec.* [illegible] *84. n.5. Carta* [illegible] *sing.87.*

18 Filius de jure antiquo non poterat legitimam acceptare, & hæreditatem respuere ex eadem voluntate, & ex eodem testamento, in quo filius fuit institutus. Sed ut legitimam habere posset, necesse erat residuum hæreditatis acceptare, ut late *Bald. in l. unica, num.14. C. quando non pet. par. &c. Petr. G*[illegible] *in syntagm. jur. par.3.* [illegible] *b.44. cap* [illegible] *num.3 Cavall. comm. qu.711. num.6.*

At hodie [illegible] jure [illegible] vo omne grav[illegible] men rejici[illegible] de legitima, [illegible] *omnimodo, & l. quoniam* [illegible] *prioribus* [illegible] *m.*

Prop[illegible] on sufficit simplex hæred[illegible] tis renunciatio, ut privetur legitima, sed requiritur expressa legitimæ renunciatio, *l. si quando, §. genera* [illegible] *ter, ff. de inoff. testam.*

Et sic hodie potest renunciare hæreditatem, & acceptare legitimam tantum, *Gratian. discept. for.249. num.5. Staib. d. resol.80. in obs*[illegible] *vat. num.9.* Et tunc Renuncians habet legitimam, & reliquum dividitur inter legatarios, secus ubi creditores obstarent, & absorberent etiam legitimam.

CAP.

C A P. VII.

De Renunciatione hæreditatis, & legati.

S U M M A R I U M.

Libellus Infantis repudiantis hæreditatem paternam, num.1.
Interlocutoria super dicto libello, num.2.
Edictum super dicta repudiatione, num.3.
Decretum super dicta repudiatione, num.4.
Libellus infantis repudiantis hæreditatem extraneam, num.5.
Libellus, quando major repudiat, vel abstinet se ab hæreditate, num.6.
Libellus renunciantis legatum, num.7.

Formula, quando infans non vult hæreditatem paternam.

1 IN Curia T. Civitatis comparet N.N. tutor A. pupilli infantis dicens, qualiter B. pater diebus præteritis mortuus, & humane sepultus est, nullo condito testamento, cujus hæreditas ipsi A. infanti tamquam filio legitimo, & naturali a lege defertur; Et quoniam ea est damnosa, & ære alieno valde gravata, ideo non intendit se in ea immiscere, sed se ab ea penitus abstinere, prout jam se ab ea abstinet, itaut si ullo umquam tempore contigerit ipsum facere aliquem actum, quo in dicta hæreditate se immiscuisse videri possit, per hunc numquam se dictæ paternæ hæreditati immiscuisse dicatur, sed pro satisfactione sibi facienda ex caussa dotium maternarum, vel ex caussa fideicommissi aviti, vel alia ex caussa, &c & petit ad hujusmodi abstensionem admitti, non solum isto, sed omni alio meliori, &c.

2 Per Curiam T. Civitatis fuit provisum, quod capiatur informatio, si pupilli intersit se a dicta hæreditate abstinere, & testes habeantur pro citatis, & moneantur conjuncti pupilli ad dicendum quicquid, moneantur insuper creditores certi nominatim, & incerti per proclama, quatenus si sua interesse putaverint, compareant prima die, ad dicendum quicquid, inde in antea ad audiendam provisionem faciendam, hoc suum, & expediatur citatio in forma.

T. Gubernator.

Provisum, &c.

T. Actuarius.

Banno da parte della Corte della T. Città.

3 PErchè N. N. tutore di A. pupillo infante ha fatto istanza in questa Corte, come non intende immischiarsi nell' eredità del qu. B. padre di detto pupillo, ch'è passato da questa a miglior vita li giorni passati; ma che intende astenersi da d. eredità, e perciò che questa Corte l'ammetta a d. astensione; Per tanto si è fatto il presente, col quale si citano tutti li congionti di d. pupillo, e tutti gl' interessati, e creditori di d. eredità, cioè li sottoscritti certi, personalmente, o in casa, e gli altri tutti incerti a voce di Giurato per li luoghi soliti, e consueti, che stimando essere di loro importanza, compariscano il primo giorno di Corte a dire ciò che loro piacerà, ed occorrerà, e da là avanti a sentire la provista, che si farà, che loro si farà compimento di giustizia, e non comparendo si procederà alle cose predette, non ostante la loro assenza, e contumacia. In Terra T. 2. del mese di Marzo 1685.

T. Gubernator, & Judex.

Citandi sunt v3.
T.T.T.T. congionti.
T.T., e T.T. creditori certi.

T. Actuarius.

Citazione, e banno, ut supra.

Si fa la relazione, conforme sta al *Cap.6. de Praeamb. Form.* sotto l'editto.

Qui citati si comparent, & opponunt aliquam exceptionem in jure militantem, per quam impediretur actus abstensionis, Judex providebit secundum jura, sed si oppositio facta non est in jure militans, vel nullus comparebit, tunc utroque casu interponetur decretum v3.

4 Per Curiam T. Civitatis fuit provisum, quod T. tutor A. pupilli infantis admittatur, prout admittitur ad abstensionem hæreditatis paternæ, & quod de cætero pro debitis hæreditariis dicti qu. B. ipsius pupilli patris, non molestetur, prout amplius non molestari mandatur, per hoc suum, &c.

T. Gubernator, & Judex.

Provisum, &c.

T. Actuarius.

Formula, quando infans repudiat hæreditatem extraneam.

5 IN Curia dictæ Civitatis comparet N. pupillus infantia major, & B. ejus tutor; Idemque pupillus cum ejusdem tutoris auctoritate dicens, quatenus T. frater ipsius pupilli in ultimis constitutus ipsum pupillum heredem universalem, & particularem instituit in ultimo, quod condidit, testamento in scriptis nuncupativo manu talis Notarii scripto, & exinde mortem cum vita commutavit, & sepultus est, & quoniam dicta hæreditas est valde ære alieno intricata, Ideo illam repudiat, & renunciat, & petit ad hujusmodi repudiationem, & renunciationem admitti, itaut per nullum actum unquam dictam hereditatem adiisse dicatur, sed pro satisfactione sui crediti ex tali caussa quicquid contigerit fieri, intelligatur factum, omni alio meliori modo, &c.

Et fiunt omnia acta sequentia eodem modo, ut in retroscripta prima formula; solum mutatur, quod in hæreditate paterna dicitur, admittatur ad abstentionem hæreditatis; sed in hæreditate extranea dicitur, admittatur ad repudiationem hæreditatis. Quia filius dicitur, se immiscere, vel abstinere, sed extraneus dicitur, adire, vel repudiare hæreditatem.

Formula, quando major repudiat, vel abstinet se ab hæreditate.

6 IN Curia T. Civitatis comparet Titius, dicens, elapsis diebus B. ejus patrem ab hac vita discessisse, ipso comparente superstite, & quia judicat dictam paternam hæreditatem sibi delatam damnosam; Ideo se se ab illa abstinere, & minime se in ea immiscere intendit; & si forte contigerit aliquem actum contrarium facere, vel bona hæreditaria possidere, vel aliquo alio modo in iis se immiscere, non per hoc intelligatur titulo hæreditario factum, sed ex caussa sibi satisfaciendi pro maternis dotibus, vel pro tali credito, aliisque juribus sibi competentibus super prædictis bonis, & ita petit, & ad dictam abstensionem admitti, isto, & omni alio modo meliori, &c.

Et si agitur de hæreditate extranea, tunc non dicetur *se abstinere, & immiscere*, sed mutatis mutandis dicatur; Ideo intendit dictam hæreditatem repudiare, & renunciare, prout ipsam repudiat, & renunciat, &c.

Quo libello oblato statim absque alia solemnitate, fit decretum v3.

Visa suprascripta petitione, Curia T. Civitatis providendo decernit, quod admittatur dictus T. comparens ad prædictam hæreditatis paternæ abstentionem, vel ad prædictam T. hæreditatis repudiationem, & pro indemnitate comparentis recipiatur, & confer-

vetus

Digitized by Google

vetur in actis, hoc suum, &c.

T. Gubernator, & Judex.

Provisum in T. Civitate, die T. &c. Curia, &c.

T. Act.

Alia Formula Decreti, vz.

Per subscriptum Capitaneum, & ejus Curiam Terræ T. visa supradicta comparitione, provisum est, quod notetur dies, & præsens pro indemnitate comparentis conservetur in actis, hoc suum, &c.

T. Capitaneus. T. Act.

Formula Renunciationis legati.

7 IN Curia T. Civitatis comparet A. dicens, quatenus B. comparentis Avus in ultimo suo, quod condidit, testamento nuncupativo manu Notarii sub die 8., legavit ipsi comparenti talem rem cum tali onere; & quia non intendit onus prædictum acceptare, ideo legatum prædictum repudiat, & renunciat, petitque ad repudiationem prædictam admitti, ut de cætero nullo unquam tempore, & modo possit ad onus dicti legati injunctum teneri, & ita dicit, & omni alio meliori, &c.

Per Curiam T. Civitatis visa comparitione prædicta, fuit provisum, quod renunciatio legati prædicti recipiatur, & conservetur in actis pro indemnitate comparentis, hoc suum, &c.

T. Gubernator, & Judex.

T. Actuarius.

Ubi vero legatarius fuerit minor, tunc observentur solemnia, juxta formulam renunciationis hæreditatis superius.

TITULUS SEXTUS

De Variis Formulis diversorum judiciorum.

Pro complemento hujus Primæ Partis, in qua tradidimus Praxim de Actis, quæ fiunt per Actorem sine Reo ad præparationem Judiciorum, libuit hunc sextum, & ultimum Titulum annectere: De variis Formulis diversorum actorum, quæ numerari possunt inter acta, quæ sine Reo fiunt.

QUEM TITULUM divisimus in VI. CAPITA, vz.

C A P. I.

De assecuratione, & adjudicatione Dotium.

S U M M A R I U M.

Assecurationis judicium quinque modis practicatur, & primus modus per viam provisionis, ne mulier molestetur super bonis in instrumento dotali descriptis, num.1.

Secundus modus, quando expeditur salvaguardia prudente judicio cum creditoribus, prævia annotatione bonorum, & præstita cautione de non barattando, & exhibendo ad omnem ordinem, num.2.

Tertius modus, quando prævia causæ cognitione interponitur sententia assecurationis, auditis creditoribus, num.3. & 7.

Vergentia ad inopiam plene probanda est, quando agitur contra creditores, num.4. & 7. *& quomodo exemplificatur dicta vergentia,* num.12. *quod limita,* num.22.

Mulier constante matrimonio agere potest contra tertios possessores rerum mariti posteriores, num.5.

Quartus modus assecurationis, quando uxor impedit executionem creditorum, num.6.

Afflicti, & Grammatici *decisiones contrariæ conciliantur,* d. num.6.

Appellatio non datur in sententia assecurationis dotium ob vergentiam mariti ad inopiam, d. num.5.

Quintus modus, quando uxor agit contra virum, num.7.

Assecuratio dotis an peti possit sine instrumento solum per probationes Testium, num.8.

Assecuratio quid sit, num.9. *& quando conceditur,* num.12.

Creditores hypothecarii possunt occupare omnia bona debitoris, sed mulier non potest, nisi usque ad dotis quantitatem eligere unum prædium, vel duo pro assicuratione, qua electione semel facta, variare ad alia bona non poterit, num.10.

Assecurationis sententia executioni demandatur prævio appretio, rejecto Capycio, num.14.

Assecuratio non transfert dominium in mulierem, refutata opinione de Ponte, num.13.

Mulier non potest aliquid de rebus assecuratis alienare, num.14.

Creditores viri jus offerendi contra mulierem assecuratam non habeat etiam in bonis assignatis a viro, quod limitatur in mercibus, vel quando mulier assecurationem peteret in pecunia, & in bonis dotem excedentibus, n.15. *& limita, ut* n.20. *sed vide* n.24.

Creditores poterunt sibi satisfieri super eo, quod superest ex fructibus assecuratæ dotis, num.16. *quod limita,* num.21.

Creditores personalem actionem tantum habentes, possunt contra uxorem assecuratam agere, ut super illo pluri sibi saccurratur, num.17.

Periculum bonorum, super quibus facta est assecuratio, pertinet ad virum, num.18.

Assecuratio super bonis a tertio possessis non conceditur, nisi facta prius discussione super bonis viri, num.19. *quod limita,* num. 20.

Assecuratio concessa mulieri ob vergentiam viri ad inopiam non retractatur, viro devento ad meliorem fortunam, num.23.

Reg. de Marin. ref.20. & Ursill. ad Afflict. decis.9. *declarantur*, num.24.

Mulier remansa cum haeredibus viri in domo, praesumitur familiaritatis jure continuare possessionem, non autem caussa dotis recuperandae, quia in dubio haeres censetur possidere, nisi expresse contrarium declarasset: quod fallit, quando remanet sola, num.25.

Mulier potest bona viri constante matrimonio jure familiaritatis possidere, & post solutum matrimonium mutare poterit caussam possessionis jure hypothecae, num.26.

Mulier vigore constituti, & precarii pro restitutione dotium, potest ingredi bonorum possessionem propria auctoritate, etiam si ab altero apprehensa sint, secus ubi non esset clausula constituti, & precarii, num.27. *sed vera opinio, quod possessio debet esse vacans, ut* num.28.

Mulier est alenda ex illis bonis, super quibus dotes sunt hypothecatae, & assecuratae, num.29.

Vidua, nec alimenta, nec aliud quicquam recipere potest post annum viduitatis ex caussa dotis non restitutae ab haeredibus, num.30. *sed vide* num.34. *&* 36.

Vidua tenens bona viri, si donec sibi restituatur dos, fructus percepisset, illi in sortem dotis compensarentur, cum ampliationibus, & limitationibus, num.31. *sed vide* num.34. *&* 36.

Rovit. *opinio* in cons.25. lib.1. *reprobatur*, num.32.

Ursilli *opinio* ad Afflict. decis.359. *approbatur contra* Rovitum, *d.* num.32.

Dos consistens in annuis introitibus, vel in stabilibus restituitur mulieri viduae statim anni circulo non expectato, sed consistens in mobilibus, vel in pecunia restituitur post annum a die mortis viri, num.33.

Regens de Marinis, & Cons. Hodierna *conciliantur super interesse dotis non restitutae*, num.34.

Mulieris defunctae haeredes an, & quando possunt petere interesse dotis non petitum a muliere vivente, num.35. *sed vide* num.38.

Dominus Joannes Leonardus Rodoerius *laudatur*, *dict.* num.35.

Mora debitoris probata non sufficit, nisi etiam probetur, quod per illam moram fuit coactus accipere pecunias sub usuris, num.36.

Text. in c. salubriter de usuris *declaratur d.* num.36.

Dotis interesse intra districtum Neapolis, tam maritus, quam haeredes exigere possunt, quousque dos restituatur, secus extra Neapolim, num.37.

Vivius *impugnatur a* Novario, *sed defenditur a* Capyc. Latro super interesse dotis, *d.* num.37.

Interesse dotis debetur ab extraneo per biennium a die contracti matrimonii, sed a socero currunt usurae statim, nisi aliter sit conventum, num.40.

Secundus vir non potest agere ad interesse dotis non restitutae contra haeredes primi viri, num.41.

Consuetudo Neap. circa interesse dotis mortua viro declaratur, num.42.

Interesse antefati intra Neap. taxatur ad rationem quinque pro centenario: sed extra Neap. ad septem pro centenario, num.43.

Mulier intra Neap. recipiendo alimenta post sex menses, non poterit interesse praetendere, num.44.

Libellus pro petenda assecuratione dotis descripta in instrumento, num.45.

Decretum super dicto libello, num.46.

Salvaguardia per modum provisionis, num.47.

Libellus petendi assecurationem ad impediendam executionem, num.48.

Libellus petendi assecurationem contra tertios possessores, num.49.

Articuli super assecuratione dotium, num.50. *& quomodo articulatur, ut evitetur executio*, num.51.

Libellus mulieris petentis assecurare dotem contra virum vergentem ad inopiam, num.51.

Votum Consultoris super dicto judicio assecurationis, num.53.

Decretum vigore dicti voti extensum per Capitaneum idiotam, num.54.

Decretum eligendi appretiatores, num.55.

Formula juramenti praestandi per appretiatores, de fideliter faciendo appretium, num.56.

Relatio appretii facti, num.57.

Libellus viduae petentis retentionem bonorum post mortem viri, num.58.

Decretum super dicta retentione dotium, num.59.

Vidua debet esse cauta, ut post mortem viri faciat sibi adjudicare dotem, nam per simplicem retentionem fructus bonorum extenuant sortem, num.60.

1 ASsecurationis Judicium quinque modis practicatur ad beneficium uxoris pro dote, & antefato.

Primo per modum provisionis nemine audito, & est, quando mulier petit assecurari super bonis in instrumento dotali descriptis, quia tunc M. C. V. ad simplicem petitionem mulieris solet expedire Provisiones, ne dicta mulier molestetur in bonis in suo instrumento dotali descriptis, dummodo cum viro non sit in solidum ipsa obligata.

Et cum dictis provisionibus defenditur mulier ab Executoribus, Algueriis, vel Commissariis expeditis contra virum, *Motill. in suo Archetypo num. 2. fol.* 128.

2 Secundo modo similiter per remedium extraordinarium, quando Creditores viri in judicio se opponerent adversus instrumentum dotale, vel ipsa mulier comparuit adversus creditores petendo assecurari, & ne interim pendente dicto judicio, & pendentibus oppositionibus, molestetur super bonis, mulier petat salvaguardiam, tunc expeditur salvaguardia ad beneficium mulieris absque caussae cognitione, sed praevia annotatione bonorum, ut possit interim impedire executionem faciendam; & praestita cautione de non barattando, & exhibendo ad omnem ordinem Curiae, &c. Et hoc fit pro futura cautela creditorum, quia saepius talia Instrumenta in fraudem creditorum facta experiuntur, & in his tantum casibus intelligenda est procedere *decis. Sanfelic.* 319. ut advertit *Motill. ubi supra.*

3 Tertio modo practicatur, quando creditoribus auditis assecurari petitur, & compilato processu, cum caussae cognitione, interponitur sententia assecurationis, & cum inserta formula dictae sententiae expeditur salvaguardia, quia tunc judicio ordinario est peragendum, ut advertit *d. Motill. in suo Archetypo, num. 1. fol.* 128. post *Fontanell. de pactis nuptialibus claus.7. gl.2. p.3. num.*19.

4 Et tunc vergentia ad inopiam plene probanda est, quia agitur contra extraneos, & nisi plene probetur, non potest obtineri sententia assecurationis ad beneficium mulieris, *Sanfelic. decis.*131. *num.*3. per *text. in l. si constante, ff. solut. matrim.*

5 Et Judicio ordinario potest mulier agere constante matrimonio contra tertios possessores rerum mariti posteriores, ac potiora jura non habentes, & a creditore vendicare, & fortius poterit excipere contra creditorem, & illum excludere, qui adhuc in possessionem non est, *Sanfelic. d. dec.*131. *num.*7. *tom.*1. per *text. in l. ubi adhuc, ff. de jure dotium, Papar. in prax. civ. tit.*3. *de assecurat. fol.*24. *num.*7. *in fine Bald. par.*8. *priv.*37.

6 Asse-

Digitized by Google

6 Assecuratio dotis, quando vir ad inopiam vergit, petitur ex condictione, *l. si constante, ff. solut. matrim.*

Sed tam dos, quam antefatum petitur assecurari, etiam contra tertios possessores, *ex tex. in l. ubi adhuc C. de jur. dotium.*

Practica tamen petendi assecurationem traditur ab *Ursill. ad Afflict. decis.* 199. *num.* 2. quod agens condictione *d. l. adhuc, & d. l. si constante*, & similium, non potest impedire executionem creditorum habentium jus executivum in bonis mariti, *Latr. dec.* 42. *num.* 8.

Ideo cautela erit, ut uxor compareat virtute constituti, & precarii, quæ habet in instrumento dotali, & sic præsentando in promptu instrumentum dotale impedit executionem, etiam non probata inopia in promptu, & tunc non procedit doctrina *Pauli de Castro in l. 2. ff. solut. matr.* ut tenent *Gramm. dec.* 92. *& Ursill.* laudat, & sequitur *Sever. in addit. ad Sanf. decis.* 338. *vers. dum Dom. Reg. num.* 44. ubi concludit, quod mulier agens vigore clausulæ constit. in instrumento adjectæ impedit executionem creditoribus, etiam ante probatam inopiam, secus si ageret condictione *l. si constante, ff. solut. matrim. & l. ubi adhuc, C. de jure dotium.*

Et sine dubio mulier, quæ possidet, potest excipere pro retentione, *Luc. ad Sanfel. d. decis.* 338. *ubi supra ex Fabro definit.* 10. 40. *&* 46. *in C. Fab. tit. de jure dotium.* Melius *Capyc. Latr. dec.* 42. *n.* 9. ubi mulier potest retinere pro assecuratione ante sententiam assecurationis, quando possidet bona mariti, & vide *De Franch. dec.* 154. *&* 167.

Et juxta hanc Praxim olim ad simplicem præsentationem instrumenti dotalis tantum, nulla caussæ cognitione adhibita, mandabatur non exequi super bonis in instrumento dotali contentis pro debitis viri.

Quæ praxis tempore *Sanf.* fuit reformata, & ab anno 1606. inolevit nova praxis, quod præstita cautione de exhibendo bona ad omnem Curiæ requisitionem, & de non barattando, super eis non exequatur ad instantiam creditorum viri, & ita utrique consultum est; mulieri, ne bona exequantur, & creditoribus, ut consequantur, si constabit adesse bona, vel si non extant, consequantur a Fidejussoribus, ita *Sanf. dec.* 319. *num.* 4.

Appellatio executionem non impedit sententiæ assecurationis dotium latæ ob vergentiam viri ad inopiam, & ita decisum refert *Sanf. dec.* 132. *num.* 1. *Petr. rit.* 261. *n.* 25. *D. Altim. Rubr.* 5. *q.* 15. *num.* 8.

Quarto modo, quando vertente judicio inter virum, & creditores, comparet uxor impediendo executionem factam, vel faciendam, petit assecurationem dotis, & antefati, de qua est *decis. Afflict.* 332. *& decis. Gramm.* 92. invicem contrariæ, quæ conciliantur a *Muscatell. in gl. adjudicantur par.* 3. *nu.* 58. & nos dicemus inferius; & declarantur a *Motill. in Archetyp. fol.* 132. *num.* 28. qui taxat *Muscatell.* non intellexisse decisionem Sac. Cons., dum dicit, fuisse denegatam assecurationem propter defectum instrumenti dotalis. Nam sub *num.* 23. dicitur, quod ideo Sac. Cons. denegavit assecurationem petitam, quia non fuit præstita fides testibus examinatis, ex eo quia erant suspecti, ibi, *vers. attamen quia testes &c.*

7 Quinto modo practicatur, quando contra maritum possessorem, uxor agit. Et tunc oportet plene probare virum ad inopiam vergere, ut post *Barbosa in l. si constante, ff. soluto matrimonio*, *Mastrill. dec.* 142. *num.* 3. *Giurb. dec.* 10. *num.* 1.

8 Assecuratio prædicta peti non potest, nisi intercedat hypotheca, pro cujus actione exercenda ordinaria via agitur, *Motill. in suo Archetypo num.* 1. *fol.* 128. Et quod sufficiat tacita hypotheca tenet *Muscatell. lib.* 2. *par.* 3. *glos. adjudicantur num.* 64. ubi quod non requiratur instrumentum, sed sufficit per testes probare dotem, & obtinere assecurationem, & *num.* 35. *Afflict. dec.* 332. quam decisionem exornat, & approbat *Motill. in suo Archetyp. fol.* 132. *num.* 28.

✠ Hic potest accusari mulier, quando vir non erat solvendo tempore, quo fuit contractum matrimonium; *Sever. ad Sanfel. dec.* 338. *vers. si tempore, &* allegat *Galeot. contr.* 65. *num.* 31. *ad* 35. *Fabrum in C. Fabr. diffin.* 19. *&* 25. *& alios.*

Item assecuratio peti non potest ab uxore, quæ divertit se a suo viro, *Galeot. contr.* 65. *nu.* 3. *tom.* 2.

Verum ob sævitiam viri potest se dissociare, & petere dotem, *Sanfel. in Prax. sect.* 9. *num.* 9. *Sever. in addit. ad Sanfel. dec.* 338.

Sed per dictam tacitam hypothecam non potest mulier exercere contra tertios possessores, nisi facta prius excussione super bonis viri, *Musc. ibid. n.* 12.

9 Assecuratio dotis non est restitutio, quia matrimonium non est solutum ob mortem conjugis; sed est quædam petitio dotis in tuto super bonis viri pro restitutione dotium obligatis; ex quorum fructibus possit se ipsam, & eundem virum iatitantem, ac liberos alere, juxta notata per *Bald. in c. contingit col.* 2. *vers. quod ergo de restit. spol. & in c. salubriter de usuris*, penes *Muscat. p.* 3. *gl. adjudicantes, num.* 53.

Quam assecurationem vocant alii adjudicationem; ut *Afflict. in dec.* 9. sed re vera non est adjudicatio, ut advertit *Musc. ubi supr.*

10 Assecurationem petens mulier, non potest occupare omnia bona mariti, sicut possunt alii creditores hypothecarii, juxta *l. creditoris, ff. de distract. pign. & l. quandiu, C. eod. tit.* nec prædium magni valoris, *Sanfel. & addit. dec.* 338.

Sed tenebitur de multis bonis eligere unum prædium, vel unum petere forte de melioribus, usque ad concurrentem dotis quantitatem, ne aperiatur via fraudibus in præjudicium creditorum, *Musc. glos. adjudicantur par.* 3. *n.* 78.

Assecuratio peti potest tantum super una re sufficienti ad satisfaciendum, & si semel mulier elegit agere super una re, puta super domibus, non potest amplius variare, & eligere alia bona, licet sibi similiter hypothecata, ut decisum refert *Capyc. decis.* 46. quem sequitur *Musc. glos. adjudicantur num.* 79. *Sanfel. & add. dict. dec.* 338.

11 Assecurationis sententia mandatur executioni prævio appretio, & æstimatione, prout fit in judicio assistentiæ pro concurrenti quantitate dotis, & antefati, & secundum dictum appretium consignantur bona mulieri, rejecta *dec. Capyc.* 41. *num.* 13. ubi decisum refert, quod assecuratio præstari debet pro pretio, quo emptores reperiuntur, licet appretium fuerit longe minoris, scilicet, quod terra appretietur ducatis sex pro modio, & emptores obtulerint ducatos 12. &c. quia communiter reficitur dicta decisio, ut late *de Franch. dec.* 54. *Musc. d. glos. adjudicantur p.* 3. *n.* 81.

12 Assecuratio dotis, & antefati conceditur mulieri constante matrimonio, quando vir ad inopiam vergit, idest quando inops, sive pauper evadit, contrahendo plura debita, vel aliter; quæ vergentia ad inopiam exemplificatur pluribus modis vz. Primo, si maritus condemnetur ad triremes, dicitur vergere ad inopiam, & propterea uxor assecurationem petere potest, *Napodan. in consuet. ubi dos*, penes *Motill. in suo Archetyp. num.* 9. *fol.* 129.

Secundo, si ingrediatur in aliquam Religionem, ubi ipsa uxor vovit castitatem, idem *Motill. ubi supra, per text. in l. Deo nobis, C. de Episcopis, & Clericis.*

Tertio cum male vir administrat, *d. Motill. ibidem per text. in l. ubi adhuc, & l. donationem, C. de jure* do-

Digitized by Google

dotium, & in Novella Constit. collat. septima de æqualitate dotis, §. nos autem.

Quarto, cum nimium fidejubet, *d. Motill. ibidem ex Bart. & Ripa in l. si constante, ff. soluto matrimonio.*

Alios similes casus ponit *Cavalcan. decis. 21. Gaillus observat. 83. lib. 2.*

13 Assecuratio dotis, quæ uxori super bonis viri ob illius vergentiam ad inopiam a jure permittitur, ad *text. in l. si constante ff. soluto matrimonio, & in l. ubi adhuc, C. de jure dotium*, non transfert dominium in mulierem, nam potius dicitur sequestratio, quam exactio, ita *de Marinis lib. 1. resolut. 20. num. 7. ex Curtio seniore in cons. 27. & aliis ibi, & num 30.* taxat *Reg. de Ponte*, qui in *cons. 123. lib. 1.* tenet contrarium, scilicet, quod transfertur dominium, & mulier efficitur irrevocabiliter domina per assecurationem, quod falsum ostendit dictus *de Marinis*, & rejecta *Cancer. decis. 135. & aliis cum dicto Reg. de Ponte* tenentibus sic practicari, & servari dicit *Muscatellus glossa adjudicantur par. 3. num. 83.* dicens, quod assecuratio non est dotis restitutio, sicut esset soluto matrimonio, sed tamen est positio dotis in tuto, & consignatio, quæ fit mulieri tot bonorum viri, quæ teneat loco pignoris, & hypothecæ pro concurrenti quantitate dotis, & dotarii, & de fructibus valeat se; virum, & liberos alere, nec mulier habet dominium illius rei, sed assignatur tantum loco custodiæ, ut ex forma decreti habetur penes *Affl. dec. 9. Muscat. ubi sup. glos. adjudicantur num. 85.*

Unde fructus assecuratæ dotis competunt mulieri, non ut dos restituta; sed ut deserviant oneribus matrimonii in substentationem tam uxoris, quam viri, & totius familiæ. Et ex hoc

14 Infertur primo, ut non possit mulier aliquid alienare de rebus assecuratis, *de Marinis ubi sup. num. 5. ex Castrense in d. l. si constante, num. 3. & cons. 285. Jason num. 11. Alex. cons. 162. vol. 5.* & ita decisum refert *Afflict. dec. 9. & 199. Capyc. dec. 46. Gram. dec. 92. de Franchis dec. 54. & 617. num. 9. Muscat. ubi sup. par. 3. glos. adjudicantur.*

15 Infertur secundo, creditoribus viri in judicio assecurationis non competere jus offerendi contra mulierem assecurationem petentem, etiam si maritus bona uxori assignaret, ita decisum refert idem *de Marin. nu. 6. Viscont. in suis conclusionibus, verbo mulier regulariter*, & sive ante appretium, & consignationem, sive post, ut late *Muscat. in glossa adjudicantur nu. 96. de Franch. dec. 54.* sed

Limita primo in mobilibus, seu mercibus, vel nominibus debitorum, ex quibus non posset facile se substentare, nisi dicta bona redigeret in pecuniam, nam tunc habebit locum jus offerendi, sed intellige de mercibus existentibus penes virum, tempore, quo mulier agit, vel alienatis post vergentiam ad inopiam, secus in distractis, antequam vir male cœpisset uti substantia sua, nam illa avocari non possunt, *Muscat. in d. glos. adjudicantur p. 3. num. 48. per tex. in l. cum Tabernam, ff. de pignoribus.*

Limitatur secundo, quando mulier vult se assecurari in pecunia, *Muscat. ibid. ex Afflict. dec. 221. & Franch. dec. 54. sub num. 4.*

Limitatur tertio in bonis dotem excedentibus, nam in illo excessu habet locum jus offerendi, ut *Muscat. ubi supra.*

16 Infertur quarto, ut si fructus assecuratæ dotis congruam familiæ substentationem excederet, super eo, quod superest, poterunt creditores viri sibi de eorum credito satisfieri, idem *de Marin. ubi sup. num. 4. ex Bart. cum Alex. Jas. & aliis in d. l. si constante, de Franch. dec. 617. Giurb. decis. 16. num. 18. de Amat. lib. 2. resol. 83. num. 7. & 20. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glos. 24. par. 2. num. 20.*

17 Unde creditores viri actionem personalem tantum habentes, possunt agere adversus uxorem assecuratam, ut vel bona vendat, & de pretio, sibi prius dote soluta, creditoribus satisfaciat, vel si nolit vendere, sed pro se retinere, quod appretientur, & super illo pluri creditoribus succurratur, ita concludit *d. de Marin. ubi sup. num. 8.*

18 Adde, quod infertur quarto, ut periculum bonorum, super quibus facta est assecuratio, pertinet ad virum, *Lopez in cap. per vestram de donat. inter virum, & uxorem, §. 21. Bart. in d. l. si constante, n. 88. Negusant. de pignor. 1. membr. 5. par. num. 31. Affl. dec. 44. penes Gallup. par. 1. cap. 3. num. 33.*

19 Quinto infertur, ut non concedatur assecuratio super bonis a tertio possessis, nisi facta prius discussione super bonis viri, *Bart. in d. l. si constante, Rolandin. a Vall. cons. 9. num. 5. vol. 1. Gabriel. concl. 1. tit. de fidejuss. num. 21.* & hanc praxim esse receptam, licet in capitulis matrimonialibus esset constitutum, & precarium, testatur *Gallup.* & ita decisum refert *par. 1. cap. 5. num. 34. & par. 2. cap. 9. num. 33. Giaz. dec. 1. num. 45. Cavall. opin. commun. contr. commun. qu. 3. num. 23.*

20 Sed *Reg. de Marin. lib. 10. resol. 20. ubi supra num. 9.* limitat hæc omnia, quoties assecuratio fit non ex simplici juris dispositione, sed ex pacto in instrumento dotali apposito, ut teneretur vir uxori dotem effectualiter restituere, in omnem casum restitutionis, non solum soluto, sed etiam constante matrimonio.

Hoc enim casu a viro, vel a Judice assecurata, esse potius restitutionem, quam assecurationem dotis, & ideo efficeretur Domina irrevocabilis rerum dotalium, quamvis pro oneribus matrimonii supportandis: sed vide hic inferius.

21 Et ideo tunc creditores viri, tam in actione hypothecaria uxori posteriores, quam in actione personali uxorem super dictis bonis assecuratis molestare non possent, nec aliquid prætendere super fructibus assecuratæ dotis in eo, quod superest, deductis alimentis pro congrua totius familiæ substentatione, & hac limitatione attenta, procedere tradita per *Reg. de Ponte* resolvit *d. de Marin. dict. resol. 20. lib. 1. in fin.* & ita concludunt etiam *Rom. cons. 392. in 1. dub.* ibique *Mandos. & Viscont. dec. 556. num. 17. Buratt. cons. 120. num. 37. lib. 1. Carocc. tract. de sequestr. qu. 5. nu. 2. par. 1. Milanens. dec. 8. num. 65. lib. 1. de Amat. d. resol. 83. lib. 2. num. 8.*

22 Ultra casum inopiæ mulier potest, constante matrimonio, defendere bona dotalia adversus creditores viri, quia si creditor viri exequitur super fundo dotali, esset quædam alienatio, quæ prohibetur a jure, maxime in præjudicium uxoris, *Negusant. in tract. de pignor. 1. memb. par. 1. num. 33. Gallup. par. 1. cap. 5. num. 35.*

Adde, quod *Amend. ad Franch. dec. 54. num. 10.* dicit, quod mulier, viro vergente ad inopiam, non impedit executionem faciendam pro Creditoribus contra dotem, permittente viro, & ita fuisse decisum penes *Canc. dec. 44.*, de quo satis dubito, quia vir posset distrahere dotem, invita muliere.

Idem *Amend. ibid. num. 7. dicit*, quod si Maritus dedit fidejussorem de dote restituenda, uxor non potest agere pro assecuratione, viro vergente ad inopiam, & sic nec debitor potest uti de fuga suspectus capi, si fidejussorem præstitit, *de Castro in l. si plures §. præterea, ff. de verb. obl. Cartar. dec. 117.*

Idem *Amend. ibid. num. 14. dicit*, quod si mulier per decem annos non petat assecurationem dotis, ex quo vergit ad inopiam, postea non auditur, & repellitur præscriptione *l. 1. C. si adversus creditorem potest opponi*, ita decisum *Cavall. lib. commun. contra com. n. 4.*

in

Digitized by Google

in fine qu.3. Boer.dec.328.num.4. Ant.Burgos.& alii.
Item ultra casum inopiæ uxor constante matrimonio, admittatur ad bona vindicanda, si forsitan forent propter mariti delictum Fisco publicata. Quia per publicationem bonorum viri inducitur ejus vergentia ad inopiam, *Bald.Novell. de dote p.7. privil.17. circa fin.* penes *Gallup.ubi supra*.

23 Assecuratio concessa mulieri ob vergentiam viri ad inopiam non retractatur viro devento ad meliorem fortunam, *D.Rodoerius consf.11.num.17.* post *Fontanell.de pact.nuptial. tom.2.clausf.7. gl.2. par.3. num.61.* & alios ibi relatos.

Ideo viro vergenti ad inopiam non restituitur dos, quamvis postea dives efficiatur, *de Marin.lib.1. resol. 365.n.10.ex Ant.de Amato resol.84.nu.19. & Bart.in l.si constante num.107. ff.solut.matrim.*

24 Diximus supra in *num.20.* quod Jus offerendi non habent creditores contra mulierem petentem dotis assecurationem, *de Franch.decis.54.Marta dec.36.Viv. decis.413.Anna consf.79. Mantica de tacit.& convent. ambigu.lib.11.tit.30. Addit.ad Franch.ubi supra*.

Et diximus, quod limitatur, ubi assecuratio petitur super mobilibus, vel peteretur in vim pacti in instrumento dotali appositi, & quando vir promittit restitutionem dotis tam soluto matrimonio, quam in omnem casum restitutionis, & assecurationis dotium; quia tunc vera est restitutio, & transfertur dominium, & uxor tunc omnes fructus suos facit, nec tenebitur fructos perceptos deductis alimentis restituere creditoribus viri, *de Marinis lib.1. resol.20. Amat.lib.2.resolut. 20. Morot. discept.14. & 16.*

Quod tamen non placet *D.de Luca ad Franch. obferv.54.* qui ex doctrina *Jo: Grot. in repetit. l.si constante in 2.lectur.nu.8.* dicit, dato quod esset pactum dotis restituendæ in omnem casum restitutionis, verba intelliguntur secundum naturam assecurationis, ut fiat restitutio per viam assecurationis, & petitionis in tuto constante matrimonio, & allegat *Ursill. ad Afflict.dec.9.num.3. & vide de Franch.dec.617.*

Et quod cesset propterea jus offerendi, *Afflict. decis.199.*

Unde pactum esset concipiendum, ut per restitutionem dotium constante matrimonio faciendam, mulier evaderet domina dotis, ita perbelle *D. de Luca loco cit.*

25 Marito mortuo, si mulier remansit in domo mariti cum filiis, vel agnatis hæredibus viri; tunc ea familiaritatis jure possedisse, & possidere præsumitur, & non causa dotis recuperandæ. Nisi ab initio declaraverit mutasse sibi causam possidendi.

Potius enim in dubio censetur possidere filius, seu alius hæres mariti, quam uxor, ita *Postius de manutent.observ.54. num.46.ex Decio consf. 400. sub n.5. & consf.231.num.2. Borg.de usufruct.sub nu 101.Rom. consf.77.num.27.lib.1.Cornazzan.dec.3.num.9. Soccin. sen.consf.131.num.6.*

Quando autem continuat sola absque filiis, vel aliis hæredibus, tunc præsumitur mutasse possessionem jure familiaritatis, vel alio jure, in possessionem jure proprio ex supervenientia crediti dotis ob mortem viri, sive facta, sive non facta declaratione, & tunc competit manutentio etiam ad exclusionem alterius, ut *Post.in d.observ.54.num.25.*

26 Nam mariti fundum, & bona mulier potest possidere constante matrimonio jure familiaritatis, & post solutum matrimonium mutare potest causam possessionis, & vigore hypothecæ generalis retinere, donec sibi de dote satisfiat, per *tex.in l.1.§.1. ff. uti possidetis, & cap.licet causam de probat. Signor. consf. 259. Andreol.contr. v.12.nu.1. Motill.in compar. Archiep.num.40.fol.41.*

27 Imo marito mortuo mulier ratione hypothecæ contractæ super bonis viri cum constituto, & precario pro restitutione dotium potest ingredi, & capere bonorum possessionem propria auctoritate, etiam si ab alio apprehensa sint, & non solum bonorum dictæ mulieris, sed etiam in aliis bonis viri, *De Marin.lib.2.resol.142. Gram. dec.58.* ita decisum refert *Faber defin.4. Cod.soluto matr.*

Nam hypotheca dotis tribuit mulieri jus apprehendendi, adipiscendi, & retinendi possessionem, *Gram.dec.38. in fin. Carrab.sing.9.*

Hanc tamen conclusionem limitat idem *de Marin. ibid.num.4.* ubi mulier hypothecam tantum haberet sine constituto, & precario, quia tunc non licet ei absque Judicis auctoritate dotalium bonorum possessionem ingredi, *ex text.in l. dotis actione, C.soluto matrim. & ex Fabro defin.10. C.de rei uxor.action.*

Adde, quod mulieris retentio in bonis viri in tribus tantum casibus admittitur.

Primo, mediante decreto Judicis, visis Instrumentis dotalibus.

Secundo, ex conventione facta vivente viro, nempe pacto, quod apponitur ad beneficium mulieris de ingrediendo propria auctoritate in bonis viri in omnem casum restitutionis dotium.

Tertio, quando vacua possessio ipsi mulieri pervenit, ita *Magon.decis. Rotæ Lucens.64. nu.9. Viv.dec. 317.ex Baldo in l.fin. in principio C. de non numerat. pecun.* Et quando possessio non est vacans, debet juridice dirigere actiones suas adversus hæredes viri, & sic decisum refert *Cæsar Bison.alleg.69. & vide Gizzar.dec.43.*

28 Hic adverte, quod *Joseph Ludov.in dec.Perus.61. num.8.* dicit, quod uxor potest retinere bona mariti pro sua dote, & possessionem dictorum bonorum ingredi, quando possessio dictorum bonorum esset vacans; secus si ab hæredibus viri fuerit occupata, & *Bald.in l.pen.C.de non num. pec.in l.1. Cod. de commiss.ro.pign.dat.Decius in l.dotis, C. de collat. & Roland.consf.77.num.35.lib.1.*

Ut itaque possit mulier sua authoritate possessionem rerum viri ingredi, duo copulative requiruntur.

Primo, ut sit constitutum, & precarium in capitulis matrimonialibus, vel instrumento dotis.

Secundo, quod possessio sit vacans, ut quia hæres viri non dum eam apprehendisset, ita *Mascardell. gloss.adjudicantur, p.1. n.70.*

Et id procedit, licet fundus, vel domus majoris valoris esset mulieris credito, quia quanti majoris valoris rem mulier sua hypotheca avocat, eo citius satisfit suum anterius creditum, cum fructus suos non facit, sed computat in sortem. Verum in casu retentionis, constante matrimonio, ob viri vergentiam ad inopiam. Secus est, quando fructus recipit pro substentatione, *Andreol. ubi supr. num.18. & Motill.ubi sup.Carocc.dec.21.n.36.& 41.*

29 Mulier est alenda ex illis bonis, super quibus dotes sunt hypothecatæ, & assecuratæ, *de Franch. dec. 14. Afflict.dec.1.num.22. Gram. consf. civil.44.* Sed si supersunt fructus ultra alimenta, sunt creditorum decocti mariti, seu ad inopiam vergentis, *de Franch. dec.617.Carrab. sing.124.*

30 Et rationem assignant DD. quia mulier, seu vidua, neque alimenta, neque aliud quicquam recipere potest post annum viduitatis, ex caussa suæ dotis non restitutæ ab hæredibus viri; Et hoc nedum ab hæredibus viri, imo nec a dotantibus: Poterat enim mulier, elapso anno viduitatis, dotem suam recuperare, cum ejus sit facultas experiendi, & exigendi dotem, & non exigere fructus dotis, quos cum dote compensasse dicendum est.

Mulier creditrix suarum dotium possidens bona ma-

mariti præsumitur satisfacta, *Altim. ad Rovit. decis. 43. num. 6. ex Gratian. disceptat. 128. num. 26. Marescos. lib. 2. var. cap. 121. num. 66. Fontanell. de pactis nuptialibus claus. 4. Gloss. 18. parte 5. num. 43. Cancer. var. resol. 7. num. 121. in 2. addit.*, & alii allegati per dictum *Altimar.*

31 Unde si vidua ingressa sit tenutam bonorum ipsius viri, donec sibi restituatur dos, & fructus percepisset, illos in sortem dotis compensare tenetur, ita decisum refert *Hodiern. contr. forens. cap. 38. n. 79.* anno 1634. ubi sic decretatum refert v3.

Fructus perceptos per dictum Joannem uti hæredem dictæ qu. Angelæ, ex bonis viri præmortui per eam retentis loco pignoris, & hypothecæ, quousque sibi dos in pecunia consistens ab hæredibus viri restitueretur, in sortem compensari, penes Actuarium Plinium Jovenem.

De qua causa compilata fuit decisio per *dictum Reg. Capyc. Latr. 97.* in qua meminit de traditis per *d. Hodiern.* qui idem scripsit *ad Surd. dec. 240.* ubi multos *DD.* congerit, & in *d. contr. for. cap. 38. n. 78.* dicit non invenisse contradictorem, adeout *Thesaur.* volens contrarium defendere, demum dixit durum esse contra stimulum calcitrare in *dec. 45. & Canon. communiter, in c. salubriter de usur. Affl. dec. 284.* ubi *Ursill. num. 6. Covar. lib. 3. var. resol. cap. 1. num. 3. vers. 6. Grat. tom. 1. discept. for. cap. 143. Mant. dec. 171. Fontan. de pact. nupt. claus. 8. glos. an. n. 26. Rodriq. de reddit. lib. 3. qu. 8. num. 18. & 20.*

Ampliatur primo hæc conclusio, etiam si usuræ debeantur iure actionis, ut quia ejus viro essent promissæ, donec ei dos fuerit soluta, vel quando ipsa post obitum viri illas in pactum deduceret cum dotantibus, vel hæredibus viri, cum in utroque casu semper sortem extenuent, nam soluto matrimonio exigi a vidua non possunt usuræ, ut dictus *Hodierna d. num. 78. ubi supra*, & latissime per *Rodriquez, & alios DD.* penes *d. Hodiernam contestos ad decisiones Surdi.*

Ampliatur secundo, quod etiamsi, donec restituitur dos, uxor percipit fructus ex bonis qu. viri, illi in sortem computantur, quamvis testator gravasset hæredem aliquid annuum solvi, donec fieret restitutio, & etiam si loco pignoris retinet bona viri, *Capyc. Latro in supradicta dec. 97. num. 7.*

32 Limitatur autem hæc conclusio, primo in dote legata, tunc enim debetur interesse dotis, & antefati a die mortis testatoris, & legatum alimentorum non compensatur cum interesse dotis, reprobata opinione *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 347. num. 14. Rovit. cons. 25. lib. 1.* contrarium tenentis, & approbata opinione *Ursill. dec. 359.* ita *Nov. p. 2. q. 35.* ubi *a num. 9.* late confutat rationes adductas per *Rov., Staib. observat. 138. Gizzius ad d. Capyc. Latro dec. 96. num. 10.* ubi decisum quoque refert *num. 11.* quod

33 Dos consistens in annuis introitibus, debent annui introitus cedere ad beneficium mulieris a die mortis, anni circulo non expectato, mobilia, & pecunia vero post annum.

Et ratio est, quia annui introitus computantur inter immobilia, quæ statim restituuntur, anni circulo non expectato, *Gizzius ad Latr. dec. 97. num. 10. Affl. & Ursill. dec. 284. & dec. 359.*

34 Et licet *de Marin. lib. 2. resol. 109. num. 2.* concludat, quod maritus uxore mortua, si erit morosus in restituenda dote mulieris hæredibus, tenetur ad interesse, ad *tex.* & ibi dicta per *DD. in l. unica §. exactio, C. de rei uxoriæ actione*, & per *Consuetudinem Neapolitanam*, quæ incipit, *Si mulier, de jure dotium.*

Tamen credo hanc resolutionem *de Marinis* non adversari conclusioni supra firmatæ per *Hodiern.* quia *de Marinis* loquitur, quando per mulieris hæredem fuit constitutus in mora per litis contestationem, vel per sententiam; ubi quælibet justa caussa excusat virum a mora, & ab interesse, ut late ibi.

Sed *Hodierna* loquitur, quando mulier exigit fructus bonorum, vel non est curiosa recuperare sortem, constituendo virum, sive viri hæredem in mora cum requisitis moræ; & sic conciliantur istæ duæ opiniones invicem contrariæ apparentes, quæ meo judicio non sunt contrariæ, quia suppositum, sive fundamentum unius est diversum ab altero.

Itaque limitabit secundo, ubi mulier totum fecisset suum posse pro recuperanda ejus dote; tunc enim non erit ei prohibitum aliquid caussa interesse recuperare, ut per *DD. ab Hodierna congestos in d. dec. Surdi 240. & in d. controversia forensi cap. 38. num. 78.*

35 Et quando mortuo viro, vidua non petiit, dum vixit, interesse, tunc hæredes neque petere poterunt, *de Marinis d. lib. 2. resol. 14. num. 4.* ubi declarat *decisionem Grammatici 70. & consilium Dec. 571.* in qua *decisione Grammatici* fuit decisum, non censeri remissum interesse dotis non solutæ mulieri petenti ab hæredibus viri post longam taciturnitatem; quæ decisio habet locum in ipsa vidua viva, & cum *Grammatico* tenet *Dom. Rodoer.* insignis nostræ tempestatis Advocatus primarius *in cons. num. 4.*

36 Limita tertio, ex causa lucri cessantis, & damni emergentis; nam aliquid etiam recipere potest, probando promptas habuisse emptiones; at non sufficeret illa præsumpta probatio, quod in Civitate paratæ sunt emptiones, ut idem *Hodiern. d. cap. 38.* & latius *Rodriquez de annuis reddit. lib. 3. qu. 8. num. 20.* & sæpe decisum testatur *Gratianus tom. 2. cap. 244. num. 11.* subdens, quod nec sufficiat probare, fuisse pecunias ad cambium acceptas, cum requiratur in specie probatio fuisse acceptas pecunias ob retardatam dotis solutionem, cum possit esse, quod ob aliam caussam acceperit; quod etiam firmavit *d. Grat. in cap. 240. num. 5. & cap. 563. nu. 4. & cap. 987. num. 7.* ubi quamvis capta fuisset pecunia ad usuras occasione retardatæ solutionis, non sufficit probari morà debitoris, nisi probetur etiam, quod per illam moram fuit coactus creditor accipere pecunias sub usuris, ita ut aliter non potuisset evitare talem receptionem sub dictis usuris; & hanc conclusionem dicit esse adeo approbatam, quod nemo contradicit in contrarium, colligens plures *Rotæ decisiones.*

Et *d. Hodierna in d. cap. 38. num. 8.* dicit non obstare *Text. in cap. salubriter de usuris*, quia procedit in casu suo, scilicet respectu mariti onera matrimonialia substinentis, & non respectu uxoris, ut latius in *d. dec. Surdi 24.*

Et quod *d. Text.* procedat respectu mariti tantum, & pro eo tempore tantum, quo matrimonii onera substinet, aliter, non solum prohibetur maritus petere fructus dotis, imo si percepisset, teneretur mulieri restituere, *Novar. par. 2. q. for. 88. num. 8. ex Molina de ritib. nupt. lib. q. 43.*

37 Et nota, quod tam maritus, quam hæredes intra districtum Neapolis possunt exigere interesse, quousque dos restituitur, *de Franchis decis. 38. & 489.*

Sed extra Neapolim hæredes viri mortui non possunt exigere usuras dotis non solutæ, etiam si spectarent in vita viri, si eas non petiit vir, nam privilegium petendi usuras ob dotes non solutas non transit in hæredem, etiam si dictus hæres sit filius, ita decisum apud *Vivium decis. 423.*

Licet hæc *decisio Vivii* impugnetur a *Novario qu. for. 33. par. 2.* ubi distinguit, quod si hæres est filius, nunquam censentur remissæ usuræ, sed si non est filius, censentur remissæ per virum, ex taciturnitate tanti temporis, ob rationes ibi adductas.

Sed *decisio Vivii* defenditur a *Capyc. Latr. decis. 97.*

num.

Digitized by Google

num. 17. ubi concludit, quod indistincte hæres non potest exigere usuras, quando illas non petiit vir, sed quando petiit vir, potest exigere hæres, ex doctrina *Romani cons.*517.*num.*1. *Boer.decis.*196.*Gram. decis.*103.*num.*28.

38 Alii volunt, quod tunc hæredes non possunt repetere interesse dotis non solutæ, quando per virum in vita non fuit petitum elapso decennio, morte concurrente, quia tunc censetur per generum fuisse remissum dictum interesse ad beneficium soceri, ita *Petra ad Gram.dec.*70.*num.*2.*Caeber.dec.*141.*Bald.cons.*156. *Romanus cons.*515. *per l.vir usuras ff. de donat. inter virum, & uxorem, Vinc.nt.de vit fol.*71.*verbo decennio, & fol.* 143. *verbo interesse dotium, columna* 2. *de Marin.lib.*2.*resol.*141.*num* 3. *Facchin.contrav.jur.lib.*1. *cap.*9.

Licet contrarium teneat *Ursillus ad Afflict.dec.*93. *&* 284. quem sequitur *dictus de Vita in suo repertorio, fol.*143.*verbo interesse dotis*, ubi concludunt deberi interesse dotis non solutæ, etiam lite pendente, tam mulieri egenæ, & pauperi, & interesse passo, quam hæredibus mariti, & viduæ.

Et quod debetur interesse dotium, etiam si intra decennium petitum non fuerit tenent *Rec. collect.* 2246.*Grat.in dec.Marchiæ* 246.*num.*14.*Vincentius de Vita in repertorio fol.* 143. *verbo interesse dotium, & Gram. dec.*70. refert decisum ad beneficium mulieris, quæ post 22. annos petiit usuras numquam solutas, nec per prius petitas, & de *Marinis d.lib.*2.*resol.*141. *num.*4.dicit procedere dictam *decisionem Grammatici*, semper quando mulier ipsa vivens in judicio compareat, sed si in vita non petiit, hoc jus non transit ad hæredes, ubi declarat etiam consilium *Decii* 571.

39 Pro concordia tamen notabis, quod *tex. in l. vir usuras* 55. *ff.de donat.inter vir.& uxor.* procedit tantum favore mulieris, quia si ipsa esset dotis debitrix viro suo, tunc vir pro tempore vitæ suæ silens usuras remisisse censetur.

Quæ præsumptio remissionis usurarum nequaquam locum habet ad favorem, dotantium mulierem, utpote ad favorem patris, vel fratrum ipsius mulieris, respectu quorum non potest applicari dispositio *dicti Textus. Alexan.cons.*63., *stantibus his num.*17. *vers.item respondeo col.*4.*Surd.cons.*190. *nu.*17. & alii apud *Molfesium tom.* 2. *in additione ad qu.*10. *par.*4. *num.*15.quos citat, & sequitur disertissimus *Dom.Rodoer.in cons.*37.*in appendice num.*23.

40 Quod interesse dotis debetur ab extraneo post biennium, non antea a die contracti matrimonii, si maritus subst[in]et onera matrimonii, *Capyc. dec.* 183. *num.*8.*ex l.fin. §. præterea, C. de jure dotium, Gram decis.*70.

A socero autem currunt usuræ statim, atque maritus incipit onera matrimonii sublinere, nec est necessaria interpellatio aliqua, *Novar.qu. for.*88.*n.*3.*par.* 2. quicquid contrarium scripserit *Faber definit.* 42. *C. de jur. dotium*, qui dixit non deberi, nisi a die quo petitur dos, quia tunc trahitur mora, quando non fuit conventum de interesse, nec de tempore solutionis, ut explicat, & sequitur insignis Jurisprudens *Dom.Rodoer.cons.*37.*in append.num.*26.

At quando est conventum de interesse, & de tempore, debetur a die retardatæ solutionis virtute moræ irregularis, & ita interpretatur *Text. in l.magnam de contrahenda stipulatione*, *Molfes. tom.* 2. *in addit. quæst.*10.*d.Rodoer.cons.*37.*in appen.num.*26.ubi *num.* 24. refert ita decisum in caussa Marchionissæ Polin junctus Aulis anno 1627.

41 Sed secundus vir non potest agere ad interesse dotis non restitutæ contra hæredes primi viri, nisi interpellaverit, & in mora constituerit eos, *Grat. cons.* 56. *num.*2.*volum.*1. *Gratian.discept.foren.lib.*1.*cap.*143.*n.*22. quos citat, & sequitur *Dom. Rodoer. cons.*37. *num.*9.

Imo si secundus vir fructus percepisset ex bonis primi viri, etiam in sortem dotis illos computare tenetur, ut plene *Manent. in dec.*77.

Sed contrarium firmat *Trentacinq. lib.*3.*variar.tit. de jure dotium resol.*6.*num.*6. *ex Bart. in consil.*128. *& Pet. in l.si commodo, §.*11.*num.*26.*per tex. in c salubriter de usuris, Hodiern.ad Surd.decis.*24. *n.*22.

42 In hac Civitate Neap. est Consuetudo, quæ incipit, *Viro mortuo*, per quam statuitur, ut pro primis sex mensibus filii teneantur alere matrem, & elapsis sex mensibus teneantur solvere matri tarenum unum pro qualibet uncia singulis sex mensibus, donec solverint dotes, sed post sex menses invita muliere differri non potest amplius restitutio dotis, & sic elapso anno dos in pecunia consistens non differtur invita muliere. Bona vero stabilia, & mobilia, & corredilia existentia statim restituuntur, imo dicta corredalia capit propria authoritate, *D. de Rosa in d. Consuet. fol.*229. *num.*43. *de Franch. & de Luca dec.* 217.

Quæ Consuetudo indistincte servatur, præterquam respectu quantitatis interesse, quia elapsis primis sex mensibus fit liquidatio pro dote in pecunia consistente ad rationem ducat[orum] sex & duorum tertiorum pro singulis ducatis centum.

43 Et pro antefato similiter in pecunia consistente ad rationem quinque pro centenario, *de Franch. & de Luca d. dec.*217. *D. Cons. de Rosa loc. cit. & Staiban. resol.*3.*num.*35.*tom.*1.

Sed extra Civitatem Neap. ex generali observantia totius Regni hodie taxatur interusurium ad rationem septem pro centenario, quamvis tempore *Grammatici* taxabatur ad majorem quantitatem, ut retulit in *decis.*102. *num.*100. Ita testatur *d. Cons. de Rosa dicta Cons. Viro mortuo, in §. hæredesque mariti, num.*40. *in fine*.

44 Ultimo nota, quod per Consuetudinem Neap. mulier recipiendo alimenta etiam post sex menses non poterit postea prætendere interesse sine nova interpellatione, quia censetur viam alimentorum elegisse, & non viam consecutionis interesse, *de Franch. d. decis.*217, *num.*4. ubi citat *Ursill. ad Afflict. dec.* 70. *num.*5. dicens in *d. addit. & filium* [illegible] hoc [illegible], & ita quoque *de Marin. ad Revertor. observ.* 263. *num.*....

45 Formula libelli pro petenda salvaguardia, ne mulier molestetur in bonis descriptis in instrumento dotali absque citatione per modum provisionis,

IN Curia Civitatis T. comparet A. de A. uxor B. dicens annis elapsis fuisse in matrimonium collocata cum d. B. & pro dotibus fuerunt consignata infrascripta bona, prout patet ex publico instrumento dotali, quod in promptu præsentat, sibique debetur antefatum duc.50. in capitulis matrimonialibus, & instrumento prædicto constitutum; Verum quia dictus ejus vir reperitur ad triremes condemnatus, & ad inopiam vergit, & continuo molestatur ab ejus creditoribus, ideo ad dictam Curiam recurrit, & petit se assecurari pro concurrenti quantitate dotium, & antefati super infrascriptis bonis, & interim expediri salvaguardiam, ne molestetur in bonis descriptis in instrumento prædicto a creditoribus dicti ejus viri, & ut possit se cum filiis, & familia alere, & ita, &c. omnique alio meliori modo, &c.

Bona sunt, v3.

Una Casa sita al T. luogo.

Un'

Un'Oliveto juxta li tali confini.
Item li T.mobili.
Item li T.animali,&c.

46 Visa petitione, & instrumento dotali præsentatis per A.de A.uxorem B.de B.visis denique videndis, & consideratis considerandis per Curiam Civitatis T. provisum, & decretum est, dict.A.non esse molestandam in bonis in dicto instrumento descriptis, dummodo cum ejus viro non sit insolidum obligata cum Regio assensu, prout præsenti decreto non molestari mandatur, per hoc suum, & expediatur salvaguardia in forma.

T. Gubernator, & Judex.

Provisum die,&c.T.Terra,Curia,&c.

T.Actuarius.

T.de T.Dux T.Civitatis,&c.

U.J. D. Gubernator,& Judex T.Civit.

47 SErvientibus nostris, sive, &c.significamus qualiter in hac Curia T.per A.de A. uxorem B. de B. fuit facta instantia pro assecuratione suarum dotium super infrascriptis bonis in instrumento dotali descriptis,& per dictam Curiam fuit interpositum decretum, vz.*s'inserisce il retroscritto decreto*.

Quo decreto ut supra inserto, instati fuimus pro præsentium expeditione; ideo vobis ut supra jam dictis, dicimus, committimus, & mandamus, quatenus dictum præinsertum decretum, & singula in eo contenta observetis, observarique faciatis ab omnibus, & quibuscumque creditoribus dicti B. ejus viri, & alterius cujusvis prætendentis in contrarium; Ita ut minime unquam dicta A.molestetur super dictis bonis, tam stabilibus, quam mobilibus ut supra in dicto instrumento descriptis, & in calce præsentium notandis, ut ex illis se, suosque filios dictæ A. alere possit, servata in omnibus forma præinserti decreti, & caveat quilibet de contrario sub pœna U.A.25.Provisum,&c.& qui contrarium senserit, compareat juridice coram nobis in hac Curia, quoniam justitiæ complementum ministrabitur, dantes, &c. mandantes, &c.præsentes præsentanti semper remaneant. Datæ in T.Civit.die 9.mensis Junii 1696.

T.Gubern.& Jud.

Bona sunt,vz.
Un'appartamento di Case,vz.
Item li tali mobili,&c. T.Act.

Salvaguardia dotium in beneficium A.de A.uxoris B.de B.ut supra.

Alia Formula petendi assecurationem ad impediendam executionem super bonis viri faciendam a creditoribus, ex *Motill. fol.* 127.

48 IN M.C.V.comparet Euphemia uxor Pirri, dicens, ad aures pervenisse multos adesse creditores dicti sui viri, quorum alii obligationum, alii instrumentorum liquidatorum, & sententiæ vigore intendunt bona ejusdem exequi facere. Et quia dictus Pirrus male incœpit uti substantia sua, ob quod ad inopiam vergit, prout se offert probare. Ideo comparens cum sit creditrix anterior pro suis dotibus, & antefato vigore capitulorum, & dotalis instrumenti, quæ in promptu producuntur pro cautela dictæ suæ dotis, & antefati, ac etiam ut se, & filios alere possit, petit pro illorum concurrenti quantitate assecurari super infrascriptis ejus bonis, instando interim ad venditionem illorum non procedi ad instantiam dictorum creditorum, & ita dicit, & provideri petit, salvis aliis suis juribus quomodocumque,& qualitercumque sibi competentibus, isto, & omni alio modo, & forma meliori.

In hoc judicio, ordinaria via agendum est, ut advertit *Motill.in suo Archetyp.fol.*128. *n.*1. penes quem reperitur dicta Formula petitionis.

Et sic in hoc judicio requiritur plena caussæ cognitio, cum de magno præjudicio creditorum agatur, *Papar.in prax.tit.*3. *de assecur. num.*14. *& Bart.in l. si constante, ff.soluto matrim.*

Formula Assecurationis contra tertios possessores super bonis alienatis.

49 IN Curia Castri T. comparet T. mulier, dicens annis elapsis fuisse contractum matrimonium inter exponentem ipsam, & T. ejus virum, cujus matrimonii contemplatione a T. & T. fratribus, & dotatoribus fuisse promissos, & deinde consignatos ducatos tot in dotem, & dictum ejus virum ei constituisse dotarium, seu antefatum, & donativum ratione primi osculi, juxta consuetudinem, & dispositionem *Regiæ Pragmaticæ*, mediante instrumento Capitulorum matrimonialium, instrumento receptionis dotium prædictarum manu T. Not. cum constituto, precario, & pacto de capiendo in ampla forma. At quia dictus vir cœpit ad inopiam vergere, conditionem suam deteriorando, & suis bonis male utendo, quapropter exponenti, & filiis debita alimenta non præstat, quod in promptu offert probare; Recurrit propterea ad dictam Curiam, & petit assistentiam, cum assecuratione pro prædictis suis dotibus super infrascriptis bonis, quæ fuerunt in bonis, & de bonis dicti sui viri, sed ad præsens indebite possidentur per infrascriptos possessores, ut ex illorum fructibus possit se, & filios alere; dum non habet quomodo aliunde possit vivere, petens in præmissis omnibus sibi jus,& justitiam ministrari, non se adstringens &c.deducens &c. omni modo meliori, &c.

Bona, super quibus petitur assecuratio, sunt vz.

Una Casa sita dentro la Terra T. al tal luogo, giusta li T. fini, consistente in T. membri, quale fu, ed è delli beni, e fra li beni di detto suo marito, ed al presente si possiede indebitamente per la T. di T.

Item una Vigna sita al T. luogo, &c.

50 Articuli, super assecuratione dotium in judicio ordinario contra tertios possessores, de qua assecuratione diximus in tertio modo assecurandi.

Super quibus examinandi sunt testes in T.C. vel coram T.Capitaneo, & Commissario specialiter deputato per M.C.V. ad instantiam T.mulieris in causa, quam habet cum T. ejus viro, & T. indebite possessoribus super assecuratione ejus dotium, & aliis, ut ex actis, quæ omnia ponuntur conjunctim, vel divisim, & non se adstringens cum protestatione, &c. quod si aliqua posuerit, & non probare potuerit sibi, & suæ causæ non præjudicetur, & protestatur de expensis, salvo jure addendi &c. corrigendi &c. isto, & omni alio meliori modo, &c.

Bona, super quibus petitur assecurari.

Rubr. Prima, una casa sita dentro la Terra T. consistente in tanti membri, &c. giusta li T. fini, quale è delli beni, e nelli beni del T. suo marito, che al presente si possiede indebitamente per lo T.di T.

Rubr. Seconda, una vigna sita al T. luogo, giusta li T. fini, quale fu, era, ed è delli beni, e fra li beni di T.T. suo marito, ed al presente indebitamente si possiede per lo T.

Rubr. Terza, un'Oliveto, &c.

Primo, essa Articolante intende provare, come tra essa, e detto suo marito si contrasse matrimonio nel T. anno per verba de præsenti.

Secondo, come per contemplazione, e causa del detto matrimonio sono stati pagati ducati T. contanti, ed assegnati ducati T. in tanti stabili, e mobili al d. suo marito, quali doti in tutto im-

Google

importano la somma di duc. T. che promise detto suo marito conservare, e restituire ad essa articolante, una con l'antefato in ogni caso di restituzione, o assicurazione di dote, ut juris, mediante istrumento per mano di T.Notaro, quale produce, testibus tamen non renunciando.

Terzo, come detto marito ha cominciato a dissipare le sue robe con alienarle, e contraere debiti, e fare pleggiarie, &c. anzi se n'è partito, con essere rimasta essa povera moglie con tanti figliuoli nati in costanza di detto matrimonio, che vive miseramente, e non ha altra speranza di potersi alimentare, se non con dette sue doti.

Quarto, come in tempo fu contratto detto matrimonio, ed anco dopo, che fu fatto il pagamento di dette doti, il detto suo marito possedeva, come Signore, e Padrone pleno jure li predetti beni rubricati, e descritti, ut supra, percependo da quelli li frutti, ed al presente si possiedono detti beni per li sopranominati possessori.

Quinto, come detto suo marito non possiede altri beni, sopra li quali possa assicurarsi di detta sua dote.

Item qualiter de prædictis omnibus fuit, & est publica vox, & fama.

Item qualiter attentis prædictis.

Item hæc, & alia, &c.

51 Hic notabis, quod licet *Roland. a Valle cons.9. num. 19. vol.1.* teneat, quod si in instrumento sunt clausulæ *constituti, & precarii* cum pacto de capiendo, mulier poterit obtinere assecurationem contra tertios, nulla facta excussione super bonis viri. Tamen in praxi servatur, ut citentur tertii possessores ad videndam excussionem faciendam, quia assecuratio contra tertios possessores est remedium subsidiarium, & in subsidium tantum conceditur, ut decisum refert *Thor. p.2. verbo assecuratio mulieri concedenda, Sanfel.tom.3.dec.338.num.48. Viv.dec.227.*

Et ideo quintus articulus est faciendus, modo ut supra, ad evitandam exceptionem excussionis, ut docet *Papar.tit.3.de assec.dot.num.154.*

Referuntur vero nonnulli casus excusantes mulierem ab excussione principalis per *Gratian. decis.71. Ludov.decis.45. Olea de cession. jur. tit.3.quæst.7. num. 19.fol.161.*

Libellus mulieris petentis assecurari dotem contra virum vergentem ad inopiam juxta quintum modum per nos datum supra *n.7.*

52 IN Curia &c. comparet T. dicens, qualiter annis elapsis fuit nuptui tradita N. & pro dotibus fuerunt consignati, & soluti dict. N.ejus viro ducati &c. prout constat per publicum instrumentum; verum quia dictus ejus vir vergit ad inopiam, & frequenter molestatur ab ejus creditoribus; ideo petit se assecurari pro concurrenti quantitate dotium, & antefati super infrascriptis bonis ipsius viri, ne in futurum molestetur a creditoribus prædictis, & ut possit se alere cum ejus filiis, & familia, & ita, &c. omni modo meliori, &c.

Hæc formula habetur apud *Nicolinum fol. 153. tract.4.num.5.*

In hoc judicio plene debet probari vergentia ad inopiam audito marito, & deinde fertur sententia; sed in Curiis ubi Consultor est in domicilio, fit monitio ad Consultorem, & deinde fit votum tenoris sequentis.

53 Visis actis, partibus monitis, & auditis, sum voti partes Curiæ T. esse in decernendo T. virum T. ejus uxoris esse condemnandum ad tradendum & assignandum dictæ T, ejus uxori de bonis ipsius T. viri ducatos tot ex causa dotis petitæ, & per ipsum virum receptæ, & ducatos tot ex causa dotarii, sive antefati, & dicta dos, & dotarium ponatur in tutum, ut ex ea possit se, & filium alere, & pro dicta concurrenti quantitate dotium,& jurium dotalium dictam T. uxorem esse assecurandam super bonis in actis deductis prævio appretio, victum victori in expensis condemnando per Curiam taxandis, & ita juris, & justum esse censeo.

T.Cons. Ord. vel Elect.

Deinde extenditur decretum per Capitaneum idiotam v3.

In lite, & causa assecurationis dotium petitæ in hac Curia T. per T. uxorem contra T, ejus virum, ut ex actis.

54 *Die &c. Nos T. de T. Capitaneus Curiæ T. viso suprascripto voto lato per Dominum T. de T. ordinarium Consultorem dictæ Curiæ (sive Consultorem per Curiam assumptum) pronunciamus, decernimus, & diffinitive sententiamus fore, & esse condemnandum dictum T.virum, prout in his scriptis ipsum condemnamus ad tradendum, & assignandum dictæ T. ejus uxori de bonis ipsius ducatos T. ex causa dotis, & ducatos T. ex causa dotarii, & dicta dos, & dotarium ponatur in tutum, ut ex ea possit se, filios, & virum alere, super bonis in actis deductis, ipsam T. assecuramus, & eidem assistentiam cum dicta assecuratione præstamus, juxta appretium faciendum pro concurrenti quantitate dictarum dotium, & jurium dotalium, victum victori in expensis condemnando, quarum taxationem ipsi Curiæ servamus, & ita provisum, stante dicto voto per hanc nostram &c. & intimetur.*

T. Cap.

Lecta, lata die, &c.

T. Actuarius.

55 Commissio, & decretum eligendi appretiatores vigore dictæ sententiæ.

Et per subscriptum Capitaneum, & ejus Curiam T. Civitatis habita summaria informatione de expertis pro executione retroscriptæ sententiæ fuerunt electi, prout eliguntur appretiatores, & experti in hac causa T. de T. & T. de T. dictæ Civitatis ad appretianda bona in actis deducta, qui appretiatores prævio eorum juramento appretiare, & æstimare debeant juxta communem æstimationem, & morem dictæ Civitatis, & juxta eorum conscientiam bona ipsa, justo tamen salario mediante. & in casu, quo fuerint discordes, eligatur T. de T. tertius pro parte Curiæ, prout ad præsens in casu prædicto ex nunc eligitur tertius T. de T.quibus bonis appretiatis distinctam, & veram relationem faciant, ac nobis referant in forma ad hoc, ut ea visa Curia ipsa valeat de justitia providere, dantes ipsis expertis in prædictis exequendis vices, & voces nostras, &c. mandantes, &c. caveant de contrario sub pœna unciarum decem Curiæ, &c. & ita, &c. & intimetur.

Deinde fit actus juramenti v3.

56 Die, &c. penes acta præsentis causæ pro executione suprascripti decreti T. de T. & T. de T. appretiatores electi juraverunt, & juramentum præstiterunt de bene, & fideliter faciendo dictum appretium sibi commissum juxta eorum conscientiam, communem æstimationem, & morem Civitatis, & in fidem, &c.

T. Actuarius.

Relatio appretii v3.

57 Noi T, de T. & T. de T. Esperti, e Deputati apprez-

zatori della Corte T. ad apprezzare gl'infrascritti beni stabili, e mobili ad istanza della T. mediante decreto di essa Corte, alla quale per ubbidire, riferimo; che avendo riconosciuto li d. beni, intese, e richieste prima le parti, e fatta matura considerazione sopra d. apprezzo, secondo il nostro parere avemo estimato detti beni v3.

La Casa palaziata consistente in T. membri sita nel T. luogo, dedotto il censo enfiteutico d'annui ducati T. redditizia alla T. Chiesa, e dedotta la servitù, che siamo informati averci T. de T. di passare per dentro il cortiglio, l'avemo apprezzata per ducati T.

Il giardino al T. luogo, &c., e questo è quanto riferisce, & in fede &c.

Quo appretio facto, potest per ipsum maritum fieri instrumentum assignationis pro executione decreti Curiæ, vel interponitur aliud decretum mutatis mutandis.

Libellus viduæ petentis retentionem bonorum post mortem viri.

58 IN Curia, &c. comparet T. dicens, qualiter de anno &c. fuit a q. T. ejus patre nuptui tradita qu. ejus viro cum dote ducatorum T. prout ex incluso publico instrumento dotali, &c. Verum quia dictus N. ejus vir defunctus est, intendens propterea ipsa T. pro securitate dictarum dotium, una cum antefato ducatorum, &c. & retinere in partem super infrascriptis bonis stabilibus dicti N. ejus viri, ideo instat provideri, quod liceat eidem T. prout juris est retinere dicta bona in partem suarum dotium, & super ipsis non molestari, citra tamen præjudicium aliorum jurium, &c. isto &c.

Hanc formulam habes apud *Nicol. fol.* 148. & apud *Cervell. fol.* 153.

Formula Decreti super dicta retentione, cum voto Consultoris assistentis in Curia.

59 VIsa petitione pro parte T. præsentata, viso instrumento dotali, visis denique omnibus videndis, & consideratis in jure, & in facto considerandis, per Curiam T. Civitatis, cum assistentia, & voto infrascripti ordinarii Domini Consultoris (vel infrascripti Domini Consultoris per Curiam electi) fuit provisum, & decretum licere, & licitum esse dictæ T. viduæ q. T. ejus viri retinere bona hæreditaria dicti sui viri in actis deducta pro securitate suarum dotium, & jurium dotalium, & super ipsis non molestari, donec aliter, &c. salvis juribus, quorum interest, & ita per hoc suum, & expediatur salvaguardia in forma.

Hoc decretum subscribitur tam a Capitaneo, quam a Consultore.

Deinde expeditur Salvaguardia, cum inserta forma decreti.

60 Verum cauti Advocati statim post dictam Salvaguardiam faciunt judicium adjudicationis, auditis interesse prætendentibus, nam ut diximus superius a *num.* 28. & 31. Vidua ex dicta retentione fructus non facit suos, sed eos computat in sortem, sed facta adjudicatione, tunc fructus facit suos, quia dominium bonorum transit pleno jure ad mulierem, nam libellus, & decretum adjudicationis concipitur alio modo, de quibus vide formulas infra in Judicio assistentiæ,

CAP. II.

De Praxi Refectionis Domorum pro cautela dantis pecuniam.

SUMMARIUM.

CReditor, qui mutuavit pecuniam pro constructione, seu refectione domi præfertur aliis creditoribus, licet anterioribus, tam pro sorte, quam pro interesse, licet secundum aliorum opinionem mutuans sub usuris, privilegium dictæ prælationis non habeat, num. 1.

Prælatio prædicta, ut locum habeat, tria copulative sunt necessaria, & quæ sint dicta tria, num. 2.

Mutuanti incumbit onus probandi dicta tria requisita; num. 3.

Libellus volentis reficere, vel construere domum, vel aliam rem, quomodo concipiendus sit, num. 4.

Interlocutoria super dicto libello pro accessu faciendo; num. 5.

Decretum post factum accessum, num. 6.

Decretum post relationem Tabularii, num. 7.

Instrumentum cum dante pecuniam, quomodo sit concipiendum, num. 8.

Mutuans ad refectionem, an præferatur doti, num. 9.

Pupillus, vel mulier probans meliorationes factas de sua pecunia, præfertur, licet non præcesserint omnia supradicta tria requisita, num. 10.

Plures concurrentes ad dandam pecuniam in refectionem rei, tunc non datur inter ipsos prioritas, dict. num. 10.

Privilegiati in personalibus actionibus quatuor sunt, Fiscus, Dos, Qui credidit ad rem reficiendam, & Qui pro funere defuncti pecuniam mutuo dedit, num. 11.

Creditores inter non privilegiatos præter d. quatuor in actione personali æqualitas servatur, num. 12. *quod limita,* num 13.

Nemo cogitur invitus rem suam vendere, num. 14.

Vendere cogitur quilibet pro annona, vel pro ornatu Civitatis, num. 15.

Pauper cogitur vendere domum destructam vicino ædificanti, num. 6. *imo palatium ruinatum cogitur vendere etiam non vicino reædificare volenti, nisi ipse vellet reficere,* num. 17.

Dives cogitur reficere, nec potest dicere vicino, emas.

Pauper non cogitur reficere, sed cogitur vendere soluto per vicinum justo pretio, num. 18.

1 CReditor, qui mutuavit pecuniam pro constructione, seu refectione domi, est super ea potior, & præfertur creditori hypothecario anteriori, per *textus* expressos in *l. interdum, ff. qui potior. in pignore habeantur, & sic ad rem conservandam, l. licet 7. C. eod.*

Et ratio assignatur, quia si non fuisset illa res acquisita, vel refecta ex pecunia dicti mutuantis, non fuisset in bonis debitoris, & per dictam constructionem, seu refectionem illa res salva sit; ergo congruum est, ut illius pecuniæ prius satisfactioni subjaceat, ne cum aliena jactura creditor anterior locupletetur, ut ex *Præs. de Franch. dec.* 97. *num.* 3. & *dec.* 369. *num.* 9. & *Afflict. dec.* 306. *num.* 4. & *Ursill. ibi num.* 3. & *Amat. var. res. cap.* 3. *Lanar., de Ponte, & aliis,* firmat *Staiban. resol.* 196. *num.* 37. & *observ. ad d. resol. num.* 128.

Et præfertur non solum pro sorte principali, sed etiam pro interesse, & etiam pro tertiis, ubi fuerit constitutus census, sive annuus redditus, juxta *Reg. Prag.* 1. *de censib.* ut ex rationibus traditis per *Castill. dec.* 204. concludit late *Staiban. in d. observ.* 196. *num.* 7.

& idem

& idem dicit *Giurba ad Consuet. Messanens. cap. 9. gl. 2. num. 48.*

Licet hoc ultimum impugnetur ab aliis volentibus, quod mutuans sub usuris, caret privilegio, *l. licet 7. C. qui potiores in pign. habeantur*, & propterea pactum specialis hypothecæ, & quod præferatur aliis creditoribus, etiam anterioribus, juvat solum mutuanti sine usuris, ut late *Carlev. lib. 1. tit. 3. disp. 28. num. 29.*

☞ Vide *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 96. & de Luc. in melior. ibid.*, ubi dimisso antiquo Creditore, qui cessit jura novo creditori, an in concursu præferatur novus, tam pro capitali, quam pro tertiis, *de Marin.* impugnatur *a de Luca*, vide *de Luc. ad Franch. dec. 506. n. 5.*

2 Et ut dicta prælatio vigore dictarum legum habeat locum, tria copulative sunt necessaria.

Primum, quod præcise dicta pecunia fuerit mutuata in dictam causam constructionis, seu refectionis, aut necessariæ rei refectionis, vel in rei emptionem.

Secundum, quod dicta pecunia fuerit in effectu in eandem causam conversa, & quod sit ad id opus necessaria.

Tertium, quod dicta domus fuerit per debitorem statim, & non ex intervallo obligata, secundum veriorem opinionem, & in praxi servatam, ut late *Staib. d. observ. 169. num. 12.* ex doctrina *Gratian. discept. for. 25. num. 23. lib. 1. & resol. 670. lib. 4.* post *Guttierez pract. quæst. 98. lib. 5. Postius resol. civil. 22. n. 3. & 5.*

3 Onus vero probandi dicta tria requisita incumbit mutuanti, qui concludenter veris probationibus, non autem conjecturis debet ea probare, ut *d. obs. 196. num. 18.* ex allegatis per *Castillum in dec. 205. lib. 3.* concludit, & per *tex. in l. interdum, ff. qui potior. in pign. habeantur*, ibi: *Si in rem istam conservandam impensum est*: *Gratian. discept. for. 107. num. 19. lib. 1. Malvasia cons. 55. n. 5.*

Verum in praxi servatur, quod licet clare non probaverit pecuniam impensam fuisse in illam caussam; tamen sufficit probare domum, seu prædium indigere ejusmodi reparatione, & ad hunc effectum fuisse illam pecuniam mutuatam, & statim paulo post datam pecuniam fuisse factas reparationes in domo, seu prædio, vel factam emptionem illius prædii, &c. Et constare debet, quod tota illa pecunia mutuata fuerat necessaria, alias pro summa expensa tantum haberet locum prælatio, & non pro tota, ita late *Auctores* ubi supra.

4 Quo fit, ut in M.C.V. Praxis inolevit; ut creditor pro refectione, & melioratione sit cautus, præsentabitur libellus per debitorem, in quo exponet necessitatem reficiendi domum, vel argines agrorum, & similiter necessariam prædii conservationem, & quod sit necessaria tanta quantitas, & non inveniat dantem pecuniam, nisi cum decreto, & pacto prælationis omnibus creditoribus, etiam anterioribus, & privilegiatis quocumque privilegio dotis, & in corpore juris clauso munitis, etiam Regio Fisco.

5 Super qua comparitione præsentata, fit interlocutoria, quod accedat Dominus Judex super faciem loci, una cum Tabulario, ad finem providendi super petitis.

6 Qua necessitate, & ruina per Judicem cum Tabulario recognita, interponitur aliud decretum, quod stante accessu facto super faciem loci, Tabularius referat expensas necessarias erogandas in reparatione domi, vel prædii taliter a Domino Judice recogniti, & visi.

7 Qua relatione facta per Tabularium interponitur decretum, quod M.C. vel Curia T. Civitatis suum interponit decretum, & judiciariam præstat auctoritatem, quod liceat, & licitum sit N. N. accipere ad interesse ducatos tot a quibusvis personis dare volentibus pro illis expendendis in refectione, & reparatione domi destructæ, vel ruinam minantis cum jure prælationis, & Tabularius Electus iterum facta reparatione referat.

8 Deinde fit instrumentum cum inserta forma dicti decreti cum expresso pacto, ut pecunia remaneat vinculata in Banco, vel depositata penes Capserium Universitatis, aut tutam personam, ubi non sunt publica Banca, pro illa expendenda in illam constructionem, vel reparationem pro materialibus, & magisterio, & cum pacto, ut remaneat specialiter obligata cum prælatione omnibus, & quibuscumque creditoribus quocumque privilegio etiam dotis, & in corpore juris clauso munitis, & etiam Regio Fisco.

Deinde pecuniæ liberantur magistris Fabris, & Operariis per mutuantem cum subscriptione Judicis.

Qua reparatione finita, Tabularius relationem faciet esse sequutam reparationem, in qua fuit impensa tanta summa.

Super qua relatione interponitur decretum, quod visa relatione facta per N. Tabularium Electum, per quam constat dictum N. N. impendisse ducatos tot pro reparatione domi, fuit provisum, & decretum, quod dictus T. præferatur creditoribus domi prædictæ pro quantitate expensarum prædictarum, hoc suum, &c.

Et de hoc decreto potest fieri reassumptum, sive instrumentum per Judicem, Tabularium, & Actuarium, & notari in margine instrumenti crediti, vel saltem consignari copia dicti decreti, ut conservetur in protocollo Notarii, & notetur in margine.

Hanc praxim, sive has formulas tradit eruditissimus *de Luca ad Franch. obs. 506. num. 6.* ubi *num. 5.* assignat rationem, quia a reficiente possunt fieri fraudes, & ideo lex requirit tot extrema.

9 Ubi *d. D. de Luca* refert decisum in anno 1672. mutuantem ad refectionem præferri doti, quando adsunt suprascripta requisita, & mutuans sibi cavit de speciali, & expressa hypotheca super melioramentis cum speciali prohibitione, quod ex qualibet caussa favorabili, & privilegiata, etiam non expressa, & de jure exprimenda aliquod jus, vel actio acquiri non possit in præjudicium ipsius mutuantis, vel emptoris census, *D. Scoppa ad Sarn. §. 37. fol. 565.*

Et sic caussa inter Conservatorium Pentitarum creditorem ex caussa meliorationum, & sorores de Piro creditrices dotium, disputata per *Staiban. in obs. 196.* fuit decisum ad favorem Conservatorii, contra dotem, non obstantibus in contrarium adductis per *d. Staiban.* quæ militare possunt, ubi mutuans non sibi cavit cum dicta speciali proibitione, & hypotheca, ut supra, prout scitissime advertit *d. de Luca ubi supr.*

Ubi itaque desunt copulative dicta tria requisita, concludenter veris probationibus probata, certe dos præfertur mutuanti ad refectionem, ex late traditis per *Staib. & de Luca ubi sup. & Merlin. controv. 26. per text. expressum in auth. de æqualitate dotis, §. hic consequens, & in §. sequenti, quia vero,* ubi dicti duo §§. unico summario clauduntur sub his verbis, vz. *Mulier privilegiis dotalibus uti potest adversus omnes creditores viri, etiam si eorum pecunia res sit empta, vel refecta, exceptis creditoribus, quorum pecunia militia est empta.* Et sic in solo casu, quo militia emitur pecunia creditoris, ille creditor ex caussa militiæ emptæ præfertur doti; In aliis casibus dos præfertur omnibus creditoribus etiam dantibus pecuniam ad rem emendam, vel reficiendam, de qua re vide *dictum Staiban. & Merlin. ubi sup.* qui in favorem do-

Digitized by Google

tis depugnant, & vide *Fontan. p.9.* depugnantem contra dotem pro venditore.

Et ratio assignatur a *d. de Luca*, quare per accessum Judicis, & per decreta præcedentia creditum refectionis præferatur doti, non obstante *d. sext. in auth. de æqualitate dotis, §. his consequens*, ubi præfertur dos creditori refectionis; Quia ibi mulier fuit privilegiata ratione suspicionis, dum mulieres facile circumveniuntur; igitur quoties non circumveniuntur, non habent dictum privilegium prælationis, dum cessat omnis suspicio per accessum, & decreta Judicis, & cessante dicta suspicione, mutuans ad refectionem præfertur doti, & omnibus, *de Luca ubi supra, n.6. in fin.*

Imo mutuans ad rei refectionem, vel in rei emptionem, aut necessariam rei conservationem non præfertur regulariter anterioribus creditoribus, nisi speciali pacto hypothecæ, *ad tex. in l. quamvis ea, C. de pignor. & gl. ibi. de Marin. lib.1. resol.260. num.13. de Luca ibi*, dicit, quod nil refert, si pecunia sit cum effectu conversa in illam caussam, quando non præcessit conventio, ut pecunia ad id convertatur, *de Marin. ubi supra num.4. Merlin. de pignor. lib.3. tit.1. q.5. num.64. Spada cons.268. num.6. Altim. ad Rovit. dec.7. num.20.*

10 Sed dicta regula limitatur in pupillo mutuanti, qui etiam absque vinculis specialis hypothecæ ex privilegio extraordinario præfertur omnibus antiquioribus, *Reg. de Ponte dec.34. num.53. per tex. in l. idemque 7. ff. qui potiores in pignore habeantur*, quæ licet loquatur ad rem emendam, tamen extendunt *DD.* ad rem conservandam, *de Ponte ubi supra n.54.*

Quæ limitatio intelligenda est, ut pupillus præferatur non habentibus aliam hypothecam specialem, *de Ponte ubi sup.*

Limita etiam dictam regulam, ubi concurrit mulier, quæ probat melioramenta esse facta de pecunia sua, tunc ipsa præfertur omnibus creditoribus anterioribus sicuti pupilli, ut supra, *Episc. Ricc. ad Franch. dec.507. post Monac. dec.17. n.13.*

Et quando ex pecunia plurium res salva facta est, vel multi concurrerunt ad dandam pecuniam in refectionem rei, tunc non datur inter ipsos prioritas, sed omnes concurrunt, & ultimus par est primo, *Reg. de Ponte d. dec.34. num.11.* quia tunc cessat prioritas temporis, *de Luca ad Franch. obs.506. n.6.*

Sed vide late *Sanfel. dec.112. de Marin. lib.1. resol.260. num.13. D. Consiliarium Altim. ad Rovit. decis.7. num.20.*

Unum tandem singulare notandum, quod si mulier concurrat pro dote, & creditor anterior, qui habet expressam hypothecam concurrat pro suo credito, & mutuans ad rem emendam concurrat pro suo credito.

Duæ reperiuntur opiniones invicem pugnantes.

Prima est, in favorem mutuantis, ut is præferatur utrique, scilicet creditori anteriori, & mulieri, ex regula, *si vinco vincentem te, multo magis vinco te*; sed mutuans ad emendam, vel reficiendam rem cum speciali hypotheca, ut diximus supra, præfertur habenti anteriorem, ex *tex. in l. licet, C. qui potior. in pign. habeantur*, qui anterior creditor antefertur doti posteriori, ut late *Gizz. dec.1.* Ergo mutuans, dum vincit anteriorem, multo magis vincit dotem posteriorem, quæ ab anteriore vincitur, ita *Rosa* penes *Buratt. dec.231.*

Verum *Amat. resol.3.* dat solum prælationem mutuanti ad rem emendam, non autem ad reficiendam.

Et ratio differentiæ assignatur a *D. de Luca ad Franch. dec.406. num.5.* quia in mutuo ad reficiendum possunt fieri fraudis, & circumventiones adversus dotes.

Proinde *Merlin. controv.26.* clarum negotium inquit, ubi mulier cum anteriore habente expressam, & mutuante ad refectionem concurrat pro dote, quia tunc mulier præfertur mutuanti, qui vincit creditorem anteriorem, ita pariter mulier vincit habentem anteriorem hypothecam, ex dicta regula, *si vinco vincentem te*, ita post *Merlin.* sequitur *de Luca ad Franc. d. obs.506. num.6.*

Quod approbat *Staib. obs.196. num.119.* ex traditis per *Covarr. lib.1. var. resol.7. num.3. Guttierez pract. quæst.99. lib.5. num.25.*

Et tunc dicta prælatio mulieri datur contra mutuantem, ex *d. §. his conseq. auth. de æqualitate dotis*, & datur prælatio anteriori creditori, non ex *tex. in l. assiduis, C. qui potior. in pignor. habeantur*, sed quia vincit mutuantem, a quo anterior creditor vincitur.

11 Et ultimo notandum, quod in personalibus actionibus quatuor sunt privilegiati, Fiscus, Dos, Qui credidit ad rem reficiendam, & Qui pro funere defuncti pecuniam mutuo dedit.

Hi præferuntur non privilegiatis, sed inter eos non datur prælatio, ut late hæc omnia *de Marin. ad Reverter. dec.74.*

12 Inter alios creditores personalem tantum actionem habentes in concursu æqualitas servatur, itaut nulla prælatio obtineat, *l. privilegia, ff. de privileg. credit. de Franch. dec.82. num.7.*

13 Limita in Fisco, qui præfertur anterioribus in tempore, nisi dictus anterior ultra prioritatem temporis aliud habeat privilegium, ut quia est creditor ex caussa tutelæ, vel dotis. Quia ratione duplicis privilegii privatus præfertur fisco, etiam in bonis quæsitis post obligationem fisci, *de Marin. ad Reverter. d. decis.74.*

Secus est in creditoribus hypothecariis habentibus tacitam, quia præferuntur posteriori, sive tacitam, sive expressam habenti hypothecam, quamvis sit Fiscus, *num.5. ex tex. in l. unica, C. rem alienam gerentibus.*

Sed dos præfertur anteriori creditori hypothecam tacitam habenti, *§. fuerat in tit. de action.*

Et bonis quæsitis post obligationem Fisci, Fiscus etiam præfertur cuilibet, *de Marin. ad Revert. dec.74. num.5.*

Et dum de refectione domorum sermo fuit, consentaneum videtur aliqua dicere, quando invitus quis cogitur vendere domum destructam, vel ruinas minantem.

14 Et licet regula sit, quod nemo cogitur invitus rem suam vendere, *l. nec enim, ff. rerum amotarum, l. nec emere, C. de jure deliber. de Franch. dec.675. num.2. Afflict. in constit. matris procuratoribus num.2. rubr. de loco demanii.*

15 Tamen fallit dicta regula tempore caristiæ, quia pro annona quilibet cogitur vendere, *Carraba sing. 248.*

Fallit pro ornatu Civitatis, nam quis cogitur vendere pro aliqua via construenda, vel fonte, & similibus, ratione publicæ utilitatis, *Afflict. decis.767. num.198. Amat. cons.33. Novar. p.1. quæst.34. & p.2. q.25. num.8.*

16 Propterea vendere cogitur pauper domum destructam vicino ædificanti ea ratione, ne Civitas desormata remaneat, *Danza de pugn. DD. to.1. de contumac. num.9. cap.4. ex Riccio dec.138. num.4. p.4. Novar. quæst. for.34. num.5.* qui *num.6.* limitat, nisi vellet ille pauper reædificare.

17 Imo pauper habens palatium dirutum in Civitate, cogitur vendere etiam non vicino volenti reædificare, ne Civitas deformetur, *Benedell. in constit. sancimus, §. scriptum est num.6. Tiraquell. in tract. nobilitatis*

Digitized by Google

litatis c.39. num.132. Novar. d. quaest.34. num.5. ubi allegat *Marsil. sing.470. Roman. sing.784. Herculan. de cautel. de non offendendo cap.6.n.2.*

Nisi ipse vellet reficere, quia tunc non potest cogi ad vendendum, *Novar. ibid.*

Pauper enim cogi non potest ad reficiendam domum, quam propter impotentiam reficere non potest, sed ei licet illam ruere, *Marant. in suis notabilibus, verbo pauper*, ubi allegat *Paulum de Castro in l. sed an ultro, §.1. in fin.ff.de negot.gest.*

Hinc corollarie infero duo.

18 Primum, quod dives cogitur reficere, & non potest dicere vicino, emas.

Secundo, quod pauper non cogitur reficere, sed cogitur vendere, dum non potest ipse reficere, & non potest cogi ad cedendum vicino, nisi soluto justo pretio.

Unde inolevit praxis, quod ad instantiam vicini fit mandatum, ut reparet domum ruinosam, vel cedat, idest vendat, justo pretio mediante.

Ita etiam socii compelluntur, si nolint struere aedificium, & unus velit, per *text. in l. si ut proponas, C. de aedificiis privat.*

Ita etiam si non sunt socii, sed curiales, *gl. in leg. singulorum, in verbo dirutus, C.eod.*

Et tunc destructio inhibetur, ut in *Constit. sancimus, §. scriptum, num.7.* concludit *Benedell. ex ead. glos. per l.2.C.eod.*

Et vide, quae latius tradit *Capolla de refect. cap.40. n.4. fol.167. in tract. de servitut. urban. praedior.*

De Praxi refectionis Domorum pro cautela dantis pecuniam, multa dixi in primo Tomo meae Praxis *tit.6. cap.2.fol.146. ubi adde ad n.10.* quod

Fabri murarii, vel lignarii praeferuntur omnibus aliis creditoribus super domo refecta, etiam creditori ex causa census soli, ut concludit *Rodoerius cons.42. num.15. & 16.*, & decisum refert *Chartar.lib.10.resp. 179. in addit. ad Christin.*

Sed ardua est quaestio, an creditor census consignativi, qui ad reficiendam rem pecuniam dedit, praeferatur Domino directo pro censu emphyteutico, nam

Contra Dominum directum scripsit *Antonin. de Amat. resol.3.num.76. ad 80. de Marin.lib.1.resol.101. num.10.*

Et pro Domino directo scripsit, & decisum refert in S.C. *Arias de Mesa lib.1. resol.29. num.30. in fine, Giaz. ad Capyc. Latr. dec.30. num.22. & 23.* rejecto *Amata*, & plures decisiones S.C. refert *Reg. Cons. Vargas Macuccha dec.38. num 95.* ad favorem Domini directi, etiam contra mulierem, qui de pecunia dotali refecerat; quem citat & refert *de Luca in melior.101. ad dictum de Marin.lib.1.*

At discusso medullitus articulo in nostro S. R. C. in caussa Annae Guerrae praetendente praeferri pro capitali ducatorum tercentum impenso in reparatione Domi Marci Antonii, sitae in Platea Portus contra Abatem Sancti Antonii de Vienna, Dominum directum census emphyteutici, fuit ad relationem Regii Consiliarii D. Vincentii Raitani decisum, ut pari passu praeferantur, & depositum perventum ex domo praedicta, dividatur inter dictam Annam, & dictum Abatem, & fuit confirmatum in gradu restitutionis in integrum petitae per dictum Abatem, ut in processu intitulato qu. Marci Antonii Gratiuli, cum creditoribus, &c. in banca Magnifici Litti penes Scribam Marcum Piccaro.

Et ratio decisionis fuit, quia aedificium non potest esse sine solo, & sine expensis factis in refectione, ideo aequitas ipsa suadet, ut pari passu eant Dominus soli, & Dominus refectionis.

Et num.1. d. cap.2. fol.146. retuli dissidentes opiniones, quod mutuans sub usuris caret privilegio praelationis, quod privilegium juvat solum mutuanti sine usuris, quam antinomiam firmiter teneo esse concordandam, ut dans pecuniam pro constructione, sive refectione domi sit potior, etiam pro tertiis, omnibus creditoribus, excepto Domino directo pro censibus soli, qui pro rata aequalem praelationem habet cum tertiis spectantibus creditori refectionis, ea ratione, quia Dominus directus tenet solum, quod est suum capitale impeditum, & otiosum ad substentandum aedificium, quod aedificium sine solo extare non posset, & Dominus refectionis tenet sortem principalem similiter impeditam, & infructiferam, sine qua aedificium non extaret salvum; Propterea pensiones, sive fructus aedificii refecti, non magis uni quam alteri liberari debent pro censibus utriusque decursis; quae ratio non militat cum aliis creditoribus hypothecariis.

Creditor vero, qui pecuniam dedit mutuo, & gratis sine interesse, praeferendus est etiam Domino directo, sicut etiam operarii, & Fabri murarii, vel lignarii, ita *Dom.Rodoer.cons.42.num.15. & 16.* decisum refert ad beneficium operariorum apud *Chartar. lib.10. resp. 79. in addit. ad Christin.* & alios citat, & ratio discriminis est, quia satisfacto eo, quod debetur dictis Fabris, & operariis, & dicto mutuanti pecuniam gratis, fructus aedificii refecti remanent liberi ad beneficium Domini directi; ut sibi satisfieri possit, cum potioritate, & praelatione respectu cujuscumque hypothecarii creditoris.

Et rationabile non esset, ut satisfactio operariorum, & creditoris mutuantis pecuniam gratis differri, & impediri possit per Dominum soli, & cum jactura aliena locupletaretur solum suum, & extaret supra solum suum aedificium aedificatum, & refectum, & frugiferum, mediante alicujus pecunia, & opera.

Alia ratio viget, quia pro publica utilitate, si Operarii, & Fabri, & mutuans gratis pecuniam non gauderent hoc privilegio legali potioritatis, & praelationis, etiam Domino directo, & essent in aliquo dubio impedimenti, vel litigii, nemo operarius, nemo faber, quantumvis nummis abundans inveniretur ad reparandam ruinam aedificii, ideo ne Civitas deturpetur, ne impotentes careant subsidio, rationabile est, ut facile habeant adjutores in reficiendo aedificio ruinoso.

Simile privilegium lex concessit Medico, & medicamentis in ultima infirmitate, & expensis funeralium, & stabulario, qui pro alendo equo praefertur etiam illi creditori, ad cujus instantiam fuit exequutus, quia creditor equum vivum non haberet, nisi ex stabulario aleretur, ut Dominus soli aedificium salvum, & fructiferum non haberet sine labore Fabrorum, & operariorum, & sine pecunia gratis mutuata a Creditore refectionis.

Concluditur ergo, quod ita conciliandae sunt DD. decisiones invicem dissidentes, ut Dominus directus aequalem habeat praelationem pro censibus soli cum Creditore refectionis pro tertiis, sive interesse decurso, & pari passu praeferantur omnibus aliis creditoribus.

Sed Creditori, qui gratis mutuavit pecuniam. Item Fabris, & operariis nemo creditor, nec etiam Dominus soli potest impedire satisfactionem.

Formula pro cautela meliorationum factarum non praecedente accessu Judicis, nec Tabularii.

Praesentata per principales die 14. Augusti 1620.

IN M.C.V. comparent Gaspar, & Joannes Jacobus Brancacii pater, & filius dicentes possidere quamdam domum consistentem in pluribus membris sitam, & positam

tam in platea S. Viti emptam per ipsum Gasparem a Fratre Joanne de Petio Tertii Ordinis Sancti Francisci, nondum professo, olim in seculo nominato Joannes Franciscus de Petio, & demum per ipsum Gasparem donatam ipsi Joanni Jacobo, quæ domus indiget magna reparatione, & refectione, cumque intersit comparentibus ipsis dictas reparationes, & refectiones facere, recurrunt ad dictam M.C. per quam petunt committi alicui experto, qui referat qualitatem domus prædictæ, & reparationes necessarias, ad hoc ut visa relatione prædicta interponatur decretum per ipsam M.C., pro ut sic petunt, quod liceat comparentibus dictas reparationes facere, & in ea augmentum, ut in omni progressu temporis in casu evictionis forte sequendæ, aut casu quo reperiretur domus ipsa subjecta alicui fideicommisso, possint comparentes ipsi demonstrare eorum jura, & dictas meliorationes, & augmentum prædictum, ut supra faciendum, & faciendas retinere, & consequi, & ita dicunt citra præjudicium omnium eorum jurium sibi ipsis quomodolibet competentium, & competitorum, & omni modo meliori, & sic etiam licere reficere, prout opus est, ut supra, omni modo meliori, &c.

Die 15. mensis Aprilis 1614. Neapoli.

Per infrascriptum magnificum Judicem fuit provisum, & decretum, quod committatur, prout præsenti decreto committi mandatur Thomæ Anello d'Arco experto, qui referat qualitatem domus prædictæ, & reparationes necessarias, ad finem providendi super petita interpositione decreti, hoc suum, &c. Rocca, &c.

Perchè intendo procedere sopra la d. differenza Sabato che saranno li 26. d'Aprile 1614. ad ore 19. con continuazione d'altri dì, ed ore seguenti, pertanto si moniscono le parti, in Napoli a dì 22. Aprile 1614.

Tommaso Aniello d'Arco.

A dì 14. Aprile 1614. In Napoli Vincenzo Sarno Serviente della Vicaria refero aver intimato Marcaurelio Marcone personaliter modo, & forma, ut supra.

Signor mio.

Conforme all'ordine di U. S. mi sono conferito a riconoscere le riparazioni, e migliorazioni fatte nella casa, che si possiede per Gasparro Brancaccio, e suoi eredi, avendo prima monite le parti, mi sono conferito in detto luogo, dove si dice la Giudeca incontro S. Vito, giusta li suoi confini, le quali reparazioni, e migliorazioni fatte in dette case inferiori, e superiori si ritrovano nell'infrascritto modo, v3.

In primis fatto di nuovo lo muro divisorio, che divide con la casa di Dezio, e Stefano di Fusco fattolo dalle pedamenta infino all'astraco a cielo, e di più fatto lo cantone dalle pedamenta da nuovo, rifatte le due porte di Botteghe, e la portella di piperno, diroccate tutte le mure di dette botteghe per tutto lo terzo solaro, fatte due camere, una sopra l'altra, rifatti tutti gli astraci da nuovo con li travi, chiancarelle, calce, rapillo, e magistero. Ho ritrovata una grada fatta da nuovo, che saglie a tutti gli appartamenti in piano, e saglie la detta grada fino all'astraco a cielo, con aver fatte due lamie di cantina, e nella cantina di basso buttato l'astraco sotto, e sopra dette lamie, che resta la detta lamia per cortiglio scoverto. In detto cortiglio s'è fatto una cocina con un forno, &c. ed in tutte le camere sono fatte porte, e finestre, talchè erano le dette case vecchie, che non potevano servire senza fare dette reparazioni, e migliorazioni, e sopra s'è fatto un' altro appartamento di nuovo consistente in tre camere, &c.

Nelle quali riparazioni, e migliorazioni, sono spesi a mio giudizio ducati mille, e cento, ch'è quanto ho potuto giudicare, rimettendomi al più savio giudizio di U.S. a chi fo riverenza, Napoli il dì 24. Maggio 1614.

Di V. S.

Servidore Tommaso Aniello d'Arco.

Die 20. Junii 1614. Neapoli per Gasparem Brancacio principalem.

A 20. Giugno 1614. Io Vincenzo Sanzone serviente della Vicaria ho intimato Marcaurelio Marcone personaliter.

In causa Gasparis, & Joannis Jacobi Brancacii, cum Cosmo, & Marcaurelio Marconi, ut in actis.

Die 22. Septembris 1614. Neap.

Per infrascriptum magn. Judicem fuit provisum, & decretum licuisse, & licere prædictis de Brancacio facere reparationes necessarias in domibus in actis deductis relatas per expertum electum per M.C. partibus auditis juxta dictam relationem, quæ conservatur in actis M.C. pro futura partium cautela. Hoc suum, & intimetur personaliter. Constantius.

Copia, &c. a suo originali, meliori collatione semper salva.

Franciscus Vulturalis Act.

A 25. Ottobre 1614. in Nap. Io Marcantonio ho intimato Marcaurelio Marcone di persona, modo, & forma, ut supra.

Extracta est præsens copia a suis propriis originalibus ab actis Trib. Rev. Fabr. piæ dispositionis qu. Io: de Petio, fol. 31. inter Gasparem, & Joannem Jacobum Brancacio ex una, & Marcumaurelium, & Cosimum Marcone ex altera parte, meliori collatione semper salva, &c. Neapoli die 5. mensis Decembris 1618.

C A P. III.

De Testium depositione ad futuram rei memoriam deponentium.

S U M M A R I U M.

Libellus petentis depositionem testium ad futuram rei memoriam, ut salva sit exceptio sua, num. 1.

Interlocutoria super dicto libello, num. 2.

Libellus petentis depositionem testium, qui sunt senes, ve valetudinarii, vel absaturi, num. 3.

Decretum super dicto libello, num. 4.

Testes examinari possunt ante litis contestationem, sed quid requiritur, ut ante contestationem examinentur, num. 5. & 7.

Testes examinati ad futuram rei memoriam in nostro Regno Neapolitano non faciunt fidem ultra annum, sed quomodo hoc intelligatur, declaratur, num. 6.

Testes ad futuram memoriam, ut probent, sunt necessaria quatuor requisita, quæ declarantur, num. 7.

Duo casus distinguendi sunt in receptione testium ad futuram memoriam, & qui sint, & in quibus differant, num. 6. & 8.

Citatio personalis quæ requiritur de jure communi, non requiritur de jure Regni, num. 9.

Constitutio Regni, quæ incipit, Probationum incursibus, num. 10.

Formula depositionis testium ad futuram rei memoriam.

1 IN Curia T. Civitatis exponit Titius, ipsum, suosque antecessores possedisse phisice vineam T. loco, juxta T. fines cum via eundi, & redeundi ad dictam vineam per fundum Horatii, &c. situm in T. loco, juxta T. fines a tempore, cujus memoria hominum non existit in contrarium, justo præcedente titulo, & bona fide, præsentibus supradicto Horatio, & aliis antecessoribus suis in dicta possessione videntibus: Et quia timet dictus Titius exponens, ne in futurum patia-

tiatur quæstionem, & controversiam de dicta possessione sua, cum dicta via, ut salva sit exceptio sua, instat depositionem infrascriptorum testium recipi super tenore hujus possessionis semotim, & in secreto, quibus examinatis, & publicatis, & apud acta redactis, petit ad futuram memoriam, & ipsius exponentis cautelam publicum fieri instrumentum, nobile Judicis officium implorando, judiciariam auctoritatem interponi, petens super prædictis admitti, non solum isto, sed omni alio meliori modo, &c. salvis, &c.

Nomina Testium sunt, vz.

T. T. T. T. T.

2 Per Curiam Civitatis T. fuit provisum, quod citentur, & recipiantur supradicti testes, eorumque dicta redigantur in actis ad futuram memoriam, ad cautelam exponentis, & habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, & ita per hoc suum &c. & intimetur parti ad juramenta dictorum testium videnda.

Fit relatio Nuncii, qualiter citavit dictos testes, & futurum adversarium.

Scribuntur depositiones in forma solita; Postea poterit in publico instrumento redigi dicta examinatio, si velit.

Formula depositionis testium, qui sunt senes, & valetudinarii, vel absfuturi longa absentia.

3 IN Curia T. exponit Titius dicens, mensibus elapsis, Antonium T. promisisse centum ex T. caussa ipsi exponenti in præsentia T. & T. præstita fide, tactis palmis de dicta solutione facienda in venturo anno 1698. in T. die, & T. loco, & quia dicti T. testes sunt accincti ad navigandum Hispaniam versus, ne adveniente tempore solutionis aliquam patiatur difficultatem ob longam prædictorum testium absentiam ad futuram memoriam, & ipsius exponentis cautelam, instat dictos testes ante eorum discessum examinari, omni meliori modo, &c.

Die, &c.

4 Per Curiam T. provisum, & decretum est, quod constito summarie de expositis, recipiantur supradicti testes, eorumque dicta in actis redigantur ad futuram memoriam, & exponentis cautelam, & pars ex adverso compareat prima die, & deinde in antea ad dicendum, quare dicti testes absfuturi longa absentia, vel senes, & valetudinarii, &c. non debeant recipi, & ad videndum illorum juramenta, hoc suum, &c.

5 ANte contestationem litis, regulariter non possunt examinari testes, ideo si lite non contestata quis voluerit examinari facere testes ad futuram rei memoriam, debet prius constare per summariam informationem, quod dicti testes sint senes vel valetudinarii, adeo quod ex facili possint mori, vel dubitatur de peregrinatione, & longa absentia, & super hoc sufficit semiplena probatio, *Marant. par. 4. dict. 9. num. 86. fol. mihi 84.* per *text. in l. lege Aquilia, §. si deletum,* & ibi *Bart. & DD. ff. ad l. Aquiliam,* juxta *glos. ibi in vers. quod testes, &c.*

At *Speluncan. in form. instrum. Reductionis testium in publ. form.* supradictam conclusionem dicit procedere, quando aliquis timet quæstionem in præsenti de aliqua re, vel timet, ne conveniatur.

Sed quando quis, quamvis dubitet habere quæstionem, nescit tamen quando, ut exceptio sua sit salva, recipiuntur omnes testes, tam juvenes, quam senes, nulla præcedente probatione, quod dubitetur de morte, vel absentia, per *text. in c. quoniam frequenter extra d. lite non contestata, §. sunt, & alii cum glos. super verb. publicatio; & extra de testibus, c. significavit, & Glos. super verb. Testes*, ubi exemplificatur, quando aliquis timet, quod sibi imposterum super aliquo contractu, controversia moveatur, tunc potest petere a Judice, ut testes, qui interfuerunt negotio, publicentur, idest eorum dicta redigantur in publicam formam ad æternam rei memoriam, tam sani, quam infirmi, tam juvenes, quam senes, &c.

6 Et in Regno nostro per *Constitutionem*, quæ incipit, *Probationum, tit. de probationibus*, est sancitum, ut testes ad perpetuam rei memoriam recepti non faciant fidem, nisi tantum infra annum, *Marant. ubi supr.*

At ne tyrones decipiantur ex hujusmodi dicto *Marant.* qui nimis confuse in hoc loquutus fuit, dum indistincte dixit, quod post annum non faciant fidem dicti testes sic examinati.

Ideo est sciendum, quod duo casus sunt distinguendi.

Primum, quando pars adversa non est citata ad videndum juramenta testium, qui non potuit citari, ut si esset Hispanus, vel Gallus, tunc poterit fieri receptio testium absque citatione adversarii, ne interim testes moriantur, vel absententur: Debet tamen infra annum a die receptionis ipsorum testium illi adversario Gallo, &c. dicta testium receptio denunciari, vel cum eo debet lis contestari, alias post annum tales depositiones testium non tenent, & ita dictat Constitutio prædicta.

Secundo, quando timetur super aliquo contractu quæstio, nescitur tamen quando, tunc potest peti Judex, ut testes, qui interfuerunt, publicentur, & redigantur in scriptis ad æternam rei memoriam, quo casu nulla præcedenti probatione de imminenti morte, vel absentia recipiuntur, & est casus supra relatus a *Speluncan.* per *dictum text. in c. quoniam.*

7 Unde sume practicam, quod ut probent perpetuo testes in dicto primo casu, requiruntur quatuor requisita.

Primum Requisitum, ut non solum citentur testes, sed debeat citari futurus adversarius ad dicendum, quare testes senes recipi non debeant, & ad videndum juramenta testium, ut ipso præsente, vel contumaciter absente, fiat examinatio, si ejus præsentia est facilis.

Nam Testes etiam ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam adhuc examinari debent parte citata, *Text. in auth. si quis de testibus; ibi:* Adversarius moneatur a Judice, & sic eo præsente Judex attestationes recipiat, & ibi *Glos., & Staib. resol. 132. num. 3. tom. 2.*

Secundum Requisitum, ut subsit rationabilis caussa, nempe timor mortis, vel absentiæ, & similis, & de hoc debet præcedere summaria, & semiplena probatio.

Tertium, ut si non possit citari adversarius, tempore receptionis testium, saltem contestatur lis infra annum, vel denunciatur infra annum dicta examinatio. Sed tria requiruntur, ut inferius dicemus.

Quartum, ut agatur civiliter, nam in caussis criminalibus non habet locum dicta examinatio. Ita hæc omnia advertit *Affl. in d. Constit. quæ incipit, Probationum, per jura ut supra allegata n. 2.*

Et sic non est, ut *Marant.* confuse, & indistincte dixit.

Adverte autem circa tertium Requisitum, quod testes, ut examinari possint, parte non citata, quando periculum est, quod discedant a loco examinis, tria requiruntur.

Primo, quod dictis testibus duplex deferatur juramentum, unum de veritate dicenda, aliud super futura absentia.

Secundo, quod cognitio summaria, & saltem semiplena probatio Judici prius sit facienda, quod testes a loco sunt recessuri, & longius ituri.

Tertio, ut timor absentiæ sit talis, quæ omnino seque-

Digitized by Google

queretur, si pars citaretur, *Staib.d.resol.142. ex Farin. de testam.qu.72.c.1.n.4.*

8 Restat videndum, quod in duobus differt examinatio testium, quæ fit, quando de proximo timetur quæstio, ab alia examinatione, quæ fit, ubi nascitur, quando poterit moveri quæstio, ut exemplificavi in secundo casu.

Nam in primo casu requiruntur omnia quatuor Requisita supra enarrata.

In secundo vero casu non requiritur secundum Requisitum, quia examinantur testes super contractu, licet nulla sit rationabilis caussa, nec immineat timor mortis, aut absentiæ.

Item in altero differunt, quia in primo casu non publicantur testes, nisi postquam fuerit lis contestata.

In secundo casu statim publicantur, nihilo alio expectato, ut advertit *Glos. in cit. c. quoniam frequenter super verb. publicatio, & Speluncan. ubi supr.*

Insuper est advertendum, quod tam ab Actore, quam a Reo potest peti dicta receptio testium, ut advertit *Affl. super d. Const. probationum in principio.*

Item, quod dicta examinatio debet fieri coram Judice, a quo ipsa caussa erit videnda, *Afflict. ubi sup. num.5.*

Ideo pendente appellatione poterit fieri coram Judice, ad quem fuerit appellatum, nec dicitur innovare, nec attentare.

Etsi testes essent longa absentia, ita quod per Judicem caussæ non possent recipi, tunc possunt recipi per Judicem illius loci, ubi sunt absentes, ne pereat probatio, *Affl.ubi sup.*

9 De jure communi requiritur, ut personaliter citetur adversarius ad videndum juramenta testium, sed de jure nostri Regni, hoc requisitum est sublatum per Constitutionem *citationis litteræ*, & sufficit, si citetur domi, sed semper tutior cautela erit citare personaliter. Ut per *Pragmaticam 2. de ord. Judic.* citatio domi sufficit in Regno, *ibi: citare faciat personaliter, vel ad habitationis domum.*

Et ut magis innotescat praxis servanda in Regno; placuit hic ponere originalia verba dictæ Constitutionis, v3.

10 *Probationum incursibus præmittimus, lite etiam nondum contestata in judicio testes valetudinarii, & senes, de quorum proxima morte futura timetur, vel longa peregrinatione, vel absentia timetur ab eo, qui per depositionem eorum cavere desiderat, posse produci, præsente tamen eo, qui adversarius futurus speratur, si ejus præsentia facilis, vel eo se per contumaciam absente, omni jure, qui præsens non fuerit contra personas, & dicta productorum testium reservato, quorum depositionum vigorem intra annum extendi, cum litis contestatio non intercesserit, nec præsens fuerit adversarius, vel absenti parti denunciari potuit, ut receptioni testium interesset.*

C A P. IV.

De Insinuatione Donationis.

S U M M A R I U M.

Insinuatio quid sit, & ad quid fuit inventa, & apud quem fit, num.1.
Insinuatio in qua donatione requiritur, & in qua non, num.2.
Insinuatio in Regno non est in usu, num.3.
Capyc. decis.203. *declaratur*, num.4.
Rovit. decis.48. *oppugnatur*, d.num.4.
Renunciatio insinuationis jurata valet, num.5.
Donatio facta coram Judice, non eget insinuatione, num.6.
Cautela pro donatione facta a muliere, vel alia persona simplicitati dedita ad evitandum metus, & doli suspectionem, num.7.
Libellus petentis insinuationem, num.8.
Decretum insinuationis, num.9.
Formula insinuationis, magis cauta, num.10.

1 Insinuatio est præexistentis donationis in scripturam redactæ apud competentem Judicem facta publicatio. Et dicta scriptura requiritur, quando donatio excederet summam quincentum aureorum, ut *C. de fide instrumentorum l.contractus in principio*, cum *glos. super verbo quasi intimari.*

Et fuit inventa, ut tollatur deceptionis suspectio; & ut occurratur falsis probationibus, ne tam magnæ donationes fiant clam, & homines fraudentur, *l. data C. de donat.* Et sic insinuatio fuit inducta, non tantum respectu contrahentium, sed principaliter respectu aliorum, ne quis clam donando, & postea contrahendo, alios deciperet, ex *d.l.data, alias lata, C.de donat. Sanfel.in prax.sect.27.n.41.*

2 Insinuatio requiritur in simplici donatione ultra 50. aureos; sed non requiritur in donatione ob caussam, ut *l.fin.in princ.C.de jure dotium*, & ibi *glos. Auth. eo decursum est, C. de donat. ante nupt. Speluns. in form.emancip.fol.186.at.*

3 Plura de insinuatione diceremus; sed quia scribimus praxim nostri Regni Neap., ubi solemnitas insinuationis recessit ab Aula; ideo non esse super ea immorandum putavimus.

Et quod insinuationis solemnitas in hoc nostro Regno non sit in usu, sed tanquam juris subtilitas recessit, quia in Regno proceditur sola facti veritate inspecta, amota omni juris subtilitate, testatur *Reg. de Ponte cons.84.lib.1. in princ.Episc.Ricc. in collect.dec.* 2075. *in 4. limit.* & in *addit. ad Tiraquell. de privil. piæ caussæ privil. 124. num..... Calderin. cons.1. de donat. Carol.de Crass.de Regal.Franc.jur.7. Boer.in Consuet.Bitruricens.tit.8.de donat §.2.prope fin.vers.sed an hodie*, quos citat, & sequitur *Sanfel. in prax. sect.27. n.46.* ubi reiicit *Rovitum decis.*48.

4 Et declarat *decisionem Capyc.* 203. qui licet affirmet stricto jure requiri insinuationem, tamen ibi decisum affirmat non obstare defectum insinuationis.

Et ratio ibi assignatur *num.17. vers. in hac caussa*: Quia in similibus donationibus nunquam fuit in Regno opposita hæc insinuationis exceptio.

Nec obstat contraria *Roviti* ratio, quod si hoc esset verum, non renunciaretur huic solemnitati cum juramento in omnibus donationum contractibus, ut passim in Regno utimur; Quia *Sanfel.* huic *Rovit.* oppositioni respondet, quod dicta renunciatio ad majorem cautelæ cumulum fit, & ad tollendas omnes difficultates, non quod vere sit in Regno necessaria.

Sed re vera cautius agitur, si renunciatur insinuationi cum juramento, ut monet sapientissimus *Episc. Verde tit.7.instit.de donat.lemma 33.n.629.*

5 Quia renunciatio insinuationis jurata valet, *Verde ubi supra n.627.* ex *Capyc. dec.159.num.11.* & *Sanfel. dicta sect.27.num.41.* & alii ibi congesti.

6 Et facta simpliciter donatio coram Judice, valet, non obstante defectu insinuationis, ex *text.in d. l.sancimus, C.de donat.Capyc.decis.103.n.13.Gabriel.comm. conclus.1.de donat.n.46.Sanfel.ubi supr.n.141.*

7 Nec miretur quis, dum in Regno non est insinuatio necessaria, quod nos Formulam insinuationis posuimus. Quia aliquando mulierculæ solent in donationibus allegare vi, aut dolo se fuisse inductas; & ideo vidi cautos Advocatos uti dicta cautela, & in comparitione fieri præsentatam per ipsam mulierem donantem, non per Procuratorem, nec per aliam interpositam personam; vel fieri præsente Officiali.

Et

Digitized by Google

Et qui abundat in cautelis, bene agit; Imo etiam si donatio esset in majori summa, quam quingentum aureorum, adhibenda est auctoritas Officialis, quando donans est persona simplicitati dedita, & cauti donatarii stipulantur donationes, & alios contractus cum personis simplicibus in præsentia, & cum interventu Officialis loci, saltem ad excludendum metum, & circumventiones, aut dolum, &c.

Formula Insinuationis.

8 IN Curia Civitatis T. comparet A. vidua relicta qu. B. ejus viri, & dicit, qualiter diebus, & mensibus præteritis in ejus acie mentis deliberavit propter immensum amorem, quem gessit, & gerit erga C. ejus nepotem eidem omnia bona sua, & jura dotalia, reservato usufructu ejus vita durante, donare donationis titulo irrevocabiliter inter vivos; Volens ergo hujusmodi donationem ad effectum ducere, desiderans in futurum, tam ante, quam post ejus obitum, ne dicta donatio possit infringi, vel aliquo pacto rescindi, ad majorem cautelam, si, & quatenus opus sit, implorando officium dictæ Curiæ, petit sibi licentiam impartiri, & insinuationem fieri, cum dicta donatio excedat summam ducatorum quingentum, stante, quod dicta donatio procedit ex ejus pura, mera, & libera voluntate, & ob amorem prædictum, eo magis quod ex auxilio, favore, & beneficio dicti C. ejus nepotis semper tueri, & protegi possit, & potest ipsa comparens, isto, & omni alio meliori, &c.

Die, &c.

Ex officio Curiæ cum juramento interrogata supradicta A. Vidua q. B. Se la predetta comparsa, donazione, e quanto si contiene in essa, lo fa per libera, e spontanea sua volontà, e per l'amore predetto, e per detti beneficj; quæ cum juramento dixit, &c., che la verità è, che detta donazione la fa per amore, che porta al d. C. suo nipote, e per li predetti beneficj, e che quanto sta in d. comparsa espresso, è vero, e di sua buona volontà, & ita juravit, &c.

✠ Segno di Croce della d. A.

T. Gub, & Judex.

T. Actuarius.

In Dei nomine. Amen.

9 VIsa comparitione præsentata per viduam A. ejusque juramento confirmata, Curia Civitatis T. providendo decernit donationem a dicta comparente faciendam ad beneficium C. ejus nepotis esse insinuandam, & super ea judiciariam nostram auctoritatem, & nostræ Curiæ interponendam esse, prout præsenti scripto decreto, insinuatio prædicta fieri permittitur, & judiciaria auctoritas, atque decretum interponitur, ut liceat dictæ donanti ad beneficium dicti ejus nepotis donatarii donationem in dicta comparitione mentionatam per publicum instrumentum cum clausulis, ad consilium Sapientis, manu publici Notarii in forma stipulari, & perficere, & ita hoc suum interponit decretum, &c.

T. Gubernator, & Judex.

Provisum die, &c. in T. Terra.

Curia, &c.

T. Actuarius.

Alia formula magis cauta.

10 ET per subscriptum Capitaneum, & ejus Curiam, visa comparitione, fuit provisum, quod capiatur summaria informatio de expositis, qua capta providebitur, hoc suum, &c.

Si esamineranno tre, o quattro testimonj, come hanno inteso dire da d. vedova più volte di spontanea volontà voler fare d. donazione per amore, che conserva a d. suo nipote, o per li servigi, e beneficj fatti, o per altra causa.

Deinde interponitur decretum v3.

In Dei nomine. Amen.

Et per subscriptum Capitaneum, ejusque Curiam visa comparitione, & informatione desuper capta, provisum est, quod liceat dictæ T. de T. viduæ donationem in dicta comparitione mentionatam stipulari, prout præsenti decreto stipulari mandatur in præsentia ipsius Capitanei, hoc suum, &c. & fiat instrumentum in forma, &c.

CAP. V.

De Emancipatione filiorum.

SUMMARIUM.

EMancipatio quid sit, & coram quo Judice fieri debeat, num. 1.
Emancipatio ut sit valida, quæ requirantur, num. 2.
Emancipationis effectus numerantur, num. 3.
Pater potest emancipare filium, non nepotem, & nepotem, non filium, & utrumque, num. 4.
Libellus petentis emancipationem, num. 5.
Decretum emancipationis, num. 6.
Emancipatio stipulata penes acta, num. 7.
In præmium emancipationis solet fieri aliqua donatio filio, num. 8.

1 EMancipatio est relaxatio paternæ potestatis coram Judice facta, secundum *Azo. C. de emancipat. liber. §. 1.*

Et actus emancipationis fieri potest coram quocumque Judice habente aliquam jurisdictionem, quia omnis Judex est competens, *l. 2. C. de emancip. liber. & l. cum inspeximus eod. tit.*

Et licet *Caravit. in Pragm. 1. §. 12. de Senat. Consf. Maced.* teneat, cum nonnullis aliis *DD.*, quod debeat fieri coram Judice competenti respectu patris emancipantis, per *text.* expressum *in l. fin.* ubi *glos. C. de emancip. liber.*

Tamen veritas est, quod sufficit Judex ad contractus, & tenet emancipatio coram Notario publicum instrumentum de emancipatione conficiente, ut late *Marant. p. 4. dist. 8. num. 4.* post *Corn. cons. 138. vol. 3. & cons. 259. Speculator tit. de feriis §. sequens, vers. quid si in feriis*; Et late discusso articulo sic concludit *Borrell. cons. 73.* quos sequitur *D. Episc. Verde lib. 1. instit. num. 377. & Nicol. in prax. num. 337. fol. 133.* Et *DD.* pro, & contra adducit *Paschal. de patr. potest. part. 1. cap. 6. num. 130.*

2 Ut emancipatio sit valida, requiritur

Primo, ut interveniat scriptura, *l. penult. C. de emanc. liber.*

Secundo, ut interveniat consensus tam patris, quam filii, *§. præterea, Instit. quib. modis jus patriæ potest. dissolv.*

Et non fit invito filio, *D. Verde lib. 1. inst. n. 30.*

Tertio requiritur præsentia utriusque; nam si fiat

absente filio, emancipatio nulla est, *D. Conf. Petra rit. 166. num.199.*

Et si fiat per Procuratorem, non valet ante ratificationem, juxta notata per *Curt. sen. cons.4. & Soccin. cons.17. n. 36. vol.4.* relat. per *Scopp. ad Nicol. n. 339. fol.133.*

Quarto, ut emancipatio sit generalis; nam si facta esset ad unicum actum tantum, non valeret, *Honded. cons.32. n.9.vol.1. Tiraquell. in l. si unquam, verbo largitus n.284.C.de revoc. donat.Scoppa ubi supra.*

3 Emancipatio plures effectus parit; primo, transmittit hæreditatem aditam solum ad descendentes, *D. Verde lib.3. instit. num.127.* non autem ad transversales, quia emancipatus dicitur, & habetur extraneus hæres, & debet adire hæreditatem uti extraneus, secus, qui non est emancipatus, quia non adit, sed se immiscet, & continuat suitatem.

Secundo accipit pecuniam mutuam absque consensu Patris, & contrahit, tamquam non haberet Patrem, facit testamentum, & omnia, quæ facere potest Paterfamilias, *d. Dom.Verd.lib.3.num.128.* & alia vide apud eundem.

4 Ultimo scias, quod Pater potest emancipare filium, non nepotem, & nepotem, non filium, & utrumque, *l. liberum arbitrium 2. ff. de adopt. Dom. Verde ubi supra n.376.*

Formula emancipationis per decretum Curiæ.

5 IN tali Curia comparet A. & dicit B. & C. ejus filios usque in præsentiarum stetisse, ac stare sub ejus paterna potestate, eique præstitisse promptam obedientiam uti filios legitimos, & naturales, quibus ejus filiis intendens ad præsens gratificare, & eosdem ab ejus patria potestate liberare ad eorundem filiorum petitionem, & instantiam. propterea comparendo in hac Curia, & declarando hanc ij sius comparentis voluntatem eosdem ejus filios B. & C. præsentes emancipat, & ab ejus patriæ potestatis vinculo, & nexu liberat, & eximit, ac manumittit, & eosdem pleno jure, ac omni alio meliori modo per præsentem in his scriptis sui, & eorum juris efficit, itaut in futurum ex nunc in antea uti tales, ac uti patresfamilias libere valeant, & possint, & quilibet eorum valeat, & possit, tamquam persona nova,& sui juris effecta contrahere, disponere, & negotiare, prout ei magis erit expediens, & uti omnes alii patresfamilias, & homines liberi faciunt, & generaliter omnia alia, & singula facere, & exercere,quæ quilibet paterfamilias, & homo liber facit, & disponit; Instando, stante prædicta ipsius comparentis expressa voluntate, & declaratione in hac Curia judicialiter, ut supra, facta super casu prædicto, & in utroque ipsorum hujus Curiæ consensum, & auctoritatem, interponi, & quatenus opus sit, confirmari, & ita, &c. omnique alio meliori modo, &c.

6 In caussa emancipationis præsentatæ per A. patrem, ac B. & C. dicti A. filios petentes confirmationem per hanc Curiam T.

Visa suprascripta petitione, & instantia facta per dictum A. patrem ipsis B. & C. filiis præsentibus, & acceptantibus, & una simul cum dicto eorum patre petentibus coram nobis in hac prædicta Curia supradictam emancipationem,confirmamus, assensum præstamus, & auctoritatem nostram ordinariam interponimus, juxta supradictæ petitionis, & instantiæ formam, supplendo, quatenus opus sit, hoc præsenti nostro decreto omnes,& singulos defectus, tam juris,quam facti, si quis forsan intervenerit super omnibus, &c. omni meliori modo, & ita per hoc suum, &c.

Lectum, latum, &c. die quo supra, in T. Civit. Curia pro Tribunali sedente præsentibus d. A. patre, & dictis B. & C. filiis laudantibus, & acceptantibus, ac præsentibus pro testibus E. & D. aliisque.

T. Gubernator, & Judex.

T. Actuarius.

Quando fit per actum publicum manu publici Notarii coram Judice ad contractus, ipse Notarius habet formulam, & ideo hic non censui illam apponere.

Formula emancipationis penes acta Curiæ in figura Judicii.

Emancipatio pro T. filio facta per T. Patrem, ut infra.

Die.... mensis Decembris 1697.
in T. Castro, &c.

7 IN figura, & præsentia Domini T. ad præsens Capitanei dicti Castri præsentis, & assistentis, & in præsentia nostra penes acta d. Curiæ personaliter constitutus T. de T. Terræ talis, qui sponte, non vi, dolo, &c. sed omni meliori via, &c. T. suum filium ibidem præsentem, volentem, & petentem emancipavit, & a sua manu dimisit, & totaliter a sua patria potestate liberavit.

Ita quod ex nunc in antea, & de cætero quandocumque dictus T. suus filius emancipatus, & a patria potestate exemptus, ac homo liber, & sui juris effectus existens possit, & valeat testari, in judicio interesse, mercari, negotiari, agere, contrahere, mutuum suscipere, pacisci, & se, & sua obligare, & omnia, & singula, ut quilibet paterfamilias facere possit sine consensu, voluntate, beneplacito, & auctoritate sui patris; Ita quod deinceps quicquid dictus T. filius emancipatus acquirit ad proprietatem plenam, & ad usumfructum sibi T. filio emancipato acquirat.

Insuper prædictus T. pater in vim, & pretium emancipationis prædictæ, & omni meliori via, jure, forma, modo, & caussa, quibus melius fieri, & cogitari possit;, sponte coram nobis, donavit, cessit, & tradidit, &c. eidem T. suo filio præsenti, & acceptanti, &c. T. & T. tem, & talem domum, T. territorium, &c. cum omnibus juribus, &c. Itaque dicta bona, ut supra, loco, & finibus designata, ex nunc in antea transeant in pleno dominio dicti T. filii ad habendum,&c. cedens,&c. omne jus, ponens, &c. constituens, &c. dictum T. filium, &c. in locum, vicem, &c. dicti patris, & procuratorem in rem propriam, &c. quoniam nullum jus, &c. sibi super dictis bonis reservavit, &c. constituens tenere per simplex constitutum, &c. quod, &c. volens lege, jure, usu, &c.

Et solemni stipulatione dictus T. pater promisit dicto T. filio præsenti, &c. emancipationem, liberationem, absolutionem, & donationem prædictas, &c. ac omnia prædicta, &c. semper, &c. habere, &c. ratas, ac rata, &c. & contra non facere, &c. aliqua ratione, &c.

Et proinde dictus T. pater obligavit, &c. dicto T. præsenti, &c. se, suosque hæredes, & successores, & bona omnia, &c. sub pœna, & ad pœnam dupli, &c. medietate, &c. cum potestate capiendi, &c. constitutione precarii, &c. renunciavit, &c. juravit, &c.

Io T. padre confermo, ut supra.
Io T. figlio confermo, ut supra.

T. Capitaneus.

Io T. di T. son testimonio, e conosco li sopradetti.
Io T. di T. son testimonio, e conosco li sopradetti.

T. Act. stipulavit, &c.

8 Ad-

Google

8 ADverte super hac formula, quod in præmium emancipationis solet fieri aliqua donatio filio, ut *C. de Collat. l. ut liberis, §. fin.* Et *Spelunc. in form. instrum. emancipationis*, tradit, quod Accursius emancipavit Franciscum filium, & fecit donationem ex caussa emancipationis, verum expresse dixit, quod donabat, ut computasset in quartam ei debitam jure naturæ, ex *Bart. in l. in quartam col. 2. vers. venio ad quartam, ff. ad l. falcidiam.*

9 De jure communi mutuum, & votum prohibebatur filiofamilias, sed de jure Regni omnis contractus est nullus absque consensu patris, nisi sit emancipatus, vel vivat seorsum, *Pragmat. de Senatusconsulto Macedoniano.*

Filiusfamilias, ut valide obligetur debet esse emancipatus, vel cùm consensu patris, vel tempore obligationis, debet vivere seorsum a patre, hoc dicit *Pragmatica de Senatusconsulto Macedoniano*, cui Pragmaticæ satisfactum est, si per momentum temporis vixerat separatus, quando se obligavit, *de Franch. dec.* 10. *n.* 4. *Ursill. ad Afflict. decis.* 308. *n.* 18. *de Luca ad Latrum consultat.* 16. *Molegnan. alterc.* 14. *num.* 9. *Galterius de liquid. Instrum. in* 2. *parte num.* 47. *Thorus in compendio verbo filiusfam. part.* 1. *&* 3.

Sed ubi agitur, an matri sit danda tutela, & præferenda Avo, tunc ut præsumatur emancipatus ab Avo, habitatio seorsum debet esse ultra decennium, si fuerit allegata, alias ultra 30. annos, secundum *de Franchis d. decis.* 10. *&* secundum *de Luca* 40. annos *ibidem.*

C A P. VI.

De Officio, & Approbatione Regii Notarii.

S U M M A R I U M.

PRaxis, *& modus approbandi aliquem ad officium Notariatus*, num. 1.

Formula examinandi duos Doctores, & duos Notarios super approbatione prædicta, num. 2.

Titulus apponendus super processu approbationis, num. 3.

Litera dimissoria quæ fit ab Officiali ad Dominum Viceprotonotarium, num. 4.

Creatio Notariorum est de Regalibus, & in hoc Regno Neap. hæc auctoritas resides in Spect. Dom. Præsid. Sac. Reg. Cons., num. 5.

Officium Notarii dignitas est, & Notarius non perdit nobilitatem, num. 6.

Notarius non potest exercere officium, nisi habeat privilegium registratum, & cum sigillo, num. 7.

Notarius, si fiat legum doctor, potest exercere, si velit; sed non potest cogi ad exercendum, si nolit, num. 8. *&* 12.

Notarius non potest nisi in manibus Principis renunciare, num. 9.

Notarius non tenetur contrahentes cognoscere, num. 10.

Notarius non potest mutare signum, quod elegit, sub pœna falsi, num. 11.

Notarius cogitur instrumenta conficere, alias si recusat, punitur; secus si fiat Decurio, vel aliam dignitatem assequatur, num. 12.

Instrumenta, & acta facta per Notarium excommunicatum sunt nulla, num. 13.

Notarius Apostolicus quas scripturas facere potest in Regno Neap., num. 14.

D.D. Flavius Gurgo Reg. Consil. *laudatur*, d. num. 14.

Notarius Vassallus non potest scripturas facere contra, nec pro Barone etiam in criminali, sed quid in conductore, num. 15.

Notario non creditur, nisi de quibus fuit rogatus, & asserenti vidisse Regium assensum, vel mandatum procurationis, aut aliud de præterito non creditur; num. 16.

Notario facienti copiam de originali mihi exhibito, & exhibenti restituto non creditur, & quomodo debet dicere, ut credatur, num. 17.

Notarius ad utilitatem patris, vel filii, & uxoris instrumenta facere potest, num. 18.

Notarius si fiat Clericus amplius exercere non potest; sed an possit reassumere instrumenta a se antea facta, num. 19.

Formula approbandi Notarium.

1 SOlet Spectabilis Dom. Præsidens S. R. C., qui in Regno est Protonotarius, committere Officialibus inferioribus approbationem alicujus Notarii, seu qui ad Notariatus officium velit promoveri, tunc in dicta approbatione intervenire debent duo Doctores laici, & duo Regii Notarii coram dicto Officiali Delegato, a quibus interrogatur juvenis approbandus super praxi dicti officii, eique dantur duo, vel tres instrumenta conficienda, in calce quorum scribet sigillum, quod juvenis sibi eligit in suo Notariatu exercendo; quibus instrumentorum minutis scriptis, & cum dicto sigillo completis, statim scribitur depositio illorum Jurisperitorum, & Notariorum, hoc modo v3.

Die, &c. mensis, &c. anno, &c. in T. Terra; & coram U. J. D. T. Gubernatore dictæ Terræ, &c.

2 NOtarius talis dictæ Terræ T. ætatis suæ annorum 40. in circa, ut dixit, testis cum juramento interrogatus, & examinatus super tenore retroscriptarum literarum commissionalium, dixit: Io mi sono trovato questo presente giorno in presenza delli Magn. Dottori B. & R. quando U. S. Signor Governatore ave esaminato N. in mia presenza, e delli sudetti Dottori, e Notaro M. sopra l'officio di Notariato, il quale N. d' ordine di U. S. have stipulato tre istrumenti, nella quale stipulazione detto N. si è ritrovato atto, idoneo, e sufficiente a detto officio di Notariato, e da U.S. e tutti i detti Dottori, e Notaro, e da me è stato approbato per abile, e sufficiente a detto officio, e per tale l'approbo de caussa scientiæ, quia vidit, audivit, interfuit, de loco, & tempore dixit, ut supra, &c.

Io Not. T. di T. ho deposto, ed approbo ut supra;

T. Gubernator.

T. Actuarius.

Consimili modo examinantur illi duo Jurisperiti, & alter Notarius, & deinde clauditur, & sigillatur dictum examen cum commissione, & minutia, & sigillo, quod elegit approbatus, & super dicto processu sic clauso, & sigillato fit tit. v3.

All' Illustrissimo Signor Presidente del Sacro Regio Cons. in mano del Signor Mastro d' Atti de' Notari.

Vel fit hoc alio modo, v3.

3 Approbatio Notariatus in personam Antonii T. quæ trasmittitur clausa, & sigillata, ut decet ad Illustriss. Dom. Spectab. Præsidentem Sacr. Reg. Cons. & Protonotarium in manibus Magn. Actuarii Notariorum, Datum ex Terra T. Die, &c.

T. de T. Capit. & Commiss.

Digitized by Google

Deinde fit littera dimissoria, v3.

4 Rimetto a U. S. Illustriss. l'annesso processo dell' esame, ed approbazione fatta in persona di Antonio T. della Terra T. per l'officio di Notaro, chiusa, e suggellata come si conviene, assieme con le lettere commissionali, che U. S. Illustrissima è restata servita spedire in mia persona. Resta, che sia supplicata continovarmi altri onori de' suoi riveriti comandamenti, ch' io l' esseguirò sempre con ogni prontissima ubbidienza; ed a U. S. Illustriss. per fine fo umile riverenza.

Di U. S. Illustriss.

Umiliss. ed Ubbidientiss.
T. Governatore, e Giudice della T. Città.

Deinde fit super chartam, v3.

All'Illustriss. e Spettabile Signore, e Padrone Colendiss. il Signor D. N. N. Presidente
del Sac. Reg. Cons. Protonot.
in Nap.

IN gratiam Officialium Tyronum intendimus tradere praxim formulandi in omnibus actis, quæ frequentius accidunt, ut ex illis possit quisque alias quascumque meliores facere.

Et cum solet committi approbatio Notariorum, non extra institutum nostrum visum est, brevem hanc formulam ponere; Nec inconveniens erit aliqua pauca de Officio Notarii dicere.

5 Creatio Notariorum est de Regalibus, ut annuit *D. Cons. Petra* omnigenæ virtutis ornatus in *rit.*188. *num.*5. ex *Isern. Caravit. & aliis*.

Et proinde in hoc Regno nostro spectat ad Regem tantum, cujus nomine hac fungitur authoritate creandi Notarios, & Judices ad contractus dominus Spectabilis Præses Sac. Reg. Cons., qui ideo vocatur etiam Protonotarius, idem *Dom. Petra ubi supra*, ex *Tap. lib.*2. *Jur. Regn. rubr.*39. *num.*3. *de Offic. Notar. Caravit. d. rit.*188. & est Constitutio Regn. *In locis Domanii, & Instrumentorum Robur.*

6 Officium Notarii dignitas est, *Alex. cons.*80. *num.* 2. *Viv. comm. opin.*547. *p.*2. & idem *D. Petra d. rit.*188. *num.*6. ex *Luca de Penna*.

Et exercens officium Notariatus non perdit nobilitatem, *Covarr. pract. qq. cap.*19. *Farinac. dec.*596. *num.*3.

Propterea antiquitus *Proceres*, & *Magnos* appellabant Notarios, & ad dictum officium non eligebant nisi viros primæ claritudinis, & excellentis doctrinæ, dignitatis, & familiæ, ut advertit idem *D. Petra* ex *Frecc. Galter.*, & aliis ibi, post *Rovit. in Pragm.*1. *de Notar.*

Et merito, quia apud Notarios fides omnium, & Fortunæ sunt; & unius Notarii testimonio standum est, & ex eorum scriptis, & Privatorum, & Reipublicæ bona quodammodo dependent.

7 Notarii non possunt exercere officium, nisi prius approbati matriculentur, ita statuitur in *Pragm.*1. *de Notariis*, in cujus locum hodie expeditur privilegium, quod nisi sit registratum, & cum sigillo, neque valet Notarius exercere, ut ex *Pragm.*5. & 6. *de Notariis*.

8 Notarius si postea Juris Doctor efficiatur, poterit adhuc instrumenta facere, & officium Notarii exercere, & valent instrumenta, *Berlich. dec.*27. *Geor. Christiphor. Valtbor. de statu, & privil. DD. cap.*18. §.130. *q.*78.

Et consequenter potest reassumere instrumenta, quæ fecit ante Doctoratum, *Borgn. dec.*20. *par.*2. Verum non potest cogi ad exercendum, si non velit exercere, ut infra dicemus.

9 Notarius enim non potest nisi in manibus Principis officium renunciare, *Bald. in l. falsus de furtis*, *Roman. sing.*2. *Amend. ad Franch. decis.*262. *n.*6.

10 Notarius licet non teneatur contrahentes cognoscere, quia nullo jure hoc præcipitur, *de Franch. dec.* 262. *Petra avus ad Gram. decis.*60. *num.*18. *Riccius collect.*713.

Tamen curiosus esse debet, ut habeat saltem testes sibi notos, qui contrahentes cognoscant, juxta *Pragm.* 15. *de Actuariis*, quæ licet loquatur de obligationibus penes acta, tamen id imitari debent Notarii publici in instrumentis conficiendis, & monet *Borrell. in summ. decis. tit.*18. *de fid. instr. n.*60.

Notarius enim faciens instrumentum falsum inter personas suppositas, quia non adhibuit diligentiam mediantibus iis, qui contrahentes cognoverunt, ideo ex negligentia absque dolo extraordinaria pœna puniendus est, *Faber lib.*9. *tit.*13. *defin.*2. *D. de Alexio ad Nicolin. fol.*174. *n.*280.

11 Notarius non potest mutare signum, quod elegit facere in approbationis actu, & mutans punitur pœna falsi, *Amend. ad de Franch. dec.*444.

12 Notarius cogitur instrumenta conficere, & si recusat, est perjurus, & puniri potest privatione officii, *Hostiens. in summ. de fide instrum.* §. *ex quibus*, *Carden. in Clem.*1. *in versic. dudum, notab.*13. *de jure jurand. Novar. part.*2. *qu. for.*27. *num.*1. & tenetur etiam actione injuriarum, quia facit injuriam parti requirenti per recusationem.

Verum si factus sit Jurisperitus, vel in alia dignitate constitutus, non potest cogi ad exercendum munus, si non velit exercere, ex *text. in l. universos*, *C. de Decurionibus lib.*10. Ubi Tabellio effectus Decurio abstinere se debet a Tabellionatu, & ex traditis per *Minad. in Constit. in aliquibus*, *num.*51. Ubi popularis effectus Comes non potest adstringi ad munera popularia, quibus antea functus fuerat.

13 Instrumenta, & acta facta per Notarium excommunicatum sunt omnino nulla, *de Marin. tom.*1. *resol.* 133. *num.*8.

14 Notarius Apostolicus potest inter personas Ecclesiasticas tantum scripturas publicas conficere, inter vero laicos non potest, etsi conficit, illæ sunt invalidæ; sed reputantur tamquam scripturæ privatæ etiam si illas confecerit cum Judice Regio, & testibus; Adeo quod nec valebit testamentum Clerici testantis ad causas profanas, secus ad pias causas; quia tunc valeret testamentum, prout valeret, si hæres adhuc Clericus esset, quia inter Ecclesiasticas personas valet, sed non quando unus est Ecclesiasticus, & alter laicus, quia dum dicta scriptura postea in foro laico est agitanda legibus illius fori subjicitur, ut late resolvit *de Marin. lib.*2. *resol.*128. *per totam*, confert *Pragm.*2. *de contractibus*, per quam prohibentur publici contractus celebrari, nisi a Notariis a Rege creatis sub pœna nullitatis contractus, & sub pœna falsi.

Quicquid falso allegando *Constitutionem Instrumentorum robur*, dicit in contrarium *Vincentius de Vita in repert. verbo Notarius Apostolicus*, asserens de conventione facta inter Sedem Apostolicam, & Regem Carolum II. Andagavensem relatum a *Vincentio de Anna singul.*246. posse inter laicos Notarium Apostolicum conficere instrumentum, dummodo utatur Judice ad Contractus Regio, quod non servatur, licet *Afflict. in dict. Constitut. instrumentorum robur n.*24. referat dictam conventionem, & eam videtur approbare pro vera; Quam refert etiam de *Anna ut supr.* & quod faciat fidem in judicio ordinario, tenet *Caravit. rit.*168. *num.*8. licet non possit liquidari, *Ricc. coll.* 1422. *Boer. dec.*242. *Capyc. decis.*251. *Anna sing.* 240.

Digitized by Google

240. Sed *Laganarius ad Rovit. in Rubrica de Notariis, num. 4.* tenet, ut neque in judicio ordinario fidem faciat, nisi testes examinentur, & deponant contenta in instrumento, & sic probatio non desumitur ex instrumento, sed ex testium depositionibus; Et ita passim videmus in M. C. V. hodie practicari, & meus filius elapsis diebus præsentavit testamentum Clerici, qui instituit nepotem laicum manu Notarii Apostolici, & allegavit supradictas doctrinas coram Domino *D. Flavio Gurgo*, tunc Judice M. C. V. nunc meritissimo R. Cons. olim Advocato celeberrimo, juris subtilitate, dicendique facundia præstantissimo, qui noluit de dictis doctrinis aliquam rationem habere, sed mandavit examinari testes super dicto testamento, juxta doctrinam *Laganarii*, & sic viget praxis.

15 Notarius Vassallus non potest conficere instrumentum, nec quamlibet scripturam publicam ad beneficium, nec contra Baronem; neque uti Actuarius potest scribere obligationes penes acta ad beneficium Baronis, vel Ærarii, & factæ sunt nullius roboris, ut infra *in Capite de obligationibus* penes acta *ex cap. Regni per Regem Ladislaum* emanatum, incipiente, *Non sine prudentis*, de quo late *de Marin. lib. 2. resol. 280. & lib. 2. resol. 230.*, ubi adduximus decisiones inter se invicem repugnantes, & cum distinctione diximus valere obligationem, si Actuarius Vassallus stipulavit, Judice præsente non Vassallo.

Nunc adde, quod nec testamentum valet, ubi Baro est testator, vel hæres institutus, ut idem *de Marin. d. lib. 2. resol. 230.* ubi impugnat *decisionem Thor. in compend. part. 2. in verb. testamentum*, quæ decisio fuit revocata per Nullitatem, ut ipse testatur, & licet de *Anna sing. 254.* limitet *d. Cap. Regis Ladislai* non procedere in testamentis, vel codicillis, *& Molphes. super Consuetud. Neapolitan. tit. de instrumentis, tom. 2. quæst. 12. num. 6.* dicat instrumentum contra Baronem valere, cum in illis fraudis suspicio cesset, *& Freccia de præsentatione instrumentorum par. 2.* dicat, *dict. cap. Regis Ladislai* non esse in observantia, tamen *Capiblanc. in pragm. 1. de Baron. num. 348.* rejectis supradictis concludit cum decisione *Reg. de Marin.* & in practica receptum esse, tam instrumentum, quam testamenta, & codicillos pro & contra Baronem, si per Notarium vassallum conficiantur non valere, ex verbis *d. cap.*, & refert in Reg. Audientia Calabriæ Baronem fecisse examinare testes, qui in contractu intervenerunt, & sic licet aderat nullitas instrumenti, obtinuit Baro, quia probavit intentionem per testes, ut late ibi.

Et dispositio *dict. cap. Regni* procedit etiam in Barone criminali, *Marta voto Pisan. 186., de Marin. resolut. 280.* & in conductore jurisdictionis Baronalis, *Viscont. ad Franch. dec. 118.* sed de *Marin. dict. resol. 280. lib. 1.* negat habere locum, quia timoris ratio cessat in Conductore, qui non est perpetuus sicut Baro.

16 Notario asserenti in aliquo contractu fuisse Regium assensum expeditum non creditur, sic neque de mentione aliarum scripturarum, & sic pluries decisum, *Frecc. de subfeud. lib. 1. quæst. 25. Laganar. ad Rovit. pragm. 1. de Notar. Afflict. decis. 48. num. 2. & decis. 273.* ubi decisum refert, quod etiam si dicat cum Judice, & testibus se vidisse instrumentum factum per manus T. Notar. die, & anno T., vel T. Procurationem, etiam si dicat manu mea, etiam si scriptura sit inserta in dicto instrumento, non probat; intellige non probat contra absentes tertios, nam contra principales præsentes probat; *Ursill. ibid.* Ideo debet originaliter inseri, alias non probat contra absentes, *Risavell. ibid. Caravit. de Marin. & Afflict. in dict. decis. 273. Laganarius ad Rovit. Pragm. 1. de Notariis*, quia non creditur de præterito, nec de procuratione, nec de alio instrumento mentionato, ut late in *d. A. dec. 273.*

17 Notario facienti copiam de originali mihi exhibito, & exhibenti restituto, nulla fides adhibetur, *Gratian. discept. forens. 268. num. 34.* Sed quando dicit mihi exhibito per T. de T. & eidem T. restituto, &c. tunc dicta copia probat, ita *Rovit. in pragm. 1. de fide instrum. 8.* Et super *Pragm. 3. num. 8. de Notar. Marad. observ. 170. in fin.* & Nos *in 2. par. tit. 1. cap. 3. de primo requisito, Gallup. par. 2. cap. 6. num. 12.* quos citat, & sequitur *magnus Practicus Franciscus Broya in sua prax. crim. cap. 6. n. 23.*

Sed hoc intellige in casu relato a *Broja*, quando extrahitur ab originali Regii Tabellarii, vulgo *detto Procaccio*, quod originale debet eidem Tabellario restitui, & sic est limitatio ad regulam, nam regulariter ab originali exhibito, & exhibenti restituto copia non probat.

Et copia copiæ non facit fidem, *Pratus discept. 43. num. 30. tom. 5. & Bertachin. in verbo Exemplum exempli*, qui citat *Alex. consil. 138. 1. part. & Bald.* in *l. Sanctimus 3. col. 1. Cod. de divers. rescript.* ibi in Summario: *Per originalia, non per exempla fit probatio Rescriptorum*, quod est verum, nisi sint legitime exemplata citatis citandis, Idem *in l. Procurator, C. de edendo cap. fin. de fide instrum.* late *Afflict. dec. 282. n. 6.*

Unde *Caravita in ritu 242. & Marant. part. 6. rubrica recte concipiatur citatio, & Sanfel. sect. 57. num. 23. fol. 153. in praxi limitat dictum Textum in tribus casibus.*

Primo, tunc non requiritur citatio partis, quando scriptura præsentatur in termino.

Secundo in ultima die termini.

Tertio, quando præsentatur ad instructionem Judicis, ut in Clerico probante Clericatum.

Et quando in actis præsentatur originale cum potestate relaxandi copiam, & penes se retinendi originale, tunc dictæ Copiæ adhibetur fides contra adversarium citatum tantum, & sic quoque copiæ extractæ a dicta Copia relicta in actis, verum non probat contra alium, nisi in præsentatione, vel collatione originalis fuisset ille alius citatus, *Gallup. p. 2. c. 7. num. 22. ex Sanfel. dec. 282. num. 6.*

Adde aliam quartam limitationem, quando esset extracta ab Archivio, *Sabell. in §. copia 49. n. 3.*

Et exemplum non exhibito originali non probat, *Sanfel. dec. 182. n. 2. ex Text. in l. 2. ff. de fide instrum.* ubi quinque rationes assignat.

Et tunc actor tenetur repræsentare iterum originale, quando est penes se, non autem quando est penes Notarium, & cogi potest a Judice, si erit suspicio falsitatis, *de Franch. dec. 194. Capyc. decis. 40. Prat. ad Muscat. Gloss. respondendo p. 3.*

Verum non tenetur exhibere protocollum de instrumento in actis non exhibito, illud de falso redarguere volenti, *Roland. cons. 44. dub. 1. vol. 1. Bajard. ad Clar. lib. 5. §. falsum, n. 159.*

Protocollum Notarii mortui, vel absentis a Regno non conservatur per hæredem, qui non est Notarius, sed infra tres menses a die obitus, vel absentiæ a Regno consignetur Notario Loci, nec possit extrahi copia, aut fides, nisi per Notarium conservatorem sub pœna ducatorum centum, & quod copia nullam fidem faciat in Judicio, nec extra, *Pragm. 13. de Notariis.*

18 Notarius ad utilitatem patris, vel filii instrumenta conficere potest, dummodo sit emancipatus, *Novar. Collect. 6. super Pragm. 6. de administrat. Universitatis num. 6.* ubi allegat *Magon. decis. Florent. 53. & Monter. Rot. Aragon. dec. 33.*

Nota-

Notarius licet testis esse, non possit in testamento, seu instrumento pro sua uxore; poterit tamen conficere instrumentum pro uxore, *l. uxori*, & ibi *Bart. ff. de fals.* rationem differentiæ tradit idem *Bart. in l. si pater, ff. eodem*.

19 Notarius si fiat Clericus, non potest amplius instrumenta facere, *Laganar. ad Revit. Pragm. de Notar. sub num.5. ex Specul. de instrum. edit. §. restat num. 27.* Verum instrumenta per ipsum facta, potest reassumere, secundum *Minad. in dict. cons. In aliquibus*, qui dicit vidisse instrumenta reassumpta per Episcopum Neritoni, vulgo Nardò, sed *Andreas in cap. Imperialem, §. scriba de prohibit. feud. alien. per Federicum sub num.68.* dicit contrarium, quem citat, & sequitur *Lagan. ubi supra*.

✠ Clericus non potest exercere officium Notariatus; & sic non possunt creari Notarii, per *Text. in cap. Sacerdotibus, ne Clerici, vel Monachi*, ubi *Abb.* & cæteri Canonistæ relati per *Martam de Jurisd. par.4. cent. 2. cas.216. num.15.*

Verum si de facto creantur, & conficiunt instrumentum, valent, idem *Marta loco citato*, qui *num.20.* rationem assignat. Quia Clericus suscipiens privilegium Notarii Regii, qui est in minoribus ordinibus, intelligitur renunciare Clericatui, & beneficiis, quia sunt officia incompatibilia, ex doctrina *Abb. in cap.1. in diversis de Clericis conjugatis Villajut. dec.25.num. 51. & 101.*

Alia de officio Notarii vide *Tapiam in Constit. in locis domanii sub tit. de offic. Notariorum lib. 2.* Et vide, quæ nos dicemus in 3. *requisito ad liquid. instrum. in par.2. tit.1. cap.3.*

APPENDIX

Meus erat hujusmodi Praxim in hac postrema editione emendatiorem, & pluribus erroribus, quibus omnes aliæ antehac scatebant, expurgatam, quoad vires sufficerent, reddere, non autem additionibus, aut novis observationibus exornare. Cum vero hæc prima pars jam typis fere omnino esset absoluta, sub die 18. mensis Martii currentis anni 1738. prodiit nova Constitutio Invictissimi, ac Clementissimi Caroli Regis nostri, quæ majori ex parte circa res ad praxim proprie spectantes versatur; aut derogando, aut corrigendo, aut restringendo, aut ampliando, aut tandem confirmando, quæ alias variis temporibus, pluribus Sanctionibus, & Pragmaticis statuta fuerant, & per abusum, hominumque calliditatem ab aula recesserant. Hinc mutato consilio operæ pretium duximus, majori Tyronum, ac Practicorum omnium utilitati consulentes, sparsim, & ut occasio fert, subjungere, & observare suis in locis ea, quæ per dictam Regalem Constitutionem noviter emanatam decernantur, ut facere statuimus in posterioribus tribus partibus adhuc imprimendis, distinguendo hasce perbreves notulas, observationesque duplici lineola „ in margine; ut uno oculo quod prius tenebatur, quodque in posterum in praxi observandum omnes ediscere, & menti tenere possint. Quia igitur in hac prima Parte desiderantur, quæ ad ipsam pertinentia illic leguntur, ideo satius esse credidimus illa hic ordine tamquam corollarium subnectere, denotatis singillatim, & distincte Capitibus, Titulis, pagina, ac numeris ipsis, ubi congruunt, & collimant.

Et primo super *quæst. 3. tit. 1. de Patent. Official. cap.22. n.5. pag.42.* observandum venit, quod decernitur, & confirmatur in §.3. *num.4. citatæ Constitutionis* circa receptionem novarum Procurationum. Verum in praxi servatur, pro intelligentiâ etiam dictæ Constitutionis, quod qui laurea sunt decorati, indiscriminatim, etiam non approbati ad munus Procurationis a S.R.C., admittantur; quia qui habet majus, minus quoque habere dicitur.

Et *num.7.* ibidem, advertendum, quod Præsidibus Provincialibus in eadem Constitutione §. 7. *num. 5.* præscribitur.

Secundo notandum super *quæst.8.* ejusdem Tituli, & Capitis *n.5. vers.* limita hanc Conclusionem *pag.47.* Quod illa limitatio circa capturam informationum indistincte Actuariis M.C.V. permissam ex *Pragm.19. de Offic. Mag. Justit. §.15. ibid.* citata, hodie generaliter non procedit: restricta enim est talis ipsorum facultas per supradictam Regalem Constitutionem *§.6. n.7.* in informationibus homicidiorum, aliorumque criminum magni momenti, in quibus ad præsens cautum est, quod testes recipiantur coram Judicibus Commissariis, & per eosdem depositiones subscribantur.

Insuper ad *quæst.9. ejusdem cap. & tit. per tot. p.48. & seq.* pro majori ornatu addendum ex *§.1. n.4. & 5. citatæ Constitutionis*, quod ab hodie, seu mavis a prædicto die 18. mensis Martii in antea tum Præsides, si togâ decorati fuerint, cum etiam Fisci Patroni Regiarum Audientiarum votum habent in causis, quorum decisio per eamdem Constitutionem *d. §.1.* in easdem Regias Audientias modo translata est; & in casu paritatis interveniet Pauperum illius Provinciæ Advocatus, istoque tamquam suspecto recusato, admittetur unus ex Doctoribus loci peritioribus, eligendus ab integro Tribunali, seu majori parte Judicantium. Et si contingat proponi nullitates, vel restitutionem in integrum, in ipsismet Regiis Audientiis erunt proponendæ. Data quoque facultas omnibus Regiis Auditoribus procedendi domi in causis executivis, salvis juris remediis in Aula ipsius Regiæ Audientiæ, de more Judicum nostræ Civitatis, proponendis. Et adversus decreta ordinem judicii respicientia, sicuti pro Tribunalibus quibuscumque Neapolis in eadem Constitutione etiam cautum est, non conceditur, nisi tantummodo unicum remedium.

Tandem id menti tenendum super *tit.6. de var. formi. divers. judicior. cap.1. num.1. 2. & 3. pag.138. & seq.* quod in præfata Constitutione §. 5. *num.14. & 15.* circa eamdem materiem assecurationis dotium explicatur, & decernitur.

Finis Primæ Partis.

IN-

INDEX
LOCUPLETISSIMUS
RERUM, AC MATERIARUM.

Quæ in hac Prima Parte continentur.

Prior numerus est Folii, posterior vero Numeri.

A

Digitized by Google

secus

D

Digitized by Google

Exce-

bona,

Li-

Digitized by Google

Lo-

Digitized by Google

Digitized by Google

jun-

Digitized by Google

P

Digitized by Google

Præ-

Digitized by Google

Re-

Digitized by Google

Testes,

Digitized by Google

F I N I S.

IN PAR. I. PRAXIS L. RICCII
ADDITIONES
U. J. D. D. PHIL. FERDINANDI DE CARO.
CUM NOVIS MANTISSIS
R. D. XAVERII GRATIANI.

De actis præparatoriis.

1. *ADditiones famam Riccii non minuunt.*
2. *Mutationi omnia sunt obnoxia; etiam natura.*
3. *Leges qualibet ætate mutantur.*
4. *Additionum utilitas ostenditur.*
5. *Ars usu recipit incrementum.*
6. *Theoriæ laus.*
7. *Praxeos necessitas.*
8. *Riccius scripsit simplicius.*
9. *Ratio operis.*
10. *Auctoris mens.*
11. *Annibal Formionem exprobavit.*
12. *Oportet aggredi, quæ vires ferunt.*
13. *Judicii definitio, & qualitas.*
14. *Scaglion. opinio.*
15. *Actor in civilibus, Accusator in criminalibus dicitur.*
16. *Causa quid sit.*
17. *Quando lis contesletur.*
18. *Libellus quid sit.*
19. *Obscuritas libelli an opponi possit in Regno, & quomodo?*
20. *Libellus, & scripturæ omnes præsentandæ sunt hodiè cum exemplari, seù copia.*
21. *Ultimæ Pragmaticæ sanctio.*
22. *Actorum duo volumina hodiè fiunt.*
23. *Lex quælibet disponens non extenditur ad actus præteritos, nisi exprimatur.*
24. *Neque comprehendit lites inceptas, & pendentes.*
25. *Pro actis ante Pragmaticæ publicationem, vel cæptis tria volumina fiunt, & quomodo?*
26. *Lex declarans extenditur etiam ad actus præteritas.*
27. *Causa, an caussa scribatur.*
28. *Quænam causæ tractari possint in nostra Civitate?*
29. *Transcribitur capitulum ultimæ Regiæ Pragmaticæ.*
30. *Excipiuntur personæ privilegiatæ.*
31. *Causæ servitutum ubi sint tractandæ, & concedi earum appellatio?*
32. *An appellatio concedatur quo ad actum devolutivum, vel suspensivum?*
33. *Judex primæ instantiæ debet earum valorem decidere.*
34. *Capitulum Regiæ Pragmaticæ pro clariori intelligentia transcribitur.*
35. *Ordo appellationis addetur.*

PRÆLUDIUM.

QVum artium omnium scriptoribus, scientiarum-
que, quibus aut verum ipsum assequi possu-
mus, aut quandam rerum verisimilitudinem
adipisci, aliquas adnectere additiones, & com-
mentaria, eorum famæ, diligentiæque ne sit qui-
dem detrahere; in artibus enim omnibus, & scien-
tiis, præterquam divinis, in quibus veritatis spi-
ritus omnem nos docuit veritatem, licet datis
principiis, & base stabilitis, novo tamen annuen-
te excogitato, vel experimento certiora in diem,
& probabiliora apprehendimus: longè quidem,
multòque minùs Leonardus Riccius, qui permul-
tos Scriptores suis Additionibus, & lucubrationi-
1 bus auctos, & dilucidatos foro reliquit, defecisse
censendus est, si de re juridica agenti Additiones
quasdam Ego ipse apponam. Jurisprudentia enim,
Legesque ipsæ, & praxis forensis, quia ad tempo-
rum vicissitudines necessitatesque, & ad levium,
atque instabilium hominum mores conformatæ,
non aliter atque ipsi, magnopere immutationi sunt
obnoxiæ, quum *omnium rerum vicissitudinem esse* ce-
2 cinit *Terent. Eunuch. act.* 2. Si immutabilis natu-
ræ lex, cui homines sunt obstricti, vel longa com-
plexorum montium serie, vel præruptis Oceani
gurgitibus regiones a regionibus divulsit, diver-
sum Cœlum, & aerem cuique constituens: neces-
se est, earum quoque accolas esse, habitu, &
moribus, hinc etiam institutis, & legibus dispares.
Numquid Romanorum Regibus, Republica, Im-
perioque stantibus, & post Imperii Occasum Græ-
corum, Herulorum, Ostrogothorum, Gothorum,
Longobardorum, Northmannorum, Suevorum,
Andegavensium, & tandem, ut de cæteris taceam,
Aragonensium, iidem ritus, & Magistratus per-
stiterunt, eædem Leges & Instituta perdurant?
Quot tempora, tot mores, quotque mores, tot vi-
guere Leges, & non secus quam inconstans hominum
3 animus plerumque, *quæ petiit, spernit, repetit quod
nuper omisit*, novæ sanciuntur Leges, instaurantur
obliteratæ, veteresque ablegantur, & *quas tempore
aliquo desiderarunt Leges mortales, & temporibus ipsis
mutabiles esse* vidit *Livius lib.* 3.; & quidem rectè
quum *omnes leges*, teste *Tullio de Leg. lib.* 1., *ad quod-
libet Civitatum genus sint accomodandæ*.

Ex hoc igitur pro varia temporum, morumque
ratione, tanto legum discrimine non enascitur so-
4 lum nulli prorsus defectui vertendas esse Riccio,
ejusque rei scriptæ Additiones istas, sed maxima
harum utilitas, imò quædam etiam necessitas, præ-
sertim quum liber hic in tyronum tantùm institu-
tionem edatur, & quia totus in praxi versatur, eo-
rum quoque maxima utilitate refertus. Plurimos
habuit hoc Regnum Authores, quos videmus no-
strorum Tribunalium praxim scripsisse; sed quam-
vis horum alii sublimioribus Jurisprudentiæ, &
retrusioris eruditionis captis flagellis, earumque
ex floribus instar avium puriori succo melle, com-
ptam, locupletemque praxim edidissent, qui verò
soli telæ, ordinisque judiciarii texturæ vacarunt,
& sic praxim confectam tradidere, majores sibi
Tyronum plausus acciverunt, quia hujusmodi la-
5 bori operantes, illis non modò juris rudibus, im-
mò etiam peritis sunt utiliores; nam *quamvis artis
præcepta perceperint*, ut benè Tullius ait, *quicquam
magna laude dignum sine usu, & exercitatione conse-
qui non possunt*: Si enim praxis græcum vocabulum,
non aliud latinè sonat, quam rerum gerendarum
usum: hinc juris tantum scientia sine praxi existe-
re, si non nequit, imbecilliter tamen potest. Ne-
que hic mihi est animus theoriæ vel jurisprуden-
tiæ praxim, barbariemque forensem æquiparandi,
6 compertum enim est, illas his longè antecellere,
earumque studium sublimius esse, atque jucundius.
Omnium magnarum artium, idem Cicero loquitur,
*sicut arborum altitudo delectat, radices, stirpesque non
7 item, sed esse illa sine his non potest*. Et quidem Ju-
risprudentia à praxi divulsa & si quandam maje-
statem, & grande decus ostentet: infæcunda ta-
men arescit, veluti candens in agro lilium, adun-
co vomere radicitus sauciatum languet, inque hu-
mum procumbit, & quamvis eamdem aliquandiù
retineat albedinem, & venustatem, deficientibus

tandem terræ alimoniis, ingenitoque emisso cande-
re, ipsum quoque deficit, pallet, tabescit. Nem-
pe hominem, an miserabile monstrum nuncupemus,
pollentem oculis, & manibus carentem, vigentem
ingenio, & actione destitutum? ita virum foro
addictum, juria, legumque notitia quam ornatissi-
mum, theoriamque apprimè doctum, si praxeos
imperitum, eccur advocatum, & non spectrum di-
camus inane?

Hac itaque tanta praxeos utilitate, necessitateque
perspecta, cò deveni, consulendi ergo juventuti,
ut animum ad eam quoquo modo augendam adie-
cissem, & quum mente plurimos revolvissem, po-
tissimum vidi, cuinam Practico additiones appo-
nere, recentioresque leges, ac statuta aptare de-
buissem, omnibus aliis posthabitis Authoribus,
scenæ, ac populo serviens, Leonardum Riccium
selegi (ut potè qui scripsit simplicius, ac planius)
8 facili manu Tyrones ducentem, & multos haben-
tem amatores. Forus enim quum sit nemus denso
stipite, sentibus inviis inclusus, atque ancipitibus
erroribus irremeabilis, ut aliquas viarum ambagea
resolvamus, incedamusque per tot fallacis nemoris
difficultates, non docti viri, vel nobilis manudu-
ctione opus est, sed agrestis pecudum Ducis, diu-
tini sylvarum incolæ.

Ne quis igitur vestrum miretur, Lectores hu-
manissimi, innumeris posthabitis nostræ jurispru-
9 dentiæ doctrina, laudandarumque artium scientia
ornatissimis viris, mihi nec ingenio, nec authori-
tate præstanti tanti operis structuræ munus potissi-
mum demandatum esse. Non enim unius inter eru-
ditione, doctrinaque facilè principes viros partea
agere constitui, sed utilis quidem Villici, inexper-
10 tam, ignaramque juventutem per iter ignotum
manuducentis, ut operis institutio consulit, exigit-
que: magna, & gravia profiteri, viribus non
æquam materiam, humerisque haud aptum onus
levare, nec animo, neque cogitatione percucurri.
Etenim quæ olim ab Annibale Carthagine Ephe-
sum expulso non ullo procul fundamento Phormio-
ni de Imperatoria officio nimium locuto objecta,
11 atque exprobata fuerunt, mihi mente, studioque
altiora in præsentiarum forsan instituenti, facili
negotio opponi possent; obiecisse namque fertur
Annibalem, teste *M. Tull. lib. 2. de orat.*, *multos
se deliros senes sæpè vidisse, sed qui magis, quam Phor-
mio deliraret, vidisse neminem*. Et quid mehercule
arrogantius, quid ineptius fieri potuit, quam An-
nibali, qui tot annos de Imperio cum Populo Ro-
12 mano omnium gentium victore certaverat: Græ-
cum hominem, qui nunquam hostem, nunquam
castra vidisset, numquam denique minimam ullius
publici muneris partem attigisset, verba de re mi-
litari facere, seque in arte, quam non noverat,
exercere, & disputare? Sed ne nimia præfationis
mole incommodus sim, & ne copia vestras offendat
aures, cætera ad opportuniorem prætermittens lo-
cum, Riccii vestigia sequens & exempla, divino
favente auxilio ad ulteriora propero.

Judicium, quod status ille dicitur, in quo à Ju-
13 dice justitia ministratur, Actore per actionem,
Reo per exceptionem, Judice per decisionem causæ
constare, quorum uno deficiente, nullum esse judi-
cium, atque sententiam, *Lanfranc. decis. 318. cent.
4.*, pro comperto passim habetur. Quod dicit Sca-
glion. post Rit. M. C. V. Judicium plenissimum
componi Judice, Actore, Reo, Serviente, sive
14 Porterio, Actuario, Advocato, Procuratore,
Executore, sive familia Curiæ ad judicii essentiam
minimè pertinet: hæc, ut commodius fiat, inven-
ta sunt; Advocatus enim, & Procurator cum
Actore, & Reo confunditur, aliæque personæ Ju-
dicis sunt membra, manus, partes, famuli; nunc
sententia ad actoris, sivè Rei postulationem non
executa, pendatur nulli judicium jam perfectum,
jam finitum?

15 Quum actorem dixi, in civili tantum negotio
Actorem, in criminali vero accusatorem appelles.

Causa, quam explicat Riccius, est res in dicen-
do posita cum interpositione certarum personarum,
16 scilicet Actoris, Rei, & Judicis ipsum judicium
formantibus, quæ dum proponitur, causa est, dum
discutitur judicium est, dum finitur justitia est.
Cap. Forus de verb. signif.

Instantia sivè libellus pars est essentialis judicii,
quod dicitur contestatum de jure communi a prima
17 responsione Rei, de jure Regni a primo actu post
termini impartitionem. *Prag. 1. de ordin. judic.*

Libellus, qui est certa petitio, sive intentio acto-
ris, sivè accusatoris in judicio scriptis explicata, &
18 proposita, debet esse aptus, clarus, & certus,
non conditionalis, non alternativus, non obscurus.
Gaill. 1. observ. 61. Capic. dec. 10. num. 21.

Exceptio obscuritatis libelli rarò in Regno ad-
mittitur, in quo sola facti veritate inspecta proce-
19 ditur. *De Franch. dec. 220. num. 5.*, imo senten-
tia libello non uniformis sustinetur. *Petr. in Rit. M.
C. V. 288. & 289. Sanfelic. in prax. judic. sect. nu. 4.
Grammat. dec. 15. nu. 2.* Et quando admitti debeat,
non potest, nisi a Principali, vel Procuratore specia-
le habente mandatum opponi. *Petr. Rit. M. C. 298.
num. 13. De Marin. observ. ad dec. Revert. 351. num. 3.
lib. 2.*

Illud verò hic animadversione dignum est, hodiè
una cum libello, aliisque scripturis forian exhiben-
dis, etiam exemplar, sive copiam præsentandam es-
20 se, ex novissima Invictissimi Regis Caroli, nunc
Hispaniarum norique orbis Regis semper Augusti
Pragmatica sub die decima octava mensis Martii an-
ni 1738. edita, quæ in §. 1. n. 31. hæc consultissime
decernit. *Ordiniamo perciò, che per gli atti si doveranno
fabbricare da ora innanzi, e dopo la pubblicazione della
presente ne' Tribunali, e Corti di questa Fedelissima Cit-
tà, tanto per le liti introdotte, quanto per le liti da intro-
21 dursi dovendosi presentare petizione, o altra scrittura di
qualunque specie per qualsisia causa, debbano così l' Atto-
re, come il Reo presentare unitamente nelle scritture ori-
ginali una copia delle medesime, per formarsi due Proces-
si consimili, cioè uno delle scritture originali, e l'altro del-
le copie; Restando a peso degli Scrivani di accludere in que-
sto tutte le copie delli decreti, notificazioni, presentate, re-
pliche, ed altro, che vi sarà nel Processo originale colli stes-
si fogli, col confrontare tutte le copie de le scritture, che si
presentano; ed una tal copia così formata sia lecito impron-
tare alle parti collitiganti, alle quali giammai per qualun-
que causa si possa dare in mano il Processo originale, do-
vendo questo restar sempre nella Banca, sotto pena allo Scri-
vano di privazione d'Officio, ed altre ad arbitrio del Tri-
bunale: Ne per la costruzione di detti duplicati Processi
si possa esiggere da Scrivani, e Mastro d'atti un duplicato
diritto, ma solamente quello istesso, che presentemente si
esigge per la costruzione del processo originale; Essendo so-
lamente lecito alli Scrivani esiggere per la copia degl' esami,
e per la copia de' Processi, che si trasmettono in questi Tri-
bunali dalle Corti del Regno grana due a foglio di righe
ventidue per ciascheduno foglio da quella parte, che presen-
terà l' esame sotto pena di privazione di ufficio; E che non
possa ritardarsi il corso della causa, ancorchè si trovasse
improntato alle parti la copia del Processo, mentre col pro-
cesso originale, che resta nella Banca potrà tirarsi avanti il
giudizio, e poi portarsi espediendo in casa del Commissa-
rio.*

22 Quadere hodie duo conficiuntur actorum volumi-
na, unum originale, exemplare alterum; in causis
scilicet introductis, & introducendis post Pragmati-
cæ publicationem, quia nulla lex disponens ante ha-
bens oculos, non retrò, ad actus præteritos porri-
23 gitur, nisi nominatim id fuerit expressum, *l. 3. &
7. ff. de eg. Gothofred. ad Novell. 54. in præfat.* Rode-
ricus

Digitized by Google

*ricus a Camba in can. ex parte 9. diſc. 54. n. 9. Barboſa
in reperior. V. lex §. lex non extenditur*: Imo ex juris
diſpoſitione neque lites inceptas, & pendentes com-
24 plecteretur, *l. leges, C. de leg. l. fin. C. de vet. jur.
enucle. l. fin. C. de Sacroſ. Eccl. Solarzan. de jur. Indiar.
lib. 3. cap. 6. nu. 51. & 52. Antun. Portugal. de donat.
Reg. tom. 1. lib. 2. cap. 10. nu. 15.* niſi ſpeciali no-
mine ita Regia Pragmatica providiſſet in illis ver-
bis: *tanto per le liti introdotte, quanto per le liti da intro-
durſi*; ideò pro ipſius executione in cauſis cœptis an-
25 te Pragmaticæ editionem tria conficiuntur volu-
mina, primum eſt antiquum, alterum originale
continens acta ſequentia dictam editionem, & ter-
tium exemplare acta tranſcripta a dicto originali ſe-
quenti ad normam Regiæ Pragmaticæ complectens.
26 Dixi *Lex diſponens* non extenditur ad actus præte-
ritos, quia quando lex eſt declarans adhuc ſenten-
tias amplectitur præteritas, etiamſi nominatim non
exprimantur, *d. l. 2. & 7. ff. de leg.*

Cauſa, & cauſſa utroque ſcribitur modo, ſed uſi-
27 tatius uno S., de quo conſule Calapinum, & Voſ-
ſii Ætimologicum, ſi plura orthographicè quæ-
res. Quoàd forum verò, eſt pariter notandum, non
omnes cauſas Regni in Civitate noſtra pertractari
poſſe; ex eadem enim noviſſima, *Pragmatico ſub die
18. Martii* 1738. cauſæ Regiarum Provinciarum
28 Hydrunti, Barii, Baſilicatæ, utriuſque Cala-
briæ, & Aprutii ſummam ducatorum biſcentum
excedere debent, Provinciarum verò viciniorum
ſummam ducatorum centum, quæ in ſequenti §. 1.
num. 1. *dictæ Pragmaticæ* latius videbis

*Per tanto avendo riguardo alla condizione del tempo
preſente, ſtabilimo, ed ordinamo, che da oggi avanti
non ſi poſſa produrre appellazione ne' Tribunali di Nap.
dalle Provincie di ambedue le Calabrie, di Terra d' O-
tranto, Bari, d' ambedua gli Abruzzi, e Baſilicata
29 nelle cauſe, che non eccedano la ſomma di duc.* 200, *e
dell' altre Provincie più vicine la ſomma di ducati* 100.,
*o ſia in danaro, a in valore di roba, che ſi è dedotta in
giudizio, regolandoſi le ſomme, non già del ſolo capitale,
a ſorte; ma dal capitale, ſorte, e terze: E che ſolamen-
te poſſa portarſi l' appellazione dalle Corti inferiori nelle*
Reg. *Udienze Provinciali; per lo dicui effetto non ſi
poſſa da' Tribunali di Napoli ordinare nelle cauſe di dette
ſomme la traſmiſſione degli Atti* pro recognitione gra-
vaminum *ne' Decreti interlocutorj, a in quei, che han
forza di diffinitivo, ma ſi bene dopo che tali cauſe ſaran-
no deciſe dalla* Regia *Udienza, ſi poſſa produrre l' appel-
lazione in queſti Tribunali*, quoad actum devoluti-
vum, & non ſuſpenſivum, *con darſi la pleggiaria in
dette Regie Udienze in caſo di retrattazione, lo quale deb-
ba correre a carico de' Proprietarj delle Maſtrodattie* reſpe-
ctivè. *Lo che s' intenda per le cauſe, che di lor natura
ammetterebbero appellazione* tam quoad actum devolu-
tivum, quam ſuſpenſivum, *ma per quelle poi, che*
de jure *non ammettano oppellazione, ſe non* quoad actum
devolutivum tantùm *per qualunque ſomma, che ſia la
cauſa, reſtino in piedi le diſpoſizioni delle leggi così co-
muni, come municipali.*

Ab hac diſpoſitione exceptæ ſunt cauſæ perſona-
rum privilegiatarum, lege communi, aut munici-
30 pali; ut ſunt Eccleſiæ, loci pii, Viduæ, Pupilli,
Virgines, & ſimiles, quia harum privilegia illæſa, &
intacta Regia Pragmatica reliquit, *in d. §. 1. num.* 2.,
ibi: *Eccettuandoſi però in tutt' i detti caſi quelle cauſe,
nelle quali vi ſia intereſſe di perſone privilegiate, o per
legge comune, o municipale, i di cui privilegj s' inten-
dano rimaner fermi, illeſi, ed intatti.*

Cauſæ ſervitutum retractabiles in Curiis locali-
bus agantur, & in iis appellatio conceditur quoad
actum devolutivum tantùm, in aliis verò quoad
31 actum etiam ſuſpenſivum; An verò in Tribuna-
libus hujus Civitatis, vel in Regia Audientia Pro-
vinciali concedi debeat appellatio, ex earum quanti-
tate dignoſcitur, quam Judex primæ inſtantiæ ſta-

tuere debet, ut ex num. 3. §. 1. dictæ Regiæ Prag-
maticæ clarius liquet: ibi. *Ed a fine di togliere l' in-
conveniente, che forſe potrebbe naſcere dal rimetterſi ad
arbitrio del Giudice il deciderſi o chi ſi debba ricorrere per
l' appellazione, e gravame nelle cauſe di ſervitù, ordi-
niamo, che in tutte le cauſe di ſervitù di aſpetto, pro-
ſpetto, ſaſine, aperture, projectus, ſtillicidii, actus,
itineris, & viæ, ed oltre ſimili, che ſi poſſono retratta-
re, o per lo corſo del tempo non ſi rendono irretrattabili,
32 ſi debba indiſtintamente dar l' appellazione quoad actum
devolutivum ſolamente; ma negli altri generi di ſervitù
quoad actum devolutivum, & ſuſpenſivum. A riguar-
do delle quali cauſe il Giudice di prima iſtanza dovrà de-
33 cider la ſomma, o ſia valuto di ciò, che vien contro-
vertito, e quando queſta non ecceda i* 200., *o* 100. *du-
cati, ſecondo la diſpoſizione del precedente Capitolo, deb-
ba preciſamente produrſi l' oppellazione alla Regia Udien-
34 za Provinciale, ſenza eſſer permeſſo produrlo ne' Tribu-
nali di Napoli. Per quanto però tocca alle cauſe, che ol-
trepaſſaronno le dette ſomme, ſia in libertà delle parti gra-
varſi dove loro parerà.*

35 Quanam verò methodo agantur judicia appella-
tionis tam a ſententiis diffinitivis, quam a decretis
✠ interlocutoriis vim diffinitivi habentibus: tradet
nova mantiſſa ad *par.* 3. hujuſce praxis in fine. *Xav.*
Gr.

AD CAP. PRIMUM,

De Offic. Capitanei Idiotæ, vulgò dicti

Di Spada, e Cappa.

1 *Nova formula literarum patentalium Gubernato-
ris.*
2. *Officialis in quolibet loco juxtà ejus conſuetudinem recipi-
tur.*
3. *Officia occupanda à viris optimis.*
4. *Officiorum emptiones omni jure prohibitæ.*
5. *Juris civilis pœnæ adverſus emptores.*
6. *Juris Regni noſtri pœnæ.*
7. *Officia non habentia adminiſtrationem juſtitiæ vendi
poſſunt.*

Alia formula Patentis Capitanei vulgo di *Spada*,
e Cappa Italico idiomate concepta.

FERDINAND. IV. *Dei Gratia Rex, Utriuſque Siciliæ,
& Hieruſalem &c. Infans Hiſpaniarum, Dux
Parmæ, & Placentiæ, & Status Caſtri,
ac Magnus Princeps Hæreditarius
Hetruriæ, &c.*
NN. Baro NN. &c.

Sebbene a chi governa molte ſian le cure, che de-
1 vono eſſere a cuore per la felicità de' ſuoi ſud-
diti, in niuna però devono tanto ad ogni potere im-
piegarſi, quanto nel culto della Giuſtizia, e nella
buona amminiſtrazione di eſſa, a cui non potendoſi
adempiere, ſe non col mezzo di ſoggetti ben degni,
e di ottime qualitadi adorni, e forniti: abbiamo ſti-
mato perciò di eleggere Voi NN. per Governadore
nella noſtra Terra di N. per un' anno intiero, ed in
appreſſo a noſtro piacere, come quello, in cui coll'
abiltà, dottrina, e ſufficienza, qualità onoratiſſi-
me concorrono, concedendovi tutt' i lucri, emolu-
menti, preminenze, onori, e prerogative a tal of-
ficio anneſſe, e congiunte, le veci, a voci noſtre
colla poteſtà della ſpada, le quattro lettere arbitra-
rie, moro, e miſto impero e libera facoltà di mini-
ſtrar giuſtizia in ciaſcuna cauſa, civile, criminale,
e miſta, moſſa, e da muoverſi, ed ogni altra facol-
tà più ampla, che in vigore de' noſtri Privilegj poſ-
ſiamo attribuirvi per l' eſercizio di tale uffizio, dal
quale non poſſiate partirvi ſenza noſtra particolar li-
cenza in iſcritto, dovendo Voi prima di prender
poſſeſſo dar la dovuta pleggeria di dover compire

detto uffizio con ogni rettitudine, ed in fine di esso dare il sindicato a tenore delle Leggi, e costumanze del nostro Regno, e nell' amministrazione di esso non possiate procedere a commutazione di pene corporali in pecuniarie, ed in atti irretrattabili senza nostra particolar notizia, ed intendimento, ne a definizione di causa, o altri decreti, e decisioni, ove sarà di bisogno possiate procedere senza voto, e consulta dell' ordinario Assessore approvato da Noi eligendo, giusta il tenore delle Reg. Pram. Ordiniamo perciò a gli Eletti, Sindici, del Governo, ed Uomini della sudetta nostra Terra, che per tale vi ammettano, riconoscano, ed ubbidiscano sotto pena della disgrazia di S. M., Dio guardi, e nostra, di ducati mille, ed altre a nostro arbitrio. Datum &c.

Optimè Author noster scribit consuetudines diversas servari in diversis Oppidis, & Civitatibus, quia officialis ad officium intelligitur receptus se-
2 cundum consuetudinem loci. Bart. *in l. magistratus ff. de munic. Abb. in cons. 6. vol. 1. Barb. in cap. quod translatione de offic. leg. Jas. in l. diem functo ff. de offic. Assess. & in l. ut liberis C. de collat.* Illud omnino, &
3 ubique pro comperto est, officia præcipuam justitiæ administrationem habentia occupari non posse, nisi ab optimis viris, ac approbatis Doctoribus, neque pretio, vel pecunia acquiri possunt, quum horum
4 officiorum emptiones non solum jure civili, & municipali, sed etiam canonico, & divino sint damnatæ; in lege enim divina *Deuteron. cap. 1.* expressè personarum acceptio est prohibita, ea ratione, quia quum hæc potestas gratis a Deo sit; gratis quoque concedi debet. *Text. in cap. vendentes 1. qu. 3. gl. in cap. 2. ver. pretio ne Prælat. vic. suas*, Jura verò civilia graves minitantur pœnas adversus emen-
5 tes hæc officia, infamiæ, aureorum centum. *l. un. ff. ad l. Jul. de ambit.* Theodosius auxit in quatruplum *l. sancimus C. ad l. jul. reper. &* Justinian. *§. si quis autem in auth. ut Judic. sine quoque suffrag.* pœna publicationis bonorum, exilii, aliisque damnavit. De jure vero Regni adest *Constit. puritatem tit. de præ-*
6 *stand. sacram. bajul. cap. Regni item recipiant, sub rubr. de jur. præst. ad offic.* Rex Alphonsus I. etiam ad pœnam mortis auxit *cap. & privil. Neap. fol. 5. num.* statuit Rovit. *in Pragm. 2. de offic. & quæ iis probib. nu. 4.* Adest Pragm. *Carol. V. de anno* 1536 *2. tit. de offic. & quæ iis probib.* quæ statuit, quod ementes officia ipso jure iisdem intelligantur privati, ita ut aliis conferri possint, cum amissione pecuniæ, ejusque applicatione pro medietate Fisco, & pro medietate Hospitali Incurabilium. *Tap. in 2. par. jur. Reg. rubr. de offic.* omninò est videndus, qui mala permulta ex hac iniquitate connumerat, ✠ & merito. Quid enim boni potest in republica esse, in qua venduntur officia, cum quidquid potest esse boni sit justitia, quæ longe a venditione officii sedem habet? hinc sapientissimus ille Seneca *omnia cecidisse*, ait, cum *pecunia in officiis quærendis prævalere cœpit*: & Sallustius *in oratione ad Cæsarem de republica ordinanda*: *Verum hæc omnia pariter cum honore pecuniæ desinent, si neque Magistratus, neque alia vulgo capienda venalia erunt. Xav. Grat.*

Dixi, *officia administrationem justitiæ habentia*, se-
7 cus alia sine jurisdictione officia, quæ benè possunt emi, & vendi, sicuti quoque militaria, in quibus datur pecuniæ repetitio, hypotheca, omniaque juris remedia, quia a jure minimè improbantur, ut fusissimè *Staib. jun. resol. 100. concludit &c.*

AD CAP. II.

De Officio Judicis, & Capitanei simul.

1. *OFficialis electus a Barone an possit recusari per conductorem feudi.*
2. *Distinctio conductionis voluntariæ, & conventionalis.*
3. *Conductio coactiva, & necessaria.*
4. *Distinctio possessionis captæ, vel capiendæ.*
5. *Quando capta est possessio, debet manuteneri Officialis.*
6. *Quando non est capta possessio, non debet manuteneri.*
7. *Ejus exceptio.*
8. *Officiales Regii, & Baronales non possunt discedere ab officio absque licentia Regis, vel Baronis.*
9. *Clausula potestatis Gladii quam facultatem Baronibus tribuat.*
10. *Merum, & mixtum imperium fuit concessum Baronibus per Regem Alphonsum I.*
11. *Barones ex forma Investituræ possunt delicta absolvere, & gratias facere, etiamsi fuerit appellatum.*
12. *Barones non possunt rescribere, quod sine scriptis tractetur causa, vel nullitates sanare.*
13. *Neque spiritum vitæ insufflare.*
14. *Barones non possunt exterum creare officialem, vel clericum.*
15. *Regia constitutio an.* 1738. *reformavit abusus inhibitionum M. C. V.*
16. *Simul, & Regium rescriptum.*
✠ 17. *Baronum jurisdictio in causis homicidiorum limitata primum, dein restituta in integrum.*

DOctrina ab Authore nostro allegata num. 5.
1 non posse Officialem electum a Barone recusari per conductorem non omnino indistinctè est admittenda. Debet enim distingui, quando conductio est voluntaria, & conventionalis, ita ut transeat
2 jurisdictio in conductorem per viam transmissionis, & quando est coactiva, & necessaria ex Judicis au-
3 ctoritate, ita ut per viam privationis juris, quod erat in suo prædecessore, ut ait decisum Præs. de Franch. dec. 216. inter Ducissam Amalfiæ, & Conductorem, ubi pro Ducissa fuit decisum. Debet etiam distingui, an capta sit possessio ab officia-
4 li, vel non, ita ut res sit integra; In primo casu semper officialis debet in possessione manuteneri,
5 etiamsi vendatur Terra a Barone, ut refert decisum per olim Collaterale Consilium *Viscont. ad d. dec.* 216. de anno 1601. Et *Amead.* ibidem num. 15. cum Riccio. In secundo casu est dubium, & pro negativa mihi videtur respondendum, quia ante
6 captam possessionem provisio supponitur facta quoque ante vacationem officii, ne detur locus fraudi, quod excipe, quando proximè erat vacaturum. *De*
7 *Luc. ad d. dec.* 216. *num.* 2., quia hoc casu ex æquitate potius, quam justitia electo a Barone esset indulgendum. Idem *de Luca num.* 3. Officiales Baro-
8 nales sicut absque Baronis licentia non possunt ab officio discedere, ita neque Regii, qui ex novissimo S. M. CAROLI BORBONII Regia gloriosissimi rescripto non possunt extra Civitatem pernoctare.

Clausula *per potestatem* gladii apposita patentalibus
9 literis comprehendit omnes causas criminales, usque ad vulnuscula sanguinolenta. *Gallup. prax. par. 1. cap. 2. n. 7.*

Merum & mixtum imperium fuit concessum Ba-
10 ronibus per Alphonsum I. die 28. Februarii 1442. *cap. Regni* 9. & confirmatum in *cap.* 19. *de Franch. dec.* 211. *num.* 6.

Barones in Regno licet delicta abolere nequeant; ex forma autem Investituræ etiam gratias facere, &
11 poenas commutare possunt, dummodò tamen ante latam sententiam hoc faciant. *De Franch. dec.* 470.
✠ Id ampliat *Sorge tom. 9. enucl. forens. cap.* 62. *num.* 13. etiamsi fuerit ad Curiam Regis appellatum, quia appellatio illam suspendit, & sententiam reducit ad terminos litis contestæ *ex l. ita demum C. de procur. & addit. ad Clar. §. fin. qu.* 67. *num.* 28. Ibi: *quamvis appellatio introducta fuisset in M. C. V. Xav. Grat.*

Licèt possit Baro mandare in Regno, quod pro-
12 cedatur summariè, attamen non etiam rescribere, quod sine scriptis tractetur causa, nec per sua rescripta

pta nullitates processus sanare. *Bisogn. alleg.* 83. Neque potest insufflare spiritum vitæ in instantiis pe-
13 remptis, quia dumtaxat Principi est concessum ad instar corporum mortuorum, quæ solus Deus revivisc it. *Rit. M. C. V.* 248. Sed recurritur Regi prævio memoriali, in quo factum causæ exponitur, & spiritus vitæ insufflatio petitur, qui rescribit, quod de justitia provideat Curia &c.

Illud tamen omninò est cavendum, Barones in
14 Regno, non posse exterum Regi non subditum creare Officialem. De Franch. dec. 479.: ✠ immo nec personas ecclesiasticas ad officia in eorum terris admittere, ex *cap. regni ut cum nihil, pragm. unic. de cler. & ecclesiast. personis, & Napod. in cap. Regni ad perpetuam memoriam*. Videndum nunc, quinam exterus dicatur, *Rovit. in pragm. de offic. prov. num.* 8. scribit regnicolam dici tam eum, qui ortus est in regno, quam is, qui est oriundus a Patre orto in regno; pro cujus pleniori intelligentia investigare oportet, quid importent in jure orti, oriundi, & originarii. Orti principaliter accipiuntur pro iis, qui nati sunt in civitate *l. 1. D. ad munic. Foller. in const. justitiarii per provincias num.* 9. oriundi dicuntur, qui originem trahunt ex loco, unde majores ejus fuerunt *l. 3. C. de natur. liber.* Originarii vero, qui ex utroque parente cive nati sunt, & ex sola propria nativitate, *l. cives C. de appellat.* Natos in regno ab utroque parente extero ab officiis excludendos fore regnicolis tribuendis putarunt *Bart. cons.* 273. *Foller. num.* 12., aliique; sed contrarium est verius, filius enim, quamvis sequatur originem paternam, non tamen amittit propriam, *Carlev. num.* 50. *Tapia in pragm. de offic. distrib.*, quod amplia pro natis extra regnum, modo uxores duxerint regnicolas, & habuerint domos proprias in locis, in quibus facti fuerint cives, & habitaverint in regno saltem per quinquennium, vel si creati fuerint cives ex privilegio, vel feudatarii, qui primi cives terrarum dicuntur. *Gannaver. dec.* 37. Ad personas quod attinet ecclesiasticas, nihil est antiquius in Ecclesia, lege clericis interdicente secularia munera, quo liberius possint orationi vacare, & ad ecclesiastica, quibus addicti sunt, ministeria incumbere, *dict. prag.* 1. *& l. contra divalia C. de testam.* Quod intellige, nedum de officiis jurisdictionem annexam habentibus, sed etiam de deputationibus Universitatum *dict. prag.* 1. *& Tapia l.* 2., id quod ad clericos conjugatos extensum est, prout judicavit *S. Congr. anno* 1611., firmatque *Pignatellus consult.* 473.; cujus equidem alia politica ratio assignari potest; cum etenim clerici nec etiam volentes secularem jurisdictionem prorogare possint, *ut in cap. si judex laicus de sent. excom. in* 6., si ipsi in officio delinquerent non possent utique a judicibus secularibus puniri, ex quo magnum oriretur absurdum, quum adversus leges tam communes, quam regni, alibi, quam in loco officii sindicatui parere deberent, & sic extra proprium domicilium tenerentur subditi justitiam quærere, ex quo non parum rectæ administrationi justitiæ sequeretur absurdum. *Xav. Grat.*

15 Circà materiam jurisdictionis Curiarum localium notandum est, quod Regalis Constitutio diei 14. Martii anni 1738. §. v. *n.* xix. prout in nostris additionibus anni 1742. *ad part.* 8. *lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 14. scripsimus, prohibuit relaxationem Inhibitoriarum generalium Curiis localibus, v3. §. V. num. 19. *Vogliamo, che non possono i Giudici di Vicaria spedire Inibizioni alle Corti inferiori nella prima istanza, che si è presentata con dirsi nel decreto* -- Stante causa introducta in M. C. V. -- *Ma che allora si possa dire introdotta la causa, quando sarà pri ma notificata la parte, e che questa nella replica non abbia dimandato la remissione della causa al Giudice della sua origine, del suo domicilio, o al foro, in cui sia già introdotta.*

16. Quæ Regalis Constitutio per aliud speciale Diploma sub die 12. Decembris ejusdem anni 1738. fusius explanata fuit, v3. *Haviendo el Rey tenido varias quejas sobra la facilidad, que tienen los Juezes de la G. C. de la Vicaria en expedir Provisiones inhibitoriales, a instantia de Partes, quitando a las Cortes inferiores el conoscimiento de sus respectivas causas. Me manda decir V. S. haga penetrar a los Juezes de dicho Tribunal, que es de Su Soberana Voluntad, que esten con cuydado en la expedicion de tales inhibitorias, y que non las expedan si no en los casos, en los quales los està permitido por las Pragmaticas, y expecialmente por la ultima R. Constituzion publicada en Catorze de Marzo precedente largo examen, y discusion de sus Ministros, a fin de resolver, y determinar tocante a regolamento de Tribunales, lo que fuesse mas provechoso al bien publico, y al util de sus fidelissimos Vassallos, el que por esto en las causas, en las quales non estiman necessaria la expedition de as inhibitorias, y non los viene permetido por las referidas Pragmaticas, y R. Constitution, dejan procede rà las Audienzias, y Cortes Inferiores. Dios guarde a V. S. muchos annos como deseo. Pal. a* 12 *de Diciembre de* 1738. *D. BERNARDO TANUCCI.*

✠ 17 Ad jurisdictionem quod attinet Baronum: nova Regis Caroli sanctio contra homicidas edita die 15. Junii 1738. jussit *art.* 1., ut inferiores Regni Curiæ quum Regiæ, tum Baronales singula, quæ inde patrarentur homicidia, Regiis Audientiis referrent, informationem capturis, atque ad ulteriora processuris, salva Baronibus jure postulandi causæ remissionem in iis tantum casibus, ubi Regiæ Audientiæ non delegato jure procederent *art.* 3., ut compositiones, & abolitiones criminum, quas Barones indulgerent, suum non sortirentur effectum, nisi con'cio, & annuente Rege, *Art.* 7., ut M. C. V.
& Regiæ Audientiæ delegato jure coercerent homicidia nedum igneis, sed ferreis etiam instrumentis patrata. Trium horum capitum abrogationem cum petiissent anno 1742., censuit Rex re melius perpensa super ea rescribere idibus Junii 1742. Postmodum anno 1744. septimo idus Novembris ei placuit, *quod suspensis capitibus primo, tertio, & septimo Regalis nostræ Constitutionis sub die* 15. *Junii* 1738. *pro iis tantum, quæ Barones eorumque Curias respiciant, mandetur, prout juxta rescriptum divæ mem. Imperatoris Caroli V. de anno* 1736. *mandamus, ut iidem Barones, & eorum officiales debeant malefactores, & delinquentes debitis pœnis punire, aut puniendos mandare, & ii, qui potestatem, virtute suorum privilegiorum, habent, componendi, permutandi, aut remittendi pœnas, ea potestate taliter utantur, ne nos ex eorum abusu, pro justitia aliter providere cogamur.*

Integrum hoc diploma videsis in *addit. Ferd. de Caro ad sequen. cap.* 5. *num.* 8. Quæ autem crimina nunc valeant Barones remittere, componere, eorumque pœnas permutare, fusius tradunt clariss. Viri *Joseph Sorge enucl. forens. tom.* 4. *cap.* 62. *num.* 70. *& sequ.* & Nicolaus Alphanus *Inst. Criminal. tit.* 35. *de jure Baronum in criminibus*. *Xav. Grat.*

AD CAP. III.

De Officio Locumtenentis.

1. *Tempus, quo possit Gubernator creare Locumtenentem extenditur, etiam ad viginti dies.*
2. *Creatus a Barone si est civis, ad modicum tempus.*
3. *Si est exterus creari, & ad longum tempus potest.*

1 Modicum tempus, quo possit Gubernator Locumtenentem substituere, extenditur etiam ad viginti dies ad plurimum. *Capiblanc. de Baron. to* 1. *Pragm.* 3. *num.* 217. *Tor. in comp. to.* 1. *v. Locumtenens Petr. Rito* 2. *num.* 49. Si verò creatura

Baro-

2 Barone, distingue, si est Civis, eadem viget regula, ut ad modicum tempus sit creandus; Si ve-
3 rò exterus, potest ad longum tempus substitui. *Thesaur dec.* 268. *De Franch. dec.* 98. *Capiblanc. cod. cap.* 23. *num.* 11. & 12. *lib.* 2.

A D C A P. IV.

De Officio Actuarii, seù Magistri Actorum.

1. *Actuarii munus non secum fert jurisdictionem,*
2. *An possit dici Officialis?*
3. *Largo modo dicuntur Officiales.*
4. *Et officium continuare potest per plures annos reddita ratione.*
5. *In Regno solet locari, & ratio.*
6. *Actuarius non admittitur in patria sua.*
7. *Quod fallit in oppidis exiguis.*
8. *Actuarii debent omnes actus scribere; alias sunt nulli.*
9. *Quod excipitur in parvis oppidis, & ubi officium est tenue.*
10. *In M. C. V. relatio porteriorum per eosdem scribitur, in aliis Curiis Regni per Actuarium.*
11. *Relatio etiam die feriato potest fieri, dummodò notificatio sit secuta die juridico.*
12. *In Curiis Regni scribitur quoque per Regium Notarium.*
13. *Formula dictæ relationis.*
14. *Actuarii recipiunt judiciarias fidejussiones eorum risico.*
15. *Quæ sunt privilegiatæ, & quomodo.*
16. *Exigunt fidejussionum mercedem ad rationem quatuor pro centenario.*
17. *Actuario plenè creditur.*
18. *Facit fidem duorum testium.*
19. *Actuario creditur, etiamsi testes dicant, aliter deposuisse.*
20. *Etiamsi testium dicta non sint subscripta.*
21. *Actuariorum officium non est indignum.*
22. *Nemo per se justus super terram.*
23. *Actuarii activè, & passivè cognoscuntur per Baronem.*
24. *Decisiones recentes pro Curia Baronali.*
25. *Ratio, non Auctores, inspicienda est in disputando.*
26. *Numerus Auctorum pro Barone est magnus.*
27. *Riccius scribit alibi pro Curia Baronali.*
28. *Officialium nomine veniunt tantum habentes jurisdictionem.*
29. *Actuarii impropriè appellantur officiales.*
30. *Una decisio numeratur contra Baronem, sed innumeræ pro Baronali Curia.*
31. ✠ *Adducuntur præcipuæ sportularum taxæ regiorum Tribunalium, videlicet.*
32. *Pandecta jurium sigilli S. R. C.*
33. *Pandecta M. C. V.*
34. *Capitulum ultimæ regiæ pragmaticæ describitur.*
35. *Pandectæ moderatio pro Actuario M. C. V.*
36. *Pandecta Supremi Magistratus Commercii.*
37. *Pandecta Consulatus.*
38. *Taxa R. Curiæ Cappellani Majoris.*
39. *Taxa Innocentiana.*

Actuariorum officium quum sit oneris, non ho-
1 noris, ex eo potissimum quia jurisdictionem
non habent, ita ut pluties disputatum fuit inter
2 DD. an Officialis dici possit Actuarius, & licet
variæ fuerint opiniones, ut refert *de Franch. dec.*
407., nemo tamen affirmare ausus est, eos propriè
Officiales dici, cum tantum sint jurisdictionem ha-
3 bentes, sed impropriè, & largo modo sumpti;
ideò benè per plures annos continuari potest, reddi-
4 ta ratione, ut scribit Author. Solet enim hoc offi-
cium ad annuam pensionem dari, & locari, ut pas-
sim usu receptum est in Regno, & quum ex juris
æquitate, & ex pacto nunquam affictus, qui in fru-
5 ctuum perceptione consistunt, unius anni spatio
perfici soleant, quia fertilitas unius cum alterius
sterilitate compensari debet, ideò æquum non est,
post anni lapsum Actuarium ab officio ejici, in quo
ejus damnum fortè intervenerit.

Actuarius generaliter esse non potest in propria
6 patria, licet sit oriundus tantùm, majorem ejus
bonorum partem ibi possideret, vel ibidem uxorem
duxerit. *L. si eadem de offic. Assess. Thor. par.* 2.
comp. dec. V. Officialis. L. fin. de crim. sacrileg. Constit. Regni Justitiarii per Provinciam, ob eam potissimum
rationem, quia amicitia, affinitas, consanguinitas
animum prævaricando, justitiam pervertit. *Capibl. ad Prag.* 5. *de Baron. n.* 93. Quod fallit
in exiguis oppidis, ut Auctor scripsit, præsertim
7 si in ejus possessionis actu Universitas, vel unus ex
ea non dissenserit, *Sanfel. dec* 362. *de Luc. ad Franch. dec.* 98. *num.* 1. Et ita passim usu receptum est.

Quod Actuarii debeant omnes actus scribere, pro-
8 cessumque per eos inceptum complere, providetur
per *Prag.* 12. §. 12. *de Official. & Prag.* 26. §. 1. *de
Offic. S. R. C. Caravit. ad Rit.* 26. *n.* 3. *M. C. V.
&c.* alias acta sunt nulla, sed limita in parvis Ca-
9 stris, & oppidis, & quando officium est tenue.
Laganar. ad Rovit. Prag. 9. *num.* 1. *de Actuar. Carav. Ritu* 2. *num.* 23. *de Angelis in suo prato ad l. magistratus* 2. *num.* 6. *C. de Magistr.*

Et licet in M. C. V., quæ aliis Curiis normam
præbet, Porteriorum relatio debeat per eosdem
10 scribi. *Prag.* 7. *de citat.*, in aliis verò Regni Cu-
riis per Actuarium scribitur. *Foller. in prax. crim. rubr. fiat relatio num.* 5. *Rosa prax. crim. cap.* 9. *num.*
64. *Campana resol.* 18. *n.* 2. *Guazzin. defens. reorum cap.* 3. *nu.* 1. Quæ relatio fieri potest etiam die fe-
11 riata tùm ad honorem hominum, quam Dei,
dummodò notificatio sive citatio die juridica fuerit
sequuta, *De Luc. ad Franch. dec.* 560. *in fin. Caravit. & Cavens. Rit. M. C.* 146. *Rosa loc. cit. &c.*

12 Dicta autem relatio non solum per Actuarium,
sed etiam per Regium Notarium in aliis Curiis
Regni scribi potest; hoc simili modo E. G.

13 Die decima octava mensis Octobris anni 1737.
Terræ T. T. de T. Bajulus, ac serviens Curiæ
Terræ T. retulit mihi infrascripto Notario, se dr.
. . . . . ., intimasse, & notificasse suprascriptas Provisiones R. C. &c. & omnia in eis contenta Joanni
de T. personaliter reperto, relicta eidem copia,
præsentibus pro testibus T. de T. & T. de T. &
ad fidem, ex relatione d. Bajuli ita testor Ego Notarius T. de T. Terræ T. & requisitus signavi
&c.

14 Actuarii recipiunt judiciarias fidejussiones, &
cautiones proprio risico, & periculo. *De Franch. dec.* 202. & 480. *num.* 3. *de Marin. resol. Jur. cap.* 7.
15 *num.* 1. *lib.* 2. Quæ tamen adeò sunt privilegia-
tæ, ut contra eosdem fieri possit executio absque
Principalis discussione, & ideò dirictus ad sum-
16 mam aureorum quatuor pro qualibet centenario
recipiunt, *de Marin. loc. cit. Stab.* 1. *forens.* 113.
num. 3. *in addit. ad num.* 9. & *num.* 10. *Prag.* 15.
& 13. *Actuariis*.

Actuariis bonæ vitæ, & famæ creditur, uti per-
17 sonæ publicæ; nam cum juraverint bene & fide-
liter officium exercere: duorum testium, in quibus
per il S. C. di Capuana, e G. C. della Vicaria sono
65 state fatte sopra i Riti di detta C.* (qui sunt Ritus
49. 51. & 61. in ordine) *circa il conoscere delli delit-
ti di Officiali activè, & passivè, si è ampliato molto
detto Rito di quello, che soleva esser prima, e partico-
larmente hanno steso il nome d' Ufficiale a tutti Sindici,
Eletti, Baglivi, ed altri, che hanno in qualsivoglia mo-
do giuridizione, dal che nascono diversi inconvenienti,
e molti si sono dati in Campagna, non ostante che siano
innocenti per non aver modo di poter venire sin a Napoli
dall' ultime parti del Regno, volessimo provedere, che
detto Rito, s' osservi propriamente nelli delitti delli Ca-
pitanei, come si osservava prima di dette dellarazioni,
e desiderando noi dare ogni onesta soddisfazzione a que-
sta predetta Fedelissima Città, Baronaggio, ed evita-
re l' inconvenienti predetti, ci è parso con voto, e pa-
rere del Regio Collaterale Consiglio appresso di Noi assi-
stente, fare la presente Prammatica, omni tempore
valitura, per la quale dichiaramo, ordinamo, e coman-
damo, che da quà avanti non s' intendano compresi li
detti Sindici, Eletti, Camerlenghi, o Baglivi nel Ri-
to predetto della gran Corte della Vicaria, se non che
siano soggetti alla giuridizione degli Officiali Ordinarj
delle Città, Terre, e luoghi, così Demaniali, come
Baronali, li quali possano, e debbano procedere contro
di loro per li delitti, che commettessero, etiam nell' eser-
cizio delli loro Officj di Sindico, Eletto, Camerlenghi,
e Baglivi, ma per li delitti, che commettessero in am-
ministrazione di giuridizione, che li competesse esserci-
tare, o per privilegio, o consuetudine che avesse quella
Città, Terra, o Luogo; Volemo, che la detta G. C.
della Vicaria solamente, e non altro Officiale possa in
virtù del Rito predetto conoscere detti delitti, e per essi
abbiano procedere contro di loro, servata la forma del
Rito predetto commandando per la presente a tutti, e
singoli Baroni, Titolati, e non Titolati, Officiali, e
Urionali maggiori, e minori, che debbano osservare,
ed eseguire ad unguem la presente nostra Prammatica
per quanto hanno cara la grazia, e servizio della predet-
ta Maestà, e sotto pena alli contravenienti di ducati due
mila da esseguirsi irremissibilmente. Datum Neapoli in
Regio Palatio die 29. mensis Januarii 1599. El
Conde d' Olivares.*

A D C A P. X.

De Officio Judicis secundarum causarum.

1. P*andecta M.C.V. an servanda sit in Curiis Baro-
nalibus, & quomodo?*
2. *Regia Pragm. an comprehendat Curias Baronales?*
3. *Illustr. Episc. Muranus D. Melchior Delphicus laudatur.*
4. *Decisio pro Curia Terræ Faræ S. Martini.*
5. *Formula petentis taxam pro transmissione actorum.*
6. *Votum dictæ taxæ.*
7. *Baronales nunc Curiæ M. C. V. pandectam
servare ab ea coguntur.*
8. *Additur S. R. C. decisio a Rege probata de alen-
dis filiis familias.*

QUod Auctor noster num. 9. scribit, servandum es-
se scilicet stylum districtum primarum, etiam a
Judice secundarum causarum, optime sibi lo-
cum vindicat, quia ubi locorum adest Pandecta spe-
1 cialis, hæc servanda est; dummodo non excedat ta-
xam in Pandecta M. C. V. contentam, quia si ali-
quantulum excedat, catenus servatur, quatenus Ba-
ro, & Curia in legitima possessione ejusdem reperi-
tur, ut ex ordinibus Regis Caroli ad Regias
2 Audientias Regni directas patet ante Pragmaticæ
publicationem, quæ de hac materia Curiarum Ba-
ronalium minime loquitur. Pro cujus dilucidatio-
ne adducendam censeo decisionem M.C.V. pro Curia
Terræ Faræ S. Martini in Aprutio Citeriori, quæ
possidetur ab Illustriss. Capitulo Romanæ Basilicæ
S. Petri, cujus Vicarius Generalis in spiritualibus,
& temporalibus erat doctissimus vir Abbas D. Mel-
chior Delphicus, Patritius Terami, nunc vero,
laudabiliter peracto in Theatino Archiepiscopatu
3 Vicariatus Apostolici munere, Muranæ Ecclesiæ in
Basilicata Episcopus meritissimus, quem ad altiora
gloriæ fastigia ejus nota virtus, & integritas mox
efferet. In anno 1736. ad instantiam Notarii Nico-
lai Sciarra, fuit transmissum ad M. C. V. volumen
4 actorum causæ, quam cum Dominico Sciarra ejus
Fratre agebat in Curia locali, qui quum dictus No-
tarius Nicolaus pro transmissionis, & exemplaris
jure non satisfecisset, institit in M. C. V. pro illius
satisfactione ad rationem assium quinque pro quali-
bet pagina scripta in originali, vigore particularis
taxæ dictæ Curiæ, pro cujus verificatione produ-
ctum fuit capitulum dictæ Taxæ, cum attestatio-
ne illorum de Regimine Universitatis probantis di-
ctæ Taxæ viridem, actualemque observantiam, &
possessionem. Opponebat Pars ex adverso dictam
Taxam esse abusivam, contra Regias Pragmaticas,
& Pandectam M.C.V.; ideoque non observandam.
Oppositis tamen non obstantibus, me pro Curia præ-
dicta patrocinante, fuit confirmata Taxa facta a
Magnifico a secretis M.C.V.; cui fuit commissa,
expeditæque, & consignatæ literæ executoriales pro
exactione vigore Pandectæ localis, ut ex processu si-
stente in Banca magnifici Actorum Magistri Jose-
phi Bolognini, penes Scribam Josephum Barbe-
rium.

Comparitionis pro dicta taxa Formula.

NElla G. C. della Vicaria comparisce Notar Cre-
scenzio Alfieri, Governadore della Fara San
5 Martino in Provincia di Chieti, e dice come in es-
secuzione di provisioni di essa G. C. ad istanza di
Notar Nicola Sciarra, essendosi trasmessi gli atti
fabbricati nella Corte di detta Terra, tra il detto
Notar Nicola, e Domenico Sciarra, fu ordinato
nelle stesse provisioni al comparente *che avesse tras-
messi gli atti sudetti* justo mediante salario, *taxando
per Magnificum Secretarium M.C.V., pro cujus effe-
ctu* si fosse il detto Notar Nicola obligato penes
acta di detta Corte *de solvendo dirictus taxandos*; qua-
le obligo essendosi già fatto dal detto Notar Nicola,
come dal *fol.* 180.; *hà mandato gli atti sudetti in essa
G. C. per il procaccio, la di cui trasmissione è costata al
comparente summa non piccola, per esser il processo
di peso, e voluminoso*; E perchè incombe al compa-
rente, che sia sodisfatto *delle sue fatiche, diritti, e
spese fatte per la posta per detta trasmissione*, e in tut-
to ciò che sarà di giustizia. Ricorre in essa G. C.
e fa istanza ordinarsi, che per esecuzione delle det-
te provisioni, con effetto si faccia la tassa predetta
dal magnifico Segretario di essa G. C., affin di es-
fer

Digitized by Google

ser soddisfatto &c. colla protesta speciale delle spese fatte, e da farsi, e diritti tassanti, anche a tenore della pandetta di detta Corte locale, di cui validi documenti in promptu produce &c. salvis &c. omni modo meliori &c.

Die 10. mensis Decembris 1735. Neap.

PEr subscriptum Dominum Judicem M.C.V. Visa actis transmissis a Curia Terræ Faræ Sancti Martini ad hanc M. C. V. vigore provisionum ejusdem, ac retroscripta comparitione, fuit provisum, & decretum, quod pro executione retroscriptarum enunciatarum provisionum, cum effectu fiat petita taxa per magn. a Secr. M.C.V. requisita parte, hoc suum, & expediantur provisiones.

Sambiasi.

Requirantur partes ad videndam taxam faciendam ad finem providendi. Datum Neapoli die 20. mensis Decembris 1735.

De Nigris a secretis.

CAROLUS DEI GRATIA REX
Utriusque Siciliæ, Hierusalem, Infans Hispaniarum, Dux Parmæ, Placentiæ, Castri &c. Magnus Princeps Hæreditarius Hetruriæ.

REgent, & Judices M. C. V. quibusvis Alguzeriis, & Servientibus, tam dictæ M.C., quam aliarum quarumvis Curiarum, & locorum ad infrascripta in solidum requirendis dicimus, committimus, quatenus receptis præsentibus, ad omnem istantiam, & requisitionem retroscripti mag. Comparentis, sive &c. supradictum decretum &c. omniaque in eis contenta intimetis, & notificetis retroscripto ex adverso principali; ut de eis, & contentis in eis plenam notitiam habeat, ne in futurum ignorantiæ causam allegare valeat; Nec non infra dies quindecim compareat in hac M. C. V. in subscripta Banca ad constituendum ejus Procuratorem, alias in contumaciam procedatur, alias &c. Dat. Neap. die 10. mensis Decemb. 1735. Petrus Sambiasi. Joseph Bologninus. Joseph Barberius Scr. *Attest sigill.*

Die decima quinta Mensis Decembris 1735. Faræ Sancti Martini &c.

NIcolaus de Donato publicus Bajulus, & Serviens Curiæ prædictæ Terræ Faræ retulit cum juramento mihi infrascripto sub hodie prædicto die intimasse, & notificasse retroscriptas provisiones M. C. V., ac omnia, & singula in eis contenta *magnif. Notario Nicolao Sciarra* personaliter in dicta Terra reperto, eidemque copiam relaxasse, præsentibus pro Testibus magn. Joanne Antonio Arussio, & Josepho de Hippolito de Antonio ejusdem Terræ, & in fidem ego Regius, & Appostolicus Notarius Antonius Arussio dictæ Terræ, requisitus præsentem scripsi, & meo solito signo signavi. Laus Deo &c.

Præsentatæ vero Instantiæ remedii vulgo dicti *de contrario imperio* per dictum Nicolaum Sciarra, fuit interpositum decretum, quod sequitur. E. G.

Die 6. mensis Martii 1736. Neap.

PEr subscriptum Dominum Judicem M. C. V. & causæ Commissarium, viso decreto ab ipso interposito sub die decima Decembris elapsi anni *fol.* 169. *a terg.*, comparitione presentata pro parte Notarii Nicolai Sciarra *fol.* 197. declaratione facta, retroscripto memoriali, ac actis omnibus, partibusque certioratis, fuit provisum, & decretum, quod cum effectu procedatur ad ordinatam taxam, servata forma enunciati decreti, oppositia in comparitione prædicta non obstantibus, hoc suum &c. Sambiasi.

Votum dicti Magn. a Secretis est *fol.* 202. *a terg.* E. G.

Die 24. mensis Martii 1736.

VIsis fidibus præsentatis *fol.* 184. *ad* 186., ac omnibus actis, taxentur a magnifico Gubernatore Faræ Sancti Martini Crescentio Alfieri pro omnibus ducati novem, & caroleni octo, videlicet ducati novem pro transmissione actorum cartarum scriptarum numero centum octuaginta, caroleni tres pro tribus præsentatis, ac alii caroleni quinque pro præsenti taxa. De Nigris a Secretis.

Ubi vero non est Pandecta, seu taxa dirictuum exigendorum ab Officialibus Curiæ, ex relatis ordinibus S. M. Regiis Audientiis transmissis servanda est omnino Pandecta M. C. V. superiori cap. 1. vers jam exscripta.

7 ✠ At mos in M. C. Vicariæ jam inolevit post promulgationem antedictæ Regiæ Pragmaticæ anni 1738., decernendi quotidie ad postulationem vel Universitatis, vel cujusque civium, ut Baronales etiam Curiæ Regni servent adamussim ipsius M. C. V. communem taxam, & pandectam, quoties particularia loci taxa quamvis vetusta majorem pecuniæ quantitatem præscripserit: minores vero quantitates ad formam localis taxæ cogatur juxta solitum percipere. *Xav. Gr.*

8 PRo confirmatione doctrinæ Riccii, quod filius familias propter sævitiam potest a patria potestate se eximi; quæri potest, an etiam absque sævitiæ timore possit hoc facere, & extra domum alimenta petere?

Pro resolutione hujus dubii adest decisio S. R. C. junctis Aulis emanata pro executione Regalis Constitutionis tenoris sequentis, vz.

Die 11. Mensis Januarii 1741.

Junctis quatuor Aulis pro executione §. III. *num.* 1. *Cr.* 20 *Regalis Constitutionis editæ sub die* 14. *Mensis Martii* 1738.

PRoposito generali sequenti dubio:

An consuetudo Neapolitana sub titulo *De alimentis præstandis* in quantum præscribit Parentes alimenta de bonis in ea enumeratis, & juxta modum in illa statutum, debere præstare Filiis, seu liberis nolentibus cum ipso morari, vel quos, aut quem ipse secum in domo habere nolit, intelligenda sit de filiis, & liberis nolentibus absque justa causa morari cum Parente, & de isto nolente illos, vel aliquem illorum secum in domo absque justa causa habere; sufficietque ipsis dicere: nolumus morari cum Parente; vel Parenti sufficiat dicere: nolo illos, vel aliquem ipsorum mecum in domo habere? An vero alimenta prædicta debeantur, ubi tantum justa causa subsit, ex qua Filii, vel liberi nolint habere alimenta in domo Parentis, vel Parens nolit illa in domo sua, sed extra domum præbere?

Sacrum Regium Consilium censet:

Præmemoratum veterem Neapolitanorum Civium morem, dudum Regia auctoritate inter leges patrias transcriptum (perperam hactenus a nonnullis interpretatum, & interdum in judicando servatum procedere, etiam in casibus, quibus Filii, vel liberi absque justa causa nolint illos, vel aliquem illorum secum in domo habere) in posterum, quacumque alia interpretatione, & rerum forsan judicatarum auctoritate sublata, intelligendum, & in judicando servandum esse, & servari debere, ita ut Filiis, & liberis, & Parentibus injuste non indulgeat, & in morum corruptelam non consentiat, liberamque Filiis, & descendentibus discedendi ab obsequio Patris pro libito, & inobediendi ei; cujus persona ipsis sancta esse debet, & Patri injuste sæviendi in Filios, & liberos, immerito illos expellendo a sua domo, licentiam non tribuat; sed eatenus permittere Filiis nolle habitare cum Patre, & alimenta in dicto more præstituta habere, & Parenti Filios, seu liberos, vel aliquem ipsorum velle secum in domo non habere, & alimenta prædicta extra do-

mum

mum dare, quatenus justa causa a jure approbata, vel a Judice approbanda subsit; ac voluntatem non morandi cum Parente, & alimenta habendi extra domum paternam, Filiis, seu liberis, & voluntatem Patris secum in domo non habendi Filios, seu liberos, vel aliquem ipsorum, datam in dicto more, intelligendam esse, & intelligi debere de voluntate, prout voluntas est causa virtutis, non causa vitii: Et in hoc sensu perpetua lege Consuetudinem memoratam ad clarandam esse a Clementissimo Rege nostro, si ei sederit, idem S. C. matura deliberatione referenda ejus Regiæ Majestati arbitratur: *Vincentius de Ippolito Præs.*: *Horatius Rocca*: *Antonius Maggiocco*: *Joannes Antonius Castagnola*: *Nicolaus Fraggianni*: *Hieronimus Arena*: *Franciscus Maria Lanarius*: *Thomas Vargas Machucca*: *Ferdinandus Porcinari*: *Franciscus Crivelli*: *Cæsar Invitti*: *Carolus Gaeta*: *Vitalis de Vitale*: *Joseph Casimirus Capozzutus*; *Thomas Xaverius Caravita*: *Franciscus Guerrasius*: *Didacus Zapata*: *Dominicus Raymundus de Rosa*: *Cæsar Bosco*: *Simon Salazar*: *Franciscus Perelli*: *Donatus Antonius d' Asti*: *Joseph Romanus*: *Tiberius de Fiori*: *Franciscus Porcelli a Secretis Bernardus Tanusius*.

Foris Al Presidente del S. C.

H*A visto el Rey; la dos Decisiones de las quatro Ruedas del Consejo, hechas en execucion del* §. *III. n.* 1. *&* 2. *de su Constitucion de* 14. *de Marzo del anno de* 1738., *y representadas por V. S. con la Carta de* 2. *de Enero de este anno; una de las quales pertenece a las Prescripciones, y otra a los Alimentos, que los Padres deven a los hijos en vigor de la Consuetud Napolitana, copia de las quales es la adjunta firmada de mi mano; Y haviendo Su Magestad approvado ambas Decisiones en la forma, en la qual las quatro Ruedas las han formado; me ha mandado dezir a V. S., que se observen como ley en todos los Tribunales del Reyno, y que V. S. disponga, que se transmita noticia authentica de estas decisiones, y de la aprovacion de Su Magestad a todos los Tribunales Colegiados del Reyno, encargando a estos, que hagan lo mismo a todas las Cortes inferiores, y respectivamente subordinadas a los mismos. Dios guarde a V. S. muchos annos como desseo. Palacio* 3 *Dizjembre* 15. *de* 1742. *D. Bernardo Tanucci. Senior Presidente del S. C.*

Supradictæ Decisiones S. R. C., ac Regalis earumdem approbatio fuerunt per me publicè lectæ in Aula majori S. R. C. congregatis ibidem, ac pro Tribunali sedentibus Illustr. Marchione Spectabili Domino Præsida ejusdem, ac omnibus Dominis Regiis Consiliariis quatuor Aularum, præsentibus quamplurimis magnificis Advocatis, & Procuratoribus, aliisque personis in numero copioso. Die 22. Decembris 1742. — Franciscus Porcellus a Secretis.

A dì 7. *Gennaro* 1743. *Io Pascale Moccia Lettore de' Regi Banni, dico di aver pubblicate le soprascritte Decisioni del S. R. C., e la loro Regale approvazione per tutti li luoghi soliti, e consueti di questa Fedelissima Città di Napoli.* Pasquale Moccia.

AD CAP. XI.

De Officio Magistri Nundinarum.

1. A*N quis non utens nundinarum privilegio, illud amittat?*
2. *Venientes ad nundinas non debent molestari.*
3. *Antiquitus nundinæ a quo custodiebantur?*
4. *Hodie quarnam praxis inolevit?*
5. *Nundinæ celebrantur statutis diebus, alias non gaudent immunitate.*
6. *Transcribitur Regia Pragmatica.*
7. *Vexillum debet erolli, & auferri tempore statuto.*
8. *Post ablatum vexillum perficiantur prorogationes, & liquidantur contractus.*
9. *Nisi hoc fiat, in cujus damnum remaneat pecuniæ jactura.*
10. *An possit aliquid exigi a mercatoribus asportantibus?*
11. *Fisco licet aliquid exigere.*
12. *Multæ nationes sunt immunes a solutione fundaci, quæ recensentur.*
13. *In feria Salerni quomodo jus Doganæ servatur?*
14. *Nundinarum jus est de Regalibus concessibilibus.*
15. *Baronibus non licet absque Regio Assensu nundinas facere.*

QUum nostrum Regnum, & nundinis, & nundinarum privilegiis inter alia ejus fidelitatis, & gratiæ jucundissima monumenta abundet, summa rerum sequendo fastigia, quæri hic opportune posset, an quis non utens nundinarum privilegio illud amittat? & quidem ob non usum de-
1 cem annorum spatio amittitur inter præsentes *l.* 1. *ff. de nundinis*; viceennio verò inter absentes *l. corruptionem C. de usufruct. l. sicut, & fin. C. de servit., & aqua.* Covarr. *var. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 11. Cujac. *in l.* 2. *ff. de usufr. leg. v. Et ideo si usufructuarius.* Ursill. *ad Afflict. dec.* 392. *num.* 1. *&* 2. De Luca *ad De Franch. observ.* 667. *cap.* 1. Facilius enim perditur privilegium, quod quis acquirit de jure speciali, quam quod quis acquirit de jure communi. De Franch. *dec.* 221. *num.* 4.; nisi tamen quis justa causa fuerit impeditus *l. Attilicinus ff. de servit. rustic. prædior.*, vel remaneant saltem possessionis vestigia, si non ipsa possessio; *d.* Ursill. *ad Affl.* 391. *num.* 2. vide de Nigris *in cap.* 51. *Caroli I. Item nullus in Terris num.* 5., ubi expresse pro-
2 hibetur, ne venientes ad nundinas molestentur in persona, vel in rebus causa debiti, nec liceat causa territorii, aliquid exigere, *num.* 4.

Antiquitus nundinæ a Magistris Juratis locorum
3 custodiebantur; Carolus II. Regni Vicarius statuit, quod nulli familiares proponantur custodiæ nundinarum, De Nigris *in cap. item statuimus, quod Justitiarii* 137. Hodie verò aliter usu receptum est,
4 quia neque Magistri Jurati, neque ipsi Gubernatores locorum nundinarum custodiæ jus habent, sed specialis Officialis, qui Magister nundinarum dicitur, a Baronibus creatur.

Foriæ, Nundinæ, & mercata statutis temporibus, & diebus celebrari debent juxta formam eorum privilegiorum, aliter enim immunitate non
5 gaudent. *Pragm.* 3. *de nundin., seu feriis Comitis Beneventi die* 28. *Septembris* 1608. edita, quæ sequitur.

Ordinamo, e comandamo, che da quà avanti tutte l' Università di qualsivoglia Città, Terre, e Luoghi di questo Regno, che tengono privilegio di far fiere, co-
6 *minciando dalla prima fiera ventura di tutti li Santi, debbano far dette fiere ne' tempi stabiliti, e ordinati ne' privilegj, che tengono, conforme anticamente si è fatto, altrimenti dichiaramo, e con questo espressamente ordinamo, e comandamo, che non facendosi in detti tempi stabiliti*, ut supra, *non godano franchitia, nè immunità alcuna &c.*

Hoc Bandum fuit confirmatum a Comite de Lemos sub die 16. Aprilis 1614., post aliam confirmationem prædicti Proregis Comitis Beneventi die 18. Novembris 1609., quæ est 4. in ordine, eod. tit. cui sequentes aliæ determinationes fuerunt adjectæ. R. G.

I. Che uscita la Bandiera vadano anco in fiera tutte
7 *le Botteghe delle dette Città, la qual Bandiera si debba levare ne' tempi stabiliti, e contenuti ne' privilegj, che tengono sotto pena di ducati mille a quello, che in qualsivoglia modo procurarà, che si ritardi.*

II. Che

II. Che dentro ad otto giorni numerandi dopo levata la Bandiera, e passata la franchizia debbano i Negozianti, che si troveranno in dette fiere, precise quello di Lanciano, Lucera, e Aversa, aver posto il conto de' cambj per le Piazze del Regno; nel qual termine debba ancora esser publicato quello, che per extra Regnum loro sarà mandato da i sei Deputati di cambj, e passato detto tempo si possano astringere al pagamento i debitori delle
8 *lettere di cambio, e danari dati a cambio, fare protesti, e ogni altra diligenza necessaria secondo lo stile mercantile, e uso esecutivo di fiere, e 'l medesimo si possa fare per lo pagamento delle mercanzie. Dando Noi facoltà, e ordine agli Officiali de' luoghi da pigliare informazione contro di quelli, che si fossero opposti, o avessero procurato, consultato, o in qualsivoglia modo fatta manifattura, perchè il detto conto si ritardasse, inviandola a Noi, perchè vi facciamo le debite provisioni.*

III. E per togliere affatto ogni occasione di abusare il presente ordine, comandiamo, che passati dett' otto giorni, fatto, o non fatto il sudetto conto da' Negozianti, ad ogni modo si possano fare i protesti, e astringere i debitori al pagamento per le lettere accennate, acciocchè tolta loro ogni speranza di dilazione, s' inducano a fare il conto nel predetto tempo.

IV. Che i Creditori, che dovranno riscuotere le lettere di cambio, e non faranno i protesti dentro al tempo stabilito di sopra, resti il debitore a loro carico; in modo, che se dopo il detto tempo il debitore fallirà, il Padrone del denaro possa ripeterlo da quello, o chi l' averà
9 *rimesso, e nell' istessa pena s' intendano incorrere tutti quelli, che averanno da esigere rimesse per conto proprio, o de' commettenti fatte loro in qualsivoglia modo, se non faranno il debito protesto dentro il termine predetto &c.*

An Baro, vel Universitas nundinarum privilegium habens possit aliquid exigere a singulis merces, & animalia, aliaque afferentibus, affirmati-
10 ve respondet Jul. Capon. *discept. forens.* 91. *art.* 4. sed negative Jo: Andrea de Georgio. Aget. ad Moles §. 9. *de jure bajulat. qu.* 2. *num.* 10. sed re vera attenda est locorum consuetudo.

Soli Regio Fisco licet jus aliquod exigere ab Adventoribus pro mercibus immissis, qui tamen
11 si solutis dirictibus pro mercibus immissis, & venditis, de pretio alias emant, non solvant novos dirictus. *Ex arresto* R. C. *Summariæ* 582. *sub die* 29. *Octobris* 1556. Imo nec etiam tenetur ad solutionem pro mercibus immissis, antequam nundinæ inciperent; destinatis, & conservatis pro illis vendendis in dictis nundinis. *Arrest.* 6000. *sub die* 25. *Septembris* 1619.

Sunt quoque permultæ nationes a dicta solutione juris Fundaci immunes; ut Messanenses, qui
12 pro mercibus, quas emunt in Regno, & extrahunt extra Regnum. *Arrest.* R. C. *Summ.* 267. *sub die* 7. *Novembris* 1562. Mediolanenses, & Florentini mercantiliter viventes ab omnibus gabellis sunt exempti. *Arrest.* 353. *sub die* 17. *Octobris* 1571. annorum tamen quinque spatio, qui si ultra id tempus habitaverint, solvere tenentur. *Arrest.* R. C. *Summariæ* 392. *sub die* 26. *Septembris* 1576.

In *decreto Generali*, *seu Arresto* R. C. *Summ.* 536. *sub die* 2. *Octobris anni* 1600. edito, datur norma solutionis dirictuum in feria Salerni; pro bonis enim, quæ veniunt a locis extra Regnum mari re-
13 cto tramite in dictam feriam Salerni, ibique venduntur; & extrahuntur per mare, non exigitur jus Fundaci. Pro bonis, quæ non venduntur, nec contractantur in dicta Feria, solvitur dictum jus, vel præstatur cautio de illis asportandis in Terram Regii Fundaci, sive Mari, sive Terra extrahantur. Pro bonis, quæ non veniunt recto tramite in dictam Feriam ab extra Regnum, sed Mercatorum, Dominorumve commodo applicantur in aliis locis, indeque in dictam Feriam conducuntur, solvitur jus Fundaci, si tamen naves destinatæ pro dicta Feria Salerni Viventorum, aut Piratarum applicuissent in maritimo veteris jurisdictionis dictæ Regiæ Doganæ, & ibi non fuerint exonerata bona, & merces non exigatur jus Fundaci, sed si bona prædicta applicata extrahantur per terram, & fuerint immissa in Regiam Doganam Neapolis, vel in alia loca jurisdictionis dictæ Doganæ, exigitur jus; Verum si extrahantur per Terram per extra Regnum, *&* non attigerint loca, & jurisdictiones dictæ Regiæ Doganæ Neapolis, non solvitur dictum jus.

Pro bonis, & mercibus immissis in præsens Regnum ab extra, quæ asportantur per Terram in dictam Feriam Salerni, solvitur jus Fundaci.

Pro bonis, & mercibus natis in Regno, quæ conducendæ in dictam Feriam transeunt per passus Aquæ malorum, Vertetis, vel alterius loci jurisdictionis dictæ Regiæ Doganæ Neap.; non solvitur jus prædictum Fundaci, verùm tempore extractionis bonorum; si illa asportantur in dictam Regiam Doganam Neapolis solvant jus, & si asportantur in alia loca etiam jurisdictionis dictæ Regiæ Doganæ non teneantur dictum jus solvere: Hoc *decretum generale, fuit etiam confirmatum sub die* 2. *Octobris* 1617. *ab eadem Reg. Cam. Summariæ, ut in libro notamentorum dictæ Regiæ Cameræ, fol.* 739.

Fundat d. Aget. *loc. cit. num.* 21., nundinarum jus esse de Regalibus concessibilibus, & etiam im-
14 memorabili possessione posse acquiri.

Baronibus non est permissum, absque Regis assensu nundinas facere, & pro hoc jure impetrando porrigitur memoriale Regi, in quo nundinarum
15 privilegium petitur; quod R. C. Summariæ remittitur pro relatione, & voto, a qua committitur Reg. Audientiæ Provinciali, aliisve, quod capiatur informatio, si per convicinia decem milliariorum spatio adsint aliæ nundinæ eodem tempore faciendæ, quibus possit præjudicium inferre novarum nundinarum concessio, ne Principis privilegium tertio præjudicet, prout d. Reg. de Fonte *de pact. Proreg. tit.* 10. *de mercat. num.* 2. & idem Ageta *ad Moles* §. 9. *de jur. Bajulat. qu.* 2. *num.* 29.
16 *&* idem *Reg. Moles* pratim adducens, uberrimè fundat.

AD CAP. XII.

De Officio Assessoris, & Consultoris, &c.

1. *Servanda est locorum lex in consulendo, & judicando, ubi bona sita sunt.*
2. *Quod intellige circa justitiam, sed circa ordinem servari debet Lex, ubi judicium agitur.*
3. *Nonnulla exempla recensentur.*
4. *Lata sententia, aut patefacto vota Consultoris an possit mutari.*
5. *Pro negativa respondetur, & ratio.*
6. *Si verò sententia sit erronea circa nomen, cognomen, &c. potest corrigi, & quomodo?*
7. *Procuratores ut possint exercere, tenentur examen subire.*
8. *Multæ notitiæ adducuntur.*
9. *Doctorali laurea insigniti an teneantur d. examen subire?*
10. *Decisio S. R. C.*
11. *Actor tenetur scripturas exhibere.*
12. *Ille, cujus non interest, debet a limine judicii repelli.*
13. *Regiarum Pragmaticarum finis pro examine Procuratorum.*
14. *Conniventia antecessorum non præjudicat successoribus, qui veniunt ex propria persona.*
15. *In incorporalibus requiritur scientia, & patientia adversarii, ut præscriptio acquiratur.*
16. *Ex actu facultativo non acquiritur possessio.*
17. *Duæ species possessorii enucleantur.*

18. *Pos-*

18. *Possessorium plenarium quid.*
19. *Solitum an requirat plenam probationem?*
20. *In possessorio summariissimo attenditur ultimus status rerum.*
21. *Qualitas Doctoralis quomodo probetur?*
22. *Pro soliti inductione requiritur actuum uniformitas.*
23. *Regitur ab actibus proximioribus tempore litis motæ.*
24. *Semel examinatus, amplius non est examinandus.*
25. *Ex novo examine priori approbationi officitur.*
26. *Jurisperiti dicuntur Magistri.*
27. *Nonnullæ Regiæ Pragmaticæ recensentur.*
28. *Postulandi jus ad Procuratores propriè refertur.*
29. *Postulare quid sit?*
30. *Patrocinium Advocatis convenit.*
31. *Verba Legum intelligenda sunt cum effectu, non supervacanea.*
32. *Advocati, & Procuratores mixtè usurpantur.*
33. *Verba intelliguntur juxtà precedentem dispositionem.*
34. *Ubi viget eadem ratio, eadem juris dispositio debet vigere.*
35. *Approbatus ad majus, censetur approbatus ad minus.*
36. *An possit Clericus patrocinari, & postulare?*
✠ *Super adduntur constitutio Frideric., ac duo novissima Regis Caroli rescripta.*
37. *Leonardus Riccius sibi contrarius.*
38. *Procuratoris officium non est vile.*
39. *U. J. D. Jo: Antonius Sergius laudatur.*
40. *Judex potest improbare superiorum jussa contra Legem, & utilitatem publicam.*
41. *Ordines subrepitii, & obrepitii nullius sunt roboris.*
42. *Quod militat tùm in rescripta justitiæ, tum gratiæ.*
43. *Princeps non supponitur aliquid velle contra veritatem, aut utilitatem publicam.*
44. *Rescripta mendacio impetrata per authoritatem concedentis dicuntur valere, sed exceptione mendacii eliduntur.*
45. *Quid in jure Canonico, quid in civili?*
46. *Actuarius tenetur acta asportare ad domum Judicis.*
47. *Ultimæ Regiæ Pragmaticæ deliberatio.*
48. *Testes coram Judice examinandi.*
49. *Regiæ Pragmaticæ novissimæ sanctio.*
50. *In delictis, in quibus non imponitur poena relegationis non requiritur remissio, & quomodo?*
51. *Quid in minimis delictis?*
52. *Remissio non tollit jus puniendi.*
53. *Remissio habilitat transactionem, & poenæ diminutionem producit.*
54. *Remissiones hodiè Reis non prosunt.*
55. *Auditor antiquior in Regia Audientia fungitur vice Præsidis, eo absente.*
56. *Actuarii dare debent scripturas successori per inventarium.*
57. *Citatio ad informandum fit in delictis ultra relegationem.*
58. *In citatione ponenda est clausula peremptoriè.*
59. *De jure communi peremptorium ponebatur in tertia citatione.*
60. *Poenæ decerni debent re benè discussa, & perpensa, non præcipitanter.*
61. *Demosthenis effatum.*
62. *Componi omnes Rei possunt.*
63. *Forasciti non possunt componi, neque eorum Receptores, Fautores &c.*
64. *Receptatores quinam dicantur?*
65. *Compositio fit etiam pendente remissione.*
66. *Fit quoque Reo absente.*
67. *Pro crimine homicidii adest novis. Regia Pragm.*
68. *Transcribitur dicta Regia Pragmatica.*
69. *Custodiri verba circa Magistratus honorandos.*
70. *Testes non citata parte non probant.*
71. *Adversarius citandus, & si est Procurator potest substituere principalem ad U. J. T.*
72. *Aliàs non probant, nec excusat contrarius stylus.*
73. *Potest adversarius separatim citari a testium nominatione, & ratio.*
74. *Substitutus ad videndum juramenta testium debet notificari.*
75. *Testes non citati in termino, amplius non possunt recipi.*
76. *Citati in termino possunt quandocumque examinari.*
77. *Ad æternam rei memoriam testes examinantur, & quomodo?*
78. *Non possunt examinari in eorum domibus, & depositiones subscribi debent.*
79. *Præsentata facienda in omnibus scripturis.*
80. *Ultimæ Regiæ Pragmaticæ deliberatio.*
81. *Testis varius, & perjurus non recipitur.*
82. *Formula decreti termini.*
83. *Formula oblationis depositionis in calce termini.*
84. *Formula responsionis Rei cum nominatione testium.*
85. *Suspectæ allegari non possunt plus, quam tres Curiæ.*
86. *Collaterale Consilium est abolitum hodiè.*
87. *Aliud Tribunal Regalis Cameræ S. Claræ ad normam Junctæ est excitatum.*
88. *Transcribitur R. Prag. cum legibus ejusdem.*
89. *Dictum Tribunal componitur ex Præsidente S. R. C., & quatuor Reg. Consiliariis Capitibus Aularum, sivè Præfectis S. C.*
90. *S.C. Sanctæ Claræ confirmatum cum suis legibus, &c.*
91. *Dicti Regii Consiliarii habent eumdem jurisdictionem. Debent esse perpetuò capita Aularum S. C., eorum salarium.*
92. *Salarium magnifici u Secretis.*
93. *Ter in hebdomada congregatur, & ubi.*
94. *Dicti Regii Consiliarii in causis S.C. votant ad libitum.*
95. *Quælibet Aula S C. præter caput quinque Consiliariis constat.*
96. *Interventus Præsidentis, & Adjuncti quomodo impetratur.*
97. *Dicti Tribunalis incumbentia in causis appellationum, & quomodo?*
98. *Ejusdem Consiliariis datur facultas visitandi carceres.*
99. *Assensus Regios expedit.*
100. *Tribunalium quæstiones cognoscit.*
101. *Exequatur, & recipiatur regium concedit.*
102. *Suspicionum causas agit, & in quibus casibus.*
103. *Omnia quoque efficere potest, quæ olim Reg. Collaterale faciebat.*
104. *Regiæ Cameræ Summariæ causæ, quæ votabantur in R. Collaterali, ubi nunc votandæ.*
105. *Omnes dirictus exigendi à Perceptore, & quomodo?*
106. *Exigendi juxtà Pandectam olim Reg. Cancellariæ.*
107. *Quid in casu impedimenti Præsidentis S. C.?*
108. *Ordo votandi, & Dignitatis.*
109. *Consultationes S M. quomodo sint faciendæ?*
110. ✠ *Transcribitur pragmatica præscribens dirictus exigendos ab Officialibus Regesti Regalis Cam. S. C.*
111. ✠ *Necnon altera novis. decernens salaria Regiis Ministris Siciliæ Citerioris debita.*

Philippus Ferdinandus de Caro Baro Terræ Sancti Severini, utilis Dominus Bajulationum Centulæ, Foriæ, & Podariæ; Baro, & utilis Dominus Terrarum Carmiani, & Malleani in Provincia Hydrunti, earumque Bajulatium Jurisdictionum.

MAgnifico Viro admodum illustri U. J. D. Alexandro Sala nostro Dilecto.

Quum ille sit Reip. status optabilis & firmus, in quo privatim sanctè innoxieque vivitur, & publicè Justitia, & Clementia, firmissima publicarum, privatarumque rerum munimenta, vigent: Nos hisc dantes usque operam sommo studio, & diligentia felicitati, commodoque subditorum Nostrorum Nostræ Terræ S.Severini, nihilo serius, sedulius que studuimus, quam eorum regimen credere Viris probitate præstantibus, & literarum omnium

Digitized by Google

omnium eruditione, quæ natura laudabiles, eximie reddit ornatos, præditis, dignisque, qui omnia Justitia, & Æquitate moderentur. At quia res plerunque contra spes redeunt, si nostræ Terræ S. Severini Gubernator, quantumvis integer, probusque, scientiarumque omnium, & municipalis, comunisque Jurisprudentiæ vel peritissimus, ea defectus tamen approbationis, animi imbecillitate forsitan non obtentæ, aut quomodolibet jus dicere nequeat; comperto, quod omnia Regna, Civitates, Nationes eo usque prosperum imperium habuerint, dum apud eas recta consilia valuerunt: tuam doctrinam, probitatem, in cognoscendo acumen, in consultando constantiam, fidem, libertatemque, fama testante, & quam sis novissimo, & antiquo, comuni, & patrio jure, populorumque moribus, ac ritibus apprime institutus, & in usu rerum prudens, & in Fori actionibus versatus, Te U. J. D. D. Alexandrum Sala, ad jus dicendum Principis authoritate jam approbatum, Gubernatoris nostræ Terræ S. Severini Ordinarium Consultorem constituere decrevimus, ut præsentibus eligimus, a die captæ possessionis ad nostrum arbitrium valituris. Quibus merum mixtumque imperium Tibi tradimus, gladii potestatem, quatuor Literas Arbitrarias, omnemque aliam necessariam facultatem, nostras vices, & voces cum lucris omnibus, & emolumentis, quibus Antecessores tui vel legis statuto, vel consuetudine fruiti sunt. Attamen, quia consilia, quamvis egregia, salutaria, & Populorum incolumitati proficua, evanescunt & irrita fiunt dolo vel negligentia eorum, (id quod ipsi non afferunt inimici) qui ea exequi aliquando omittunt, mandamus idcirco omnibus, & singulis Nostris Officialibus, & in primis Gubernatori, Sindicis, Electis, & Subditis Nostræ Terræ S. Severini, ut si Nostram indignationem evadere cupiant, & pœnam ducatorum mille, aliasque ad nostrum arbitrium, talem Te habeant, & recognoscant, & præsertim ut, si Gubernator opis, & consilii quomodolibet sit egens, tua ope, & consilio utatur, fruaturque, & consulta amotis omnibus simultatibus, quæ bonum publicum sæpissime impediunt, festinanter exequatur, & æquo animo; nam si quiddam sacrum est consultatio, consultari quidem divinissimum. In quorum fidem has præsentes nostra mano subscriptas, nostroque sigillo munitas damus. Neapoli ex Palatio nostræ residentiæ die XXV. Mensis Martii MCIↃCCXLIX. Philippus Ferdinandus de Caro. Locus ✠ Sigilli. Reg. fol. Patentes Literæ in Personam T. & T.

Auctori nostro, qui diu in hoc capite versatus est, pauca quid adnectere commentaria existimo, ne crambe biscocta mortem afferat, ut passim exclamant Pædagogi; observandum igitur tan-
1 tum est, in judicando, sivè consulendo servandas esse leges locorum, in quibus bona sita sunt, & contractus celebrati. Glos. in *Clem.* 1. *v. omnimodam, de foro competenti*, Soccin. *in l. fin. ff. de jurisd. omn. judic. num.* 13. Scialoja *de for. compet. cap.* 5. *de foro contractus num.* 32. *circa fin.* Quod intelli-
2 ge in rebus, quæ justitiam, vel causæ decisionem respiciunt; sed in illis, quæ ad judicii ordinem faciunt, Judex sequi debet leges loci, ubi judicium agitur, præcipuè in materia successionum ab intestato. Albert. Brun *in tract. de stat. exclusivo foeminar. artic.* 6. *num.* 27. Ancharan. *in cap. canonum statuta num.* 12. Alexand. *cons.* 101. *num.* 7. *vol.* 7. Paul. de Castr. *cons.* 10. *num.* 2. *vol.* 1. Goza *fin. cons.* 49. *num.* 8. & 11. Ita ut Janoensis Januæ morans potest hereditatem in Hispania positam vigore legum
3 Hispanarum, & Patavinus Vicetini hereditatem, ex statutis Venetis obtinere. Imol. *cons.* 86. *num.* 4.

& *cons.* 127. *num.* 3. & 13. Tiraquel. *de jur. primagenit. qu.* 46.; quare non locus residentiæ heredis, sed ubi bona sita sunt, considerari debet. Michael. Gras. *comm. opin. lib.* 1. *qu.* 11. Marta *de successión. legal. par.* 1., *qu.* 12. *artic.* 12. *num.* 19. *ad* 35.

Quæri hic posset, an patefacto Consultoris voto; & dicta sententia, possit illa variari, & mu-
4 tari? uniformis praxis est legum communium, & municipalium, lata sententia, aut interposito decreto etiam injusto, & monstruoso, non posse revocari, corrigi, aut suspendi à Judice, nisi præviis remediis à jure permissis, ad partis instantiam
5 productis. L. *Judex ff. de re judicat.*, ubi ratio adducitur, videlicet: *Judex postquam semel dixit sententiam, Judex esse definit*. Et hoc jure utimur; Judex, qui semel, vel pluris, vel minoris condemnavit, amplius corrigere sententiam suam non possit: Semel enim, sivè malè, sivè benè, officio functus est. L. *Divi Fratres ff. de poenis*. L. *cum quærebatur ff. de re judic.*, ubi Alphon. Varus &c. Mar. Soccin. *in cap.* 17. *qualiter num.* 63. & 64. Felin. *num.* 23. *in* 2. *artic. principal. de accusat.* Franc. Marc. *dec.* 670. *judex, an sub num.* 24 & *seq.*, Bald. *in l. ab executore sub num.* 7. *qu.* 2. *ff. de appellat.* & *sub num.* 9. C. *de sent. ex peric. recit.* Gabriel. *comm. conclus. lib.* 6. *tit. de reg. jur. concl.* 3. *num.* 14. *illat.* 6. Guil. *in pract. observ. lib.* 1. *observ.* 116. *num.* 3. Surd. *cons.* 288. *in recognit. sub n.* 20. *v. his verò*, & *n.* 21. *lib.* 2. qui Horatii carmen adducit *Sat.* 17.

Et semel emissum volat irrevocabile verbum.

Scacc. *de sentent. & re judic. gl.* 14. *qu.* 17. *num.* 4. *Quod scripsi, scripsi*.

Si vero sententia, aut decretum sit erroneum circa nomen, cognomen &c. corrigi potest partis
6 instantia præcedente, ex stylo nixo *L. Actorum ff. de re judicat.* ibi: *Actorum verba emendare, tenore sententiæ perseverante, non est prohibitum*. Et doctrinæ DD., quod Judex dummodò substantiam non mutet, potest in verbis ejus sententiam corrigere. Bartol. *in l.* 2. *hac lege num.* 3. & 4. C. *de sent. ex peric. recitan.* Abb. *in cap.* 17. *qualiter num.* 4. Joan. *de Anan. num.* 3. Soccin. *num.* 90. *Fallen.* 6. *de accusat.* Franc. Marc. *dec.* 670. *Judex an num.* 14. & *dec.* 745. *Notarius num.* 4. Thor. *in comp. decis. p.* 3. *sect.* 3. *v. sententia erronea lata pag.* 237. qui S.R.C. decisionem die 20. Octobris 1629. adducit.

Auctor noster in *Quæst.* III. *num.* 5. scribit, non admitti in S.C. Procuratorem, etiam in jure licen-
7 tiatum, vel privilegio decoratum, nisi examini Procuratorum se submiserit, & fuerit ab eodem S.C. approbatus. Hæc tamen doctrina desuevit, quia doctorali laurea insigniti possunt Procuratoris munus subire, neque ad examen teneantur, ut ceteri, in qua possessione semper fuerunt, sicut hodie etiam sunt: & ad ornatum non dedecet decisionem S.R.C. in anno 1731. in memoriam revocare. Occasione Edicti Spectabilis Præsidis S.C. sub die 9. Januarii 1731., quo vetebatur inter alia n. XVII., ne Actorum Magistri scripturas aliquas, vel mandata Procurationis reciperent absque fide approba-
8 tionis ad munus Procuratoris sub poena ducatorum triginta per quemlibet contravenientem, a magnifico a Secretis S.C. excitata fuit prætensio, ut omnes hanc fidem etiam doctorali laurea decorati exhibere tenerentur, si Procuratoris munere fungi vellent. Insurrexerunt Jurisperiti laureati petentes manutentionem in quasi possessione, in qua reperiebantur exercendi Procuratoris officium, & Advocati simul sola laurea doctorali insigniti vigore *Pragmat.* XXII. *tit. de Offic. S.R.C.* §. 4. & habito voto S.C. *junctis Aulis* fuit ordinatum, *quod*
9 *exhibitis privilegiis eorum Doctoratus a magnificis U.J.D., liceret dictum officium continuare donec aliter &c.* penes Scribam Bovam in Banca Actorum Magistri de Neapoli, referente Regio

Digitized by Google

Consiliario D. Francisco Crivelli.

10 Hæc determinatio licet notoria, & executione firmata, ex eo, quod non fuit registrata in libro appunt. S. C. a magnifico à Secretis, ut ejusdem memoria temporis fluxu deleretur, a multis Doctoribus fuit supplicatio præsentata, ut scriptis pro futura rei memoria dicta sententia traderetur. Petiit insimul in S. C. magnificus a Secretis, se ex antiqua consuetudine 150. annorum reperiri in possessione juris exigendi ab U.J.D. examinis dirictum, & proinde manuteneri: Quadere lite contestata, magnifici Doctores petierunt ante omnia exhibitionem privilegii concessionis, sive emptionis dicti Officii a Secretis S. C.; Possessorium summarissimum Doctoribus in facto assistere, & in jure, & proindè manutentionem exemptionis examinis, eisdem concedi debere.

Primum caput (dicebant Doctores) nititur *L. 1. §. edenda, de edend.* quia allegans privilegium
11 tenetur exhibere, ut possit Reus se tueri *L. edita C. de edend.*; imo quousque Actor non adimpleverit, non potest audiri. Lup. *alleg.* 59. *num.* 13. Anna *alleg.* 5. *num.* 19.; debet enim cognosci, an assertio magnifici à Secretis legitimæ veritati nitatur, vel non, ità ut à limine judicii
12 repelli possit, tamquam persona, cujus non interest in causa. *L. loci corpus §. competit. Si servit. vindic, & l. 11 in princip. de appell recip.*

Nec valet generalis concessio, *cum omnibus lucris, & emolumentis*, inter quæ notatur ea actio derictuum examinis Procuratorum, quia aliud inferri non posset, nisi volens aliquis Doctor examini subjici, solvi debet justum dirictum, & si fuerit renitens, possit in ejusdem exactione manutentionem petere, non verò, quod possit compellere etiam Doctores ad se matriculandum in officio Procuratoris, quatenus hoc vellent exerce-
13 re, quia Regiarum Pragmaticarum finis fuit, ut vitarent partium præjudicia, quæ ex ignavia Procuratorum insurgebant, non verò tuendi ius magnifici à secretis; ideò non tribuunt eidem actionem. *L. fluminum §. fin. L. Proculus ait, de damn. infect.* Sicuti qui emunt à R. Curia officium Magistri Actorum, non possunt Accusatoris partes agere contra illos, qui statuta transgrediuntur, aut offensos cogere ad accusandum, sub prætextu, quòd eidem exactio derictuum competat ex illarum deductione in Judicio.

Nequè assertum solitum Magnif. à Secretis suffragatur, quia etiamsi esset verum, voluntas, aut conniventia Antecessorum non præjudicat suc-
14 cessoribus, qui *ex propria persona* veniunt, & eorum actus præjudiciales nesciverunt. DD *cum* Posilo *de manut. observ.* 40. *num* 6. *apud*. Capyc. Latr. *cons.* 66. *num.* 33. Et apud Card, de Luc. *de Regal disc.* 46. *num.* 16. *post* Rot. *dec.* 22. *p.* 10.
15 *recent. &* 242. *par.* 11. Et in rebus incorporalibus requiritur scientia, & patientia Adversarii, ut contra ipsum jus acquiratur. *L. pen. de servit. L. 2. C. eod.*, scientia videlicet, & patientia omnium Doctorum, contra quos singulos jus prætenditur Post. *eod. n.* 1. cum Capyc. Gratian., &c. Imo quum Doctores libenter, non coactive examini se subjecerint, nescientes forsan hoc jus immunitatis, & hac voluntaria submissione, tam-
16 quam actu facultativo non insurgit possessio, præscriptio, aut solitum pro Actore. *Glos. in l. solet. v. qualitatem, de offic. Proconf. Glos. in cap. ut privilegia* 24. *v. semel, in fin. de Privileg.* DD. in *cap. fin. dec, const.* Saufel. *dec.* 340. *num.* 44. Gaill, *obs.* 60. *num.* 5. *lib.* 2.

Sed hæc questio peragi possit, quoties Doctores voluntariè se examini subjicientes, prætenderent derictus non solvere, tunc enim benè posset Actor assertum solitum exactionis opponere, sed longè distat à præsenti controversia, quæ consistit, an possint iidem Doctores jam laurea insigniti ad examen Procuratorum cogi.

Quoad secundum caput, pro majori ejusdem dilucidatione, præmittendum est, duas species
17 possessorii dividi, Paul. *de Castr. cons.* 3. *lib.* 2. unam possessorii summarii, & summariissimi, & possessorii plenarii alteram appellant Doctores: Possessorium, & summarissimum, quod antiquitus Romani *judicium vindicarium* dicebant Petr. Gregor. *syntag. jur. cap.* 9. *num.* 13. Hilliger. *ad Donell. lib. xv. comment. cap.* 1. *lit. A. v. planè lis* Revard. *ad LL.* 11. *Tabul. cap.* 6. Interdictum *Interim* Hispani. Fontanell. *de pact. nupt. cl.* 7. *gl.* 3. *p.* 2. *tom.* 2. Recredentiam, vel causam novitatis Galli. Jo. Faber *in §. retinendæ Instit. de Interdict.* & interdictum retinendæ Germani Coler. *de procef. execut. p.* 1, *cap.* 2. *num.* 85. Hilliger. *ad Donell. lib. xv comment. cap.* 21. *lit. M.* Fachin. *lib.* 8. *controv. cap.* 15. Illi competit qui molestiam patitur, aut timet, & judicem adit, ut eum in possessione defendat, & servet; Judex verò absque ulla judiciaria cognitione, neque parte audita dat ordines pro manutentione, cum clausulis tamen justitiæ, aut *veris expositis*, aut, *verùm si quid aliquis in contrarium prætendat, compareat, quoniam justitiæ complementum ministrabitur &c.*; Sed comparente contradictore, & possessionem, vel quasi penes se reperiri allegante, in simplicem citationem ordinea resolvuntur, & quando verus possessor judici non constat, bona sequestrantur penes tertium, *ne partes veniant ad arma*, & ordinatur *summaria informatio ad finem videndi, quinam sit manutenendus*. DD. in *l. æquissimum, de usufruct.*

Plenarium possessorium est, in quo cognito possessore, eidemque data manutentione, plenè de ju-
18 stitia possessionis discitur, adhibito ordine judiciario, & termino impartito, *L. exitus, de acqu. possess.* Cagnol *in l. pari causa num.* 6. *&* 7. *de reg.* Bald. *in l.* 1. *C. de servit. in principio secundi notab.* Galeup. *in Prælud. Prax. S. C. num.* 11.

His præmissis, evidenter liquet, hoc judicium non esse de specie possessorii summariissimi, quia jam ex relato decreto S. C. *junctis Aulis* fuit magnificis Doctoribus manutentio concessa, sed possessorii plenarii, in quo non potest manutentio discuti, quia terminus ordinarius debet impartiri, etiam attenta observantia *soliti* ab Actore petita,
19 quod plenam causæ cognitionem cum legitimis probationibus requirit. Masc. *de probat. concl.* 423. *nu.* 19. Menoch. *cons.* 226. *nu.* 38. *vol.* 3. *Bucer. de jur. non script. disp* 4.

Et licèt, prædictum decretum magnificis Doctoribus *junctis Aulis* non reperiretur concessum, nec Actoris prætensio locum haberet; quia si in posses-
20 sorio summariissimo ultimus status rerum attenditur. *Cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. propr.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 110. *& par.* 10. *dec.* 45. de Franch. *dec.* 548. Anna *alleg.* 131. Mastrill. *dec.* 52. & magnifici Doctores in dicta quasi possessione reperiuntur, iisdem concedi debet interina possessio *§. retinendæ, §. sed hodie, Instit. de Interd. l. §. hujus autem, unde poss.*, *ubi* Bartul. Alex. *cons.* 88. *num.* 3. *lib.* 5. Covar. *pract. cap.* 17. *num.* 3. Posth. *decis.* 20. 105. 126. 147. 141. 181. *&* 250.

Neque obstant documenta adducta ab Actore, ex quibus apparere credit ab anno 1568, usque ad diem motæ litis permultos Doctores examini se subjecisse, & proinde solitum induci; nam præter quam quod non sunt authentici libri, ex quibus extracta sunt, nec aliunde dictum solitum, neque fidibus Neapolitani Collegii Doctoralis qualitas pro-
21 bata, ut opus erat Franc. *in cap.* 1. *in* 1. *not. de præscr. in* 6, Aym. *cons.* 226. *nu.* 8. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *nu.* 591. Rot. *coram Greg. XV. dec.* 278,

nu. 1.

Digitized by Google

nu. 1. *& part.* 9. *recent. dec.* 92. *nu.* 7. idem tamen folitum non potest verè dici inductum, quia in proda-
22 ctis scripturis actuum uniformitas, quæ pernecessè requiritur, minime videtur. Rot. *p.* 9. *recent. dec.* 442. *num.* 35. *&* 439. *num.* 53.; nam ab anno 1595. ad 1630., & 1669. ad 1685. non apparet examen ullum Doctorum, qui Procuratorum munus exercuerunt; & unum solitum rogatur ab
23 actibus proximioribus tempore motæ litis, Card. de Luc. *de jur. patr. disc.* 44. *num.* 10. pro magnificis Doctoribus stare fatendum est, qui semper, & usque ad præsentem diem absque ullo examine Procuratorio officio functi sunt.

Patefacta magnificorum Doctorum exemptione ab examine infacto, hoc jus ab omni Legum dispositione quoquo confirmari, videndum superest. Et primò ex *cap. accepimus, de ætat. & qualitate* habe-
24 tur, semel examinatum, amplius non examini subjiciendum, nisi quando ad longe majorem dignitatem assumitur: *post Gloss. in cap. scriptus v. præsumptione, de elect.* Franc. Marc. *dec.* 791. *num.* 4. *tom.* 1. Mich. Vvlcur. *de Regimine mundi part.* 4. *princ. qu.* 1. *num.* 10. *fol.* 128. *in* 16. *vol. tract.* Frecc. *de offic. M. Cancell. num.* 10. & quum quilibet Doctor fuerit examinatùs coram Collegio, & Vice Cancellario, juxta *l. Magistros C. de profes. & med. lib.* 10., nec aliam dignitatem Procuratoria matricula tribuat, amplius examinari non debere, fateri debemus.

Secundo, quia ex dicto novo examine dubitaretur, an à Principe habilis, idoneusque ad Leges
25 docendum, interpretandum, concordandum reputatus, revera dignus hujusmodi existat, contra *Text. in l.* 1. *§. crediti de Offic. Præf. Præt. l.* 2. *C. de crim. sacrileg. Auth. ut Jud. sin. quoq. suf. §. cos autem qui, & Clem. Capientes de pœnis.*

Tertio, quia si Jurisperiti dicuntur Magistri
terminate le liti in dette minute enunciate, e le gravi spese, che vi occorrerebbero per quelle sostenere, a far decidere, così nel S. R. C., come in Roma, e per quello riguarda l'interesse di detti de' Sansoni vengono quelli a godere vita durante di detto Clerico, il frutto dell' Abbadia d' ann. ducati cento venti, ed il Palazzo Badiale, che in dette minute si contengono, ed alli diloro discendenti niente si apporta di pregiudizio, mentre dalle scritture in dette minute enunciate, e negli atti presentate si giustifica, che tanto detta Abbadie, quanto il Monte nelle medesime minute espressi, che furono fondati dal quond. D. Federico de Caro, spettano presentemente alli figli, e descedenti del sudetto D. Francesco Antonio de Caro, per essere questi della famiglie contentiva di detto qu. Federico; E questo è quanto giudica, e può deponere esso testimonio, per avere osservato le minute, e scritture predette: *In causa scientiæ dixit, & deposuit, ut supra*; Io Dottor Alessandro Pungelli ho deposto, ut supra: Lositus.

Eodem modo receptis aliis depositionibus fit decretum. E. G.

In causa interpositionis decreti petiti per D. Franciscum Antonium, & D. Philippum de Caro, Magnificum Joannem Baptistam, & Clericum Carolum Antonium Sansoni, cum Magnificis Curatoribus nominibus, ut ex actis.

Die 16. mensis Februarii 1732. Neapoli.

Per subscriptum D. Judicem M. C. V. visis actis fuit provisum, & decretum, ac in præsenti causa fuit facta facultas cum termino juris in forma, hoc suum. Mastellonus: Lositus A. M.

Formula consensus Curatoris.

De Amico Curator nomine, ut ex actis, visa comparitione præsentata pro parte D. Francisci Antonii, & D. Philippi de Caro, ac Joannis Baptistæ, & Caroli Antonii Sansonii *fol. 1. & 2.* minutis *fol. 5. ad 20.* Instrumento rogato sub die 24.
12 Aprilis 1649. manu Mag. Not. Francisci Antonii Basilio de Civitate Adriæ, vigore cujus ab U. J. D. Federico de Caro fundata fuit Abbatia cum Monte favore ejus familiæ de Caro in comparitione minutis prædictis enunciata cum actis in Curia Episcopali dictæ Civitatis Adriæ, & Pinnæ factis pro confirmatione Abbatiæ prædictæ *fol. 21. ad 30.* decreto lato per Curiam Terræ .... *fol. 43. ad 46.* decreto M. C. Vicariæ *d. fol. 46. à ter.* Testium depositionibus *fol. 48.* ac omnibus actis, non impedit interponi per M. C. V. petitum decretum, quod expedit super transactione, & concordia in minutis prædictis contentis pro rationibus in prædictis comparitione, & depositionibus Testium expressis, si aliter ipsi M. C. non videbitur, salvis &c.

Formula consensus alterius Curatoris.

Doctor Petrus Castellanus Curator nomine ut ex actis, visis omnibus actis, ac consideratis considerandis, non impedit interponi petitum decretum, quod expedit super minutis in actis præsentatis pro rationibus, tam in comparitione *fol. 1. & 2.*, quam in Testium depositionibus *fol. 58. & 61.* expressis, si aliter non videbitur D. Causæ Commissario, salvis &c.

In causa interpositionis decreti petiti per Dominum D. Franciscum Antonium, & D. Philippum de Caro, Magnificum Joannem Baptistam, & Clericum Carolum Antonium Sansoni, ut ex actis.

Die 29. mensis Februarii 1732. Neap. facto verbo.

Per M. C. V. visis petitione fol. 1., & 2. mandatis procurationum fol. 3. 4. Minutis fol. 5. ad 20. Instrumento fundationis Abbatiæ, & Montis fol. 21. ad 23. Actis pro executione, sivè confirmatione Abbatiæ
13 *prædictæ factis in Curia Episcopali Civitatis Adriæ, & Pinnæ d. fol. 23. ad 30. Testimonio quondam Rev. D. Rocci de Caro fol. 31. ad 34. Decreto interposito per Curiam Terræ .... & per M. C. V. confirmato fol. 48. Ac supplicationibus Magnificorum Curatorum nominibus, ut ex actis, fol. 49. & 50., ac omnibus actis; fuit provisum, & decretum, ac ipsa M. C. declarat*, quod expedit; *& proinde liceat stipulari instrumentum servata forma supradictarum minutarum per Dominum causæ Commissarium subscriptarum, in qua stipulatione quoque interveniant prædicti Magnifici Curatores, quo instrumento stipulato ex nunc pro tunc suum interponit decretum, & judiciariam præstat authoritatem, hoc suum &c. Mastellonus: Barnaba; Lositus A. M.*

Decretum itaque prædictum in omnibus minorum, pupillorumque contractibus requiritur, & licet nonnulli opinati fuerint, minoris obligationem factam in beneficium Reip. ratione alicujus of-
14 ficii publici valere, easque statuti solemnitate, Rovit. *dec. 69. num. 4.*; contrarium verò tanquam verius stabilitur *loc. cit. num. 19.*

Et non solum interponitur decretum super contractibus celebrandis, sed etiam super instrumentis celebratis, ut videre est in decreto, quod *expedit* ad
15 instantiam Rev. D. Donati Cardona, aliisque consortibus &c. interposito per M. C. V. sub die 7. mensis Novembris 1722. penes Santolum Bova Actorum Mag. super pluribus instrumentis initis, formale interesse filiorum, & heredum qu. D. Dio-
16 nisii de Cardona, quorum dictus D. Donatus erat Contutor, tangentibus.

In hoc casu testes deponere debent hoc modo, E. G.

Die 12. *mensis Novembris* 1722. *Neap.*

Magnifico Dottor T. de T. di Napoli, se la fa ne' Regj Tribunali d' età sua d' anni 34. in circa, ut dixit, testis summariè productus, & medio ejus juramento interrogatus super præsenti informatione toto facto &c. dixit, che avendo esso testimonio letta l' istanza presentata in essa G. C. per parte del Sacerdote D. Donato Cardona tanto nel suo proprio nome, quanto ancora come Contutore delli figli, ed eredi del quond. D. Dionisio Cardona, di D. Dante, D. Isabella, e D. Eufemia Cardona, Maria Teresa, seu Teresa Balader Vedova, ed erede ex testamento del qu. D. Nicola Cardona, e di D. Elena Teodoro, Madre, e contutrice delli figli, ed eredi di detto qu. D. Dionisio; come ancora aven-
17 do letto l' istromento di divisione inita tra essi fratelli, e sorelle di Cardona, l' istromento di permutazione fatta tra essi medesimi fratelli, e sorelle di Cardona colli fratelli di ...., ed anco l' istromento di rinuncia fatta dal sudetto D. Dante di Cardona della sua porzione di Casa a beneficio de' sudetti suoi fratelli, sorelle, e nipoti di Cardona con riceversi nuovamente la sua porzione in Vignoli, presentati in actis, ed enunciati tutti nella sudetta istanza; ed avendo considerato il tenore dell' istanza presentata, e de' publici enunciati istromenti, giudica esso testimonio espediente, che quelli restino fermi nel loro vigore; e questo è quanto esso testimonio può deponere, e giudicare, in causa scientiæ, loco, & tempore dixit ut supra: Io T. de T. ho deposto ut supra: Bova M. A.

Formula decreti. E. G.

In causa interpositionis decreti pro Reverendo Domino Donato Cardona, & magnifica D. Elena Theodora nominibus ut in actis, ac Magnifica D. Theresia B. similiter nomine ut in actis, & magnifica D. Isabella, & D. Eufemia ---- &c.

Die 16. mensis Novembris 1722. Neap. f. v.

Per M. C. V. facto verbo, visis petitione fol. 1. ad 6. procurationibus cum speciali mandato fol. 7. ad 9. fide præambuli qu. D. Dionisio de ---- fol. 11. fide præambuli qu. D. Nicolai de ---- fol. 10. testamento nuncupativo qu. D. Francisci Jacobi ---- fol. 12. & 13.
18 *instrumento divisionis initæ inter dictum qu. D. Nicolaum,*

Digitized by Google

laum, & alios, & coheredes præfati qu. D. Franciſci Jacobi, rogata ſub die 14. menſis Februarii 1729. manu magnif. Notarii Franciſci de Mauro Terræ Capurſi fol. 14. & 16. inſtrumento venditionis, ſeu permutationis factæ inter D.Dantem, & alios de- - - - ac Reverendum D. Egidium de - - - - nomine, ut ex actis rogato ſub die 14. menſis Martii præfati anni 1720. manu magnifici Notarii Dominici Caputo à Napoli fol. 17. ad 29. inſtrumento ratificationis permutationis prædictæ, factæ à Reverendo D. Michaele U. J. D. Paulo, & Franciſco Paulo de - - - - rogato ſub die 19. menſis Aprilis ejuſdem anni manu magnifici Notarii Dominici Beneduce Terræ Nojæ, fol. 30. ad 42. inſtrumento retroceſſionis, ſeù alterius permutationis peractæ à prænominato D. - - - rogato ſub die &c. elapſi anni 1721. manu prædicti Notarii Caputo fol. 43. ad 54. informatione capta fol. 55. à ter. ac omnibus actis.

M.C. declarat, fuiſſe expediens, & proinde ſuper dictis inſtrumentis diviſionis, permutationis, & retroceſſionis, jam ſtipulatis ſuper dictis diebus 4. menſis Februarii, 14. menſis Martii 1720., & 8. menſis Maii 1721. manu prædictorum Notariorum Franciſci de Mauro à Capurſo, & Dominici Caputo à Neapoli, & per Dominum Commiſſarium obſignatis, & ſubſcriptis ſuum interponit decretum, et judiciariam præſtat auctoritatem.

Nec non M. C. eadem declarat uſumfructum bonorum hereditariorum prædicti qu. D. Franciſci Jacobi - - - - ab eo relictum in beneficium magn. Thereſiæ fuiſſe et eſſe extinctum, nec in teſtamenta ejuſdem qu. D. Franciſci Jacobi, etiam per dictum Commiſſarium ſubſcripto remanere alia vincula, vel conditiones obſervandas, ſed tantùm onera legatorum, quæ non impediunt alienationem, hoc ſuum &c. Santoro: Gervaſi: Bova A. M.

A D C A P. II.

De remediis, quibus pupillo læſo ſuccurritur.

1. *Minor, qui contractus approbavit, non poteſt reſcindere, niſi fraus, et dolus interceſſerit.*
2. *Reſtitutione in integrum pendente nihil innovandum.*
3. *Major habens commune intereſſe cum pupillo gaudet etiam reſtitutione in integrum.*
4. *Pupillus an poſſit hoc privilegio uti contra alium privilegiatum?*
5. *Limitatur ſi alter ex privilegiatis curat de damno vitando.*
6. *Decretum affirmativum, ſive aſſiſtentiæ per remedium reſtitutionis in integrum quoad adjudicationem non ſuſpenditur: ſed contrarium, Riccius alibi.*
7. *Decretum definitivum cæptum exequi non ſuſpenditur:*
8. *In S. C. poſt mandatum de parendo non ſuſpenditur:*
9. *Idem in interlocutorio circa poſſeſſionem exigendi annuos redditus.*
10. *Reſtitutio in integrum competit minori adverſus curſum fatalium.*
11. *Competit majori heredi minoris, ſed non è converſo:*
12. *Minor læſus in contractu, vel quaſi ad quid reſtituatur, & quid in delicto?*
13. *Quid in minori in proceſſu judicii facto majori?*
14. *In ſummario judicio non gaudet beneficiis.*
15. *Minor heres mariti non habet beneficia adversùs mulierem agentem pro dotium reſtitutione.*

✠ 16. *Minor ſi fidejuſſerit, in integrum reſtituitur.*
✠ 17. *Non autem ſi fuerit mercator matriculatus.*
✠ 18. *Et quid ſi contractus ſuo juramento firmaverint?*

IN præcedenti capite dixi, minorem, ſi factus major approbaverit intra legitima tempora contractus in minori ætate initos, non amplius poſſe re-
1 ſcindere, neque in integrum reſtitutionis beneficio juvari, dummodò fraus, & dolus non interceſſerit. Cenc. *de cenſ. qu.* 15., Mont. *de tut. cap.* 33. *n.* 124. De Bellis *Tract. var. lib.* 5. *tit. de cenſ. qu.* 30. & de dicto legitimo tempore ſatis egit; Ricc. *d. c. n.* 5.

Per reſtitutionem in integrum cauſa iterum revi-
2 detur, & hac pendente nihil innovandum eſt. *L. un. C. in integr. reſt. poſtulat., nequid novi fiat.*

Si aliquis major habeat commune intereſſe cum
pupillo, ob conſortis privilegium etiam reſtitutio-
3 ne in integrum gaudebit, licet non petita, ratione
commixti intereſſe. Altimar. *obſervat. ad* Rovit.
conſ. 32. *tom.* 2., Fontanell. *dec.* 111. *n.* 12. Gramm. *dec.* 162. Pheb. *dec.* 61. *&c.*

An pupillus poſſit uti hoc beneficio contra alium
4 privilegiatum? Et dubitatur ex ratione, quod privilegia privilegiis conquaſſantur: *L. verum* 11. *§. item quæratur, & in l. ſi minor* 25. *annis filiofam.* 35. *ff. de minoribus*. Sed ceſſant hæ diſpoſitiones;
5 quando alter ex privilegiatis curat de damno vitando, alter de lucro captando, quia primus præfertur, & uti poteſt privilegio, & ita fuiſſe deciſum in S. R.C. teſtatur Reg. de Roſa *in prax. civil. decret. par.* 2. *in* 2. *inſtant. ord. jud. cap.* 2. *nu.* 43.

Idem de Roſa *loc. cit. num.* 45: ſcribit decretum
affirmativum, ſive aſſiſtentiæ non ſuſpendi quoad
6 adjudicationem per reſtitutionis in integrum remedium, & dec. S. R. C. affert, quæ tamen doctrina à Ricc. in ſua obſervat. add. de Roſa num. 3. reiici-
7 tur ex contrario ſtylo M. C. V., & S. R. C. Et regulariter, quodcumque decretum definitivum, quod jam cæpit exequi, non ſuſpenditur per in integrum reſtitutionem. Caſtill. *dec.* 228. *n.* 6. *lib.* 3. Rovit. *in Prag.* 1. *de minor. num.* 25. Staib. *reſol.* 55. *nu.* 3. Montan. *contr.* 55. *nu.* 1. De Marin. *reſol.* 200. *n.* 5. *lib.* 2. Calà *de reſt. in integr. qu.* 40. *nu.* 20. Et ſic in S. C. poſt mandatum de parendo hæc reſtitutio non
8 ſuſpendit decretum, cujus executio incipit a mandato de parendo.

Idem dicendum in decreto interlocutorio, quando agitur de poſſeſſione exigendi annuos redditus, ut
9 refert deciſum in S. C. & in olim Regio Collaterali Conſilio d. De Roſa *loc. cit. num.* 48.

Reſtitutio in integrum competit minori adversùs
10 curſum fatalium. De Franch. *dec.* 473. Capyc. *dec.* 96. *num.* 14. Petra *Rit. M. C. Vic.* 260. *n.* 40.

Competit quoque majori heredi minoris, quia
11 tamquàm realis tranſmittitur in heredem. *L. non ſolum* 6. *ff. de reſt. in integr. l.* 7. *ff. de except.* Sed è contra non competit minori ſuccedenti majori, cum quo lis erit conteſtata. De Franch. *dec.* 245. & 647. Cartab. *ſing.* 118. *ex* Affl. *dec.* 212. Caravit. *Rit.* 243. *num.* 6.

Minor læſus in contractu, ſeu quaſi reſtituitur ad lucrum, & damnum de Franch. *dec.* 421. *n.* 11.
12 Læſus verò ex alterius delicto reſtituitur, quando agitur de rei familiaris diminutione, ſecus verò quando de conſequendo lucro alieni patrimonii ex alterius delicto. *L. ſepulchri violati ff. de ſepulchro violato.* Sanfelic. *in prax. S. C. ſect.* 57. *num.* 10.

Minori in proceſſu judicii facto majori, competunt beneficia, dummodo probationes tempore mi-
13 noris ætatis factæ ſint, & dilationes eodem tempore decurſæ, ideoque majores minoribus ſuccedentes, beneficiis gaudent. Affl. *dec.* 211. & 212. Troyſ. *in Pragm.* 7. *n.* 7. *de dilat.* Imbrian. *de primo, & ſecundo benefic. conſ.* 3. *num.* 74. Reg. Tapp. *in Conſt. Minorem jura num.* 10. & *in conſt. mulieribus num.* 11.

In poſſeſſorio plenario gaudet beneficiis minor non verò in ſummario, in quo non agitur de damno
14 irreparabili. Rovit. *in Prag. curſu dilationum n.* 36.

Minor heres mariti non habet beneficia contra mulierem petentem dotium reſtitutionem in exce-
15 ptione adulterii, quia agitur de lucro captando; ſecus verò quoad antephatum, in quo agitur de damno vitando, De Franch. *dec.* 421.

✠ 16 Minori fidejubenti ipſo jure competere in integrum reſtitutionem abſque ulla probatione læſionis cum aliis docet Capyc. Latr. *conſ.* 55. *num.* 9. quo-

ties

Digitized by Google

ties nequeat indemnis fieri a principali, Afflict. *dec.* 322., imo sufficere talem qualem læsionem.

✠ 17 Hæc autem in integrum restitutio ipsi non competit, quoties mercator sit matriculatus, & in contractibus mercaturam suam duntaxat tangentibus fuerit læsionem passus, *Bart. in l. 1. C. qui, & adversus quos in integrum &c.*, in his enim, quæ artem suam respiciunt, minor non tam doli capax quam industriosus, & prudens censeri debet, Romanus *cons.* 318. *num.* 1.

✠ 18 Contractus minorum suo juramento firmatos vires recipere, & sustineri virtute juramenti, quamvis in solennibus deficiant, putarunt nonnulli cum Afflicto *dec.* 321., ex dispositione *auth. sacram. puberum C. si adversus venditionem*. Verior tamen est contraria sententia, quanquam enim virtute juramenti minor reputetur major, supplendo defectui ætatis, noluit tamen Fridericus Imperator *in d. auth.* disponere juramentum supplere solennia, quorum deficientia permissum non est minoribus contrahere, & contrahendo eis in integrum restitutionem denegari. Videsis cl. Josephum Sorge hanc controversiam profuso calamo pertractantem *tom. 1. enucl. for. cap. 20. num. 4. & sequ. Xav. Grat.*

A D C A P. III.

De aliquibus formulis Puberum, & Impuberum.

1. *Minor non potest torqueri.*
2. *An Curator intervenire debeat in toto examine, vel in actu juramenti tantùm?*
3. *Minor suam confessionem ratificare postmodum debet.*
4. *Minor gaudet restitutione in integrum adversùs ejus confessionem.*
5. *Minor debet probare suam minorem ætatem.*
6. *Remissio à minore fieri debet prævio Judicis decreto.*
7. *Aliorum opinio.*
8. *Formula dicti decreti.*
9. *Jus remittendi quibus competat.*
10. *Remissiones recipiendæ sunt ab Actuario Curiæ.*
11. *Non juvant factæ per actum publicum.*
12. *Quomodò fiant in M. C. V.*
13. *Hodiè ex novissima R. Pragmatica statum causæ non mutant.*
14. *Contrahentes cum pupillis quam diligentiam adhibere debent?*
15. ✠ *Tutor ad adimplementum evictionis emtori promissæ tenetur.*
16. *Judicis decreta non interposita cum causæ cognitione non juvant.*
17. *Quod locum habet etiam in transactionibus cum pupillo initis.*

ET si ad civilem praxim non attineat criminalis materia, digna tamen scitu utique reputantur,
1 quæ de minoribus forus servat. Notandum itaque est minorem non posse torqueri, sed terreri tantùm. Guazzin. *ad defens.* 30. *cap.* 11. *num.* 4. Et licet Reg. de Rosa *in prax. crim. num.* 32. *cap.* 8 scri-
2 bat, Curatorem intervenire non debere in toto examine, sed in actu juramenti tantùm, hoc modo. E. G.

T. de T. della Terra T. d' età d' anni 15. ut dixit; principalis cum juramento sibi delato ante faciem, & præsentiam T. de T. Curatoris ad hunc actum dati, & in ejus absentiam sub eodem juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, & primò &c.:
Attamen hoc procedere examinant DD., quando minor introducitur ad Cubiculum torturæ secretæ, nè authoritati Curatoris nixus minas, & verbera
3 contemnens, confiteri renuat; quam quidem confessionem ratificare postmodum debet coram Officialibus, Curia pro Tribunali sedente, cum interventu ejusdem Curatoris, Sarn. in *prax. crim.* c. 39.

Minor potest beneficio restitutionis in integrum
4 uti adversùs ejus confessionem, nisi per indicia, & delicti atrocitatem Judex delegare illud debeat. De Luca *ad Franch. dec.* 448. Sanfelic. *dec.* 57. *num.* 6. Anton. Scappi *de jure non scripto lib.* 5. *tit. de minoribus inquirend. cap.* 47.

Non creditur minori suam minorem ætatem alleganti, nisi probetur, quam per fidem Parochi à baptizatorum libro extractam probare potest. *l. si minorem* 4. *C. de in integr. rest.* Reg. de Rosa *prax. crim. cap.* 10. *num.* 14.

Remissio à minore facienda est prævio decreto,
5 *quod expedit*, quod expansis manibus concedi debet, Foller. *ad Pragm. fin. de composit. n.* 89. de Franch. *dec.* 535. imò favore pacis, & quietis existimant DD., inter quos de Luc. *ad d. dec.* 535. *de Franch. num.* 1. *§. fin. qu.* 58. *&c.*, sat esse ad remittendum Tutoris authoritatem, absque Judicis decreto, aliave solemnitate.

Formula decreti M. C. V. pro remissione facienda.

Die - - - - Neap. - - - per M. C. V. visa informatione summaria capta, per quam constat de evidenti utilitate T. de T. pupilli, fuit provisum, & decretum licere, & licitum esse dicto pupillo, & pro eodem dicto T. de T. ejus Tutori remittere, & remissionem facere Andreæ - - - pro homicidio per ipsum commisso in persona T. Patris dicti pupilli, in quibus eadem M. C. suum interponit decretum, quod expedit, judiciariamque præstat authoritatem, &c. hoc suum, &c.

Jus remittendi offensas competit parentibus proximioribus in grado offensi, & illis, quibus hereditas ab intestato defertur, licet offensus alios heredes instituisset, quia heredibus in sanguine, non in bonis jus competit. *Pragm.* 7. *de composit.* Sanfelic. *dec.* 25. Et hoc, etiam si consanguinei, aut affines hereditati renunciassent. Sanfelic. *dec.* 27.

Remissiones recipiendæ sunt per Actuarium Cu-
10 riæ coram Officialibus locorum, ubi habitant partes offensæ. *Pragm.* 19. *num.* 16. *de offic. Mag. Justit. Pragm.* 6. *num.* 2. *de composit.*

Nec juvant remissiones factæ per actum publi-
11 cum, quia semper coram Officialibus faciendæ sunt: In M. C. V. tamen sufficit, quòd recipiantur poenes acta in Banca, aut ante Palatium M. C., aut
12 Regis per Magistrum Actorum tantum; ad evitandam vim, & violentiæ suspicionem. *Prag.* 6. *num.* 2. *de composit.* Scialoja *cap.* 24. *n.* 55.

Hujusmodi remissiones hodiè statum causæ non
13 mutant, neque jus vindictæ Judicis minuunt ex novissima sanctione, ut *in tit.* 1. *cap.* 12. *sub qu.* 8. notavi.

Ad alteram hujus capitis partem de criminalibus, ut Riccius, ad civilia convolans negotia, addo,
14 quod emptores bonorum pupillarium, aut quomodocumque cum pupillis contrahentes debent esse cauti, diligentes, & curiosi, ut illi causæ, qua Judex permisit alienationem, aut obligationem, applicetur pecunia, & ita perficiatur, & consumetur actus. Marcl. *cons.* 109. *n.* 4. Rimin. *jun. cons.* 5. *num.* 225. *num.* 36. *ad* 38. Peregr. *cons.* 82. *nu.* 4. Decian. *cons.* 20. *vol.* 5. Cravett *cons.* 1. *pro Genaro num.* 2. & 3. Felic. *de censib. lib.* 2. *num.* 6. & 11. Roderic. *de ann. redd.* 24. *num.* 36. & 53. Cacher. *dec.* 161. *n.* 8. *ad* 17. *dec.* 165. *num.* 4. & *dec.* 172. Thesaur. *dec.* 99. *nu.* 14. Manent. *cons.* 17. & *dec.* 31. *nu.* 26. Ciriac. *cons.* 303. *n.* 74.

✠ 15 Hinc si tutor emptori nomine proprio evictionem promiserit, quamvis contractus venditionis nullus sit, sequuta evictione per pupillum perventum ad majorem ætatem, promissio evictionis subsistit, & tutor ad adimplementum tenetur. *l. 9. C. de prædiis, & aliis rebus minor. Xav. Grat.*

Neque juvant decreta, quod *expedit*, etiam in
16 magno numero emanata, quando cum plena causæ cognitione non sunt interposita, & negotio plene discusso, quia nullius sunt roboris. Dec. *cons.* 60. *nu.* 2. *in fin.* Gemma *dec.* 66. & 188. Thesaur. *jun.*

qu. forenf. 34. *lib.* 1. Minfinger. *obferv.* 19. *centur.* 5. Menoch. *conf.* 412. *n.* 37. Amat. *conf.* 54. Andreol. *controv.* 146. *nu.* 8. Trentacinq. *conf.* 13. *vol.* 2. de Franch. *dec.* 247.

Quæ doctrinæ etiam in tranfactionibus cum pu-
17 pillo initis locum habent. Odd. *de reft. in integr.* *cap.* 4. *num.* 50. Manent. *conf.* 142. *num.* 72. de Robeis *conf.* 59. *num.* 73. *lib.* 1. Cæfal. *conf.* 657. *n.* 2. Parlador. *refol. quotid. cap.* 4. *nu.* 50. Capyc. Latr. *dec.* 50. Anna *alleg.* 9. Merlin. *controv. jur. cent.* 2. *cap.* 74. *num.* 4. *ad* 9.

IN LEONARDI RICCII

ADDITIONES

PAR. I. TIT. V.

AD CAP. I.

De præambulis in genere.

1. *PRæambulum eft liquida probatio aditionis hereditatis.*
2. *Partibus non præjudicat.*
3. *Præambulum non impedit aliqua exceptio nifi clara, & palpabilis.*
4. *Præambulorum decreta privativè interponuntur per M. C. V., etiam inter Clericos, & in Regno per Curias locales, pro cujus intelligentia recenfentur ordines regales.*
5. *Qua ratione hoc fiat?*
6. *In præambulis Clericorum apponitur claufula falvo jure cujuslibet.*
7. *Quid operetur?*
8. *Formula præambuli Clerici.*
9. *Quæ jura referventur per hanc claufulam?*
10. *Quid hodiè addatur huic claufulæ?*
11. *Quid operetur hæc additio, feu explicatio?*
12. *Refpondetur decifioni Roviti.*
13. *Præambuli judicium aliquando fit ordinarium.*
14. *Quæ decreta interponi folent a S. C.?*
15. *Quid in Curtis localibus Regni?*
16. *Præambula interpofita per Curias locales debent confirmari per M. C. V., quomodo, & quando?*
17. *Præambulo feudalia a fola M. C. interponuntur.*
18. *Nec prodeft ejus confirmatio.*
19. *Formula præambuli in feudalibus cum Balio.*
20. *Alia formula fine Balio.*
21. *An poffit præambulum variari?*
22. *D. Nicolaus Pafca Fifci patronus laudatur.*
23. *Narratio facti in caufa præambuli Ill. Ducis Balneariæ.*
24. *Petitio actoris.*
25. *Exceptio Rei.*
26. *Puncta quæftionis.*
27. *Electa fucceffione legitima ab herede teftamentario, fit locus exheredato.*
28. *Refciffio unius prodeft omnibus.*
29. *Omittens teftamentum dat locum fubftituto in fuccedendo.*
30. *Repudiatio teftamenti inducit fucceffionem legitimam.*
31. *Limitant nonnuli, quando heres teftamentum nefciret.*
32. *Hæc limitatio cadit in alio cafu, non in præfenti.*
33. *Filius, quia filius, præfumitur fcire teftamentum patris.*
34. *Hæc præfumtio dat onus probandi contrarium adverfario.*
35. *Præfumitur quoque fcientia, quia ftatim acceffit ad domum patris.*
36. *Præfumitur etiam fcientia ex facti importantia.*
37. *Item ex tempore.*
38. *Ex nobilitate teftatoris.*
39. *Ex loco, quando eft parvus.*
40. *In filio præfumitur fcientia, quoniam more contractum fit matrimonium.*
41. *Ignorantiam allegans tenetur probare.*
42. *Probatio non juvat, quando eft nimis craffa, & malitiofa.*
43. *In noftro cafu ignorantia non poteft excufare.*
44. *Feudalia faciunt patrimonium diftinctum a burgenfaticis.*
45. *Quando hæc doctrina vera fit, & quando non?*
46. *Hereditas poteft partim adiri, & partim recufari.*
47. *Aditia in fuo herede non indiget actu expreffo.*
48. *Immixtio in hereditate quando fit prævia recufatione teftamenti, fupponitur facta titulo heredis ab inteftato.*
49. *Confeffio inter abfentes quando præjudicat.*
50. *Ratihabitio æquatur mandato.*
51. *Heres fuus vocatur a lege.*
52. *Quæ indicent repudiationem hereditatis ex teftamento?*
53. *Legata folvi debent etiam ab illo, qui fprevit teftamentum.*
54. *Oppofitio l. filium, & l. heres.*
55. *Explicantur leges prædictæ.*
56. *Tempus futurum denotat actus imperfectionem.*
57. *Adducuntur exempla.*
58. *Tempore futuro, & imperfecto actus facti funt præparatorii ad actum.*
59. *Etiamfi dictum effet ftipulari debere ad fapientum confilium.*
60. *Brunemanni opinio.*
61. *Ex verbis futuris imperfectio contractus denotatur.*
62. *Ex facti qualitate arguitur imperfectio.*
63. *Ecclefiaftici an ligentur* Conft. Minorum jura? *eft quæftio.*
64. *Non adimpletis folemnitatibus contractus eft nullus.*
65. *Solutiones non explicatæ cenfentur factæ in caufam magis favorabilem recipienti.*
66. *Actus facti ab amicabili compofitore non funt judiciales.*
67. *Actus facti poffunt revocari, quando non funt acceptati.*
68. *Qui per petitionem legati teftamentum approbavit, an poffit impugnare? & quæ limitationes fiant?*
69. *Querela falfitatis, & nullitatis etiam poft acceptum legatum opponi poteft.*
70. *Nullitas ex defectu folemnitatis eft juris publici.*
71. *Fabri notabilis fententia.*
72. *Alii cafus recenfentur.*
73. *Argumentum fortius in cafu præfenti.*
74. *Inteftatus quis dicatur?*
75. *Legata debentur ex Prætoris edicto.*
76. *Heredis inftitutio eft caput, & fundamentum teftamenti.*
77. *Legatarii ratihabitio nil confert ad teftamentum fubftinendum.*
78. *Teftamento ex facto heredis deficiente in folemnitatibus poteft legatarius poft acceptum legatum de nullitate dicere.*
79. *Decretum interpofitum in hac caufa.*
80. *Compromiffum initum.*
81. *Laudum editum.*
82. *Nullitatum tria capita adverfus hoc laudum ab Adverfario propofita.*
83. *Laudum non poteft impediri.*
84. *Pactum renunciationis remediorum quid operetur?*

85. *Nul-*

Digitized by Google

85. *Nullitates debent esse claræ, & evidentes:*
86. *Arbiter potest judicare secundum jus, & conscientiam, neque præjudicant ejus facultati decreta prolata.*
87. *Quilibet potest juri suo renunciare.*
88. *Compromissum est vera, licet imperfecta transactio.*
89. *Per compromissum fit novatio actionum.*
90. *Sententia dicitur nulla, quando est contraria scripturæ publicæ, authenticæ, & præsentatæ in actis.*
91. *Judicis potestas est restrictior illa arbitri.*
92. *Senecæ, & Camill., Borrell. consilium.*
93. *Laudi executio non potest impediri, nisi ex nullitatibus ex iisdem actis manantibus.*
94. *Opulentia hereditatis in præsenti casu est notoria.*
95. *Inventarium factum diù post aditam hereditatem non prodest.*
96. *Inventarium non probat rei descriptæ valorem.*
97. *Hic probatur per peritum.*
98. *Arbiter non tenetur dirigere gressus suos juxtà decreta antecedentia.*
99. *Decisio præsentis causæ.*
100. *Novissimæ Regiæ Pragmaticæ transcribitur capitulum.*

✠ 101 *Formula præambuli agnatorum medietatem bonorum antiquorum petentium.*

✠ 102. *Formula præambuli in bonis foriudicati.*

PRæambuli judicium dicitur summariissimum, sed propriè est liquida quædam probatio aditionis he- 1 reditatis, interponitur absque causæ cognitione, ex simplici informatione, & tam in possessorio, 2 quam in petitorio nullum affert partibus præjudicium, Petr. *super Rit. M. C.* 181. *num.* 16. Anna *alleg.* 19. De Franch. *dec.* 204. Georg. *alleg.* 45. *tom.* 1. *& allegat.* 2. *num.* 14. *tom.* 2. Capyc. Latr. *dec.* 198. *num.* 18. *lib.* 2. Camill. de Medic. *cons.* 40. Theodor. *allegat.* 17. *num.* 21. Thor. *part.* 2. *compend. dec. v. præambulum, & part.* 3. *sect.* 3. *v. remissio causæ.*

Præambulum non impedit aliqua exceptio, aut vitium, nisi sit visibile, & palpabile, quod in 3 promtu probetur, quia exceptio juris dubii reservatur ad merita causæ, & interim conceditur præambuli decretum, & immissio, Peregr. *de fidei comm. art.* 48. *num.* 29. *& seq.*, Bertazol. *cons. civil.* 55. *num.* 28. Castill. *controv. jur. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 123. Capyc. Latr. *consult.* 14. *num.* 16. *& consult.* 15. *n.* 97. Merlin. *controv. forens. cap* 20. *n.* 3. *& seq.*, cum Igneo *in auth. ex causa C. de liber. præter. num.* 108.

Præambulorum decreta privativè interponuntur 4 per M. C. V., & in Regno per Curias Laicales, etiam in præambulis Clericorum activè, & passivè tam ex testamento, quam ab intestato, itaût si Clericus institutus sit heres sivè a Laico, sive ab alio Clerico semper è manibus Judicis secularis præambulum obtinere debet, Carleval. *de judic. disput.* 2. *quæst.* 5. *num.* 345. Ansald. *de jurisdictione par.* 3. *cap.* 13. Graff. *de effect. Clericat. effect.* 1. *n.* 1010.; Ea forsan ratione, quia post mortem Clerici bona effi- 5 ciuntur temporalia, & proinde absurdum esset a Judice Ecclesiastico eadem bona temporalia accipere.

Scribit Ricc. hic *num.* 13. præambula facta extra M.C.V. nullam fidem facere, nisi fuerint ab eadem confirmata, quæ doctrina hodie amplius non procedit, quia præambulorum decreta a Curiis localibus interponi possunt, & in casu gravaminis a Regiis Audientiis; quando verò bona sita sunt in diversis locis Provinciæ, procedit Regia Audientia in prima instantia; quando sita sunt in diversis Provinciis, procedit M.C.V. prout patet ex Regali diplomate Illust. Præsidi S. R. C., & Regenti M. C. V. directo tenoris sequentis videlicet.

A*Vendo il Re risoluto, che i preamboli si spediscano dalle Corti locali, e che le parti in grado di gravame ricorrano all' Udienze, e quando da queste si sentissero gravate, accodiscano alla G. C. della Vicaria, la quale in prima instanza spedirà i preamboli di questa Capitale. Ben' inteso però, che quando i corpi ereditarj siano sparsi in varj luoghi di qualche Provincia, possa in tal caso l' Udienza procedere in prima istanza, e quando siano sparsi in varie Provincie, possa in prima istanza procedere la G. C. della Vicaria. Lo prevengo a V. S. Illustrissima d' ordine S. M.; perchè il Consiglio resti inteso di questa Regal deliberazione. Palazzo li 19. Settembre 1746: Il Marchese Tanucci: In s. Sign. Marchese Presidente del Consiglio.*

Illud autem hic notandum est, quod in præambulo interposito favore Clerici, apponitur clausula, *salvo jure cujuslibet*, cujus meminit Ricc. *in cap.* 3. *sub* 6 *num.* 10. peregrinum credens monitum, & excogitatum, quod notum est lippis, & tonsoribus: hujus clausulæ effectus est: ut causa non censeatur finita coram eodem Judice laico, & successio laicali jurisdictioni subjaceat, cui reservatur; ideoque tertius pro suo interesse comparens possit jus suum coram eodem Judice experiri, & prosequi; valdè enim 7 ad æquitatem facit, ut gravamine forsan agitatus ab eodem Judice relevetur, juxtà illud Poetæ.

Una manus vobis vulnus, opemque ferat.

Eoque magis, quia per hanc clausulam laicalis Magistratus jurisdictionem sibi reservat, instar lapidum extra parietem ordinatè relictorum, imperfectum opus indicantium, & non finitum, ut bene notat de Rosa *in pra. civil. decret. cap.* 6. *num.* 63. *& cap.* 13. *num.* 60.

Formula itaque decreti est. E. G.

Die - - - - *Neap. Per M. C. V. Visa comparitione præsentata fol. - - - testamento T. de T. fol. - - - provisum, & decretum est, quod interponatur decretum præambuli quondam T. de T. in beneficium Rev. T. de T.,* 8 *heres scriptus immittatur in possessionem bonorum in hereditate prædicti T. de T. remansorum, salvo jure cujuslibet &c.*

Per hanc tamen clausulam intelliguntur reservata jura universalia, quatenus quis hereditatem prætenderet sibi universam spectare; non verò 9 jura particularia, quatenus videlicet partem assis hereditarii, seù particulare corpus peteret, quia hoc casu Judici Ecclesiastico suam porriget instantiam: Quæ quidem praxis nimis incommoda ex provida Magistratus resolutione paulatim desuescit, nè dicam, penes cordatos viros desuevit, quia ad omnem dubitationem delendam adjungi cœpit decretis alia sequens clausula: *Salvo scilicet, jure cujuslibet tam in judicio universali, quàm in judicio parti-* 10 *culari*; Ex quo tàm in petitione totius hereditatis, quam partis per reivindicationem coram Judice seculari sua quisque prosequatur jura, & jure merito, quæ enim est major ratio in subjecta materia totius, quam partis; Si in petitione universæ hereditatis penes laicum Judicem perdurat jurisdictio, quia bona, quæ possessore per mortem orbantur, laicalia 11 remanent, quum finiantur esse patrimonialia, & exemta, & Ecclesiastico successori è manibus secularis Magistratus illa acquirenti, per tertium comparentem, tanquàm gravatum, supponitur perperam data possessio, nullumque jus ex in justa acquisitione translatum; ideoque decreto præambuli tanquam nulliter interposito per tertii præjudicium bona remanent in priori statu, scilicet secularia; dicendum est, imò ictu oculi quisque novit, eandem rationem militare quoque in judicio particulari, quia nulliter concessa immissione; quoad peculiare corpus hoc in eodem pariter statu remanet, scilicet, seculare, tanquam nulliter translatum, ideoque penes secularem judicem ejusdem cognitio, judiciumque superest.

Neque obstat *dec.* Rovit. *cum observ. Altim.* 44. in contrarium, quia ex casu differenti cum præsenti

minime connectitur, ibi non agebatur de decreto præambuli, ibi judicium erat finitum coram Judi-
12 ce laico, ibi non aderat enunciata clausula, sivè alia reservativa jurisdictionis, multæque aliæ differentiæ adsunt a nostro casu omninò distantes, & alienæ.

Præambuli judicium licet sit summarium, aliquo tamen comparente fit ordinarium, & prævia bonorum hereditariorum sequestratione proceditur,
13 De Rosa *prax. civil. decret. cap. 5. num.* 139. Quo casu iterùm conficitur, præcedente Regia decretatione Spectabilis Præs. S. C. quod M. C. V. *iterùm provideat audito supplicante, vel suspensis omnibus actis*
14 *eadem M. C. iterum procedat ad confectionem præambuli auditis omnibus interesse habentibus*, & existentibus gravaminibus audita relatione M. C. V. providetur per S.C., *quod causa remaneat in eodem S.R.C.*, ubi committitur, nisi sit commissa, De Rosa *loc. cit. num.* 150.

Eodem modo fit in Curiis localibus, ubi comparente aliquo in Curia secundarum, ab hac hujusmodi decreta interponi possunt; *Curia scilicet, prima-*
15 *rum suspensis omnibus actis, iterum procedat ad confectionem præambuli, auditis omnibus interesse habentibus.* Et potest addi; *verum non consignet neque fidem, neque copiam inconsulta Curia secundarum, sivè ejus Domino Judice &c.*

Præambula à Curiis localibus Regni, ut fidem faciant in nostris Tribunalibus, debent a M. C. V.
16 confirmari, quæ confirmatio fit prævia exhibitione omnium actorum originalium ipsi M.C., nec sufficit fides, aut copia authentica, ut praxis docet; De Rosa tamen in *prax. civil. decret. cap.* 3. *nu.* 11. scribit, intelligi, si agatur de liquidatione instrumenti, aut accipienda pecunia in Banco deposita, sive perventa.

Præambula feudalia à sola M. C. V. interponuntur, & ab aliis Curiis Regni interposita, sunt nulla ipso jure, Rovit. in *Pragm.* 3. *de offic. S. R. C. n.* 3.
17 Scader *de feudis tom.* 2. *par.* 1. *ampliat.* 31. *nu.* 24. Neque prodest confirmatio forsan à M.C.V. postmodum obtenta, quia noviter ex integro interponi debent, quum neque confirmari actus ille, qui
18 ipso jure est nullus, *Cap. auditis de election cap. inter dilectos §. cum igitur de fide instrum.* Hodiern. *contrav.* 43. *num.* 11. *& seq.*

Formula decreti præambuli in feudalibus cum Balio.

Die - - - - *Per M. C. V. Illustris* D. Jo: *Antonius de* - - - - *fuit declaratus filius Primogenitus, ac heres qu. Ill. Ducis* - - - - D. *Hyacinthi de* - - - - *tam in*
19 *bonis feudalibus, quàm in burgensaticis ex testamento, cum oneribus in præcitato testamento contentis, servata forma ipsius, & tutela impuberum fuit confirmata in personam D. Antoniæ* - - - - *matris, & D. Laurentii de* - - - - *Patrui, qui adimpleverunt cum obligatione in forma; verum respectu balivus partes adeant S. M. in Regali Camera S. Claræ &c. penes Actuarium Joachim Surrentinum.*

Alia formula in vario casu, & sine Balio.

Die 24. *mensis Aprilis* 1731. *Per M.C.V.* D. *Franciscus Antonius de Caro filius Primogenitus ex primo matrimonio qu. Baronissæ Terræ Sancti Severini D. Agnetis de Vina, fuit declaratus heres universalis dictæ qu. Baronissæ Agnetis in bonis feudalibus, & in bonis burgensaticis pro duabus ex decem portionibus nomine ut in actis, ex testamento cum oneribus, conditionibus, & declarationibus in d. testamento contentis,*
20 *& in omnibus servata forma ipsius; nec non Reverendus D. Balthasar, D. Ignatius, D. Petrus, D. Melchior, & D. Gaspar Giliberti fuerunt declarati filii legitimi, & naturales ex secundo matrimonio, & heredes universales pro septem ex dictis restantibus octo portionibus nominibus ut in actis, ex testamento, cum oneribus, & declarationibus in dicto testamento contentis, & in omnibus servata forma ipsius, cum beneficio Legis, & Inventarii, & fuit reservata provisio facienda respectu dictæ octavæ portionis exhibita renunciatione D. Joannæ Giliberti, vel ipsa comparente, vel ejus persona legitima, salvo jure cujuslibet respectu Sacerdotum &c.* - - In Banca Actorum Magistri Augustini Gaglione, penes Thomam Santanellum Scribam.

Præambulum an possit ex testamento obtineri ab
21 eo, qui testamentum omittens ab intestato præambuli decretum petierat, & obtinuerat; Quæstionis resolutionem pro causa præambuli qu. Illustris Ducis Balneariæ D. Francisci Ruffi fusissimè exposuit in perplurimis omni dignis memoria allegationibus, quas modo subnectam, U. J. D. D. Nicolaus Pasca, tunc patronus clarissimus, qui semper in consiliis
22 habuit legem, religionem, æquitatem; nunc à nostro Invictissimo Rege inter M. C. V. Judices honorifice decoratus, ac pro suo Regali Patrimonio in Urbe Foggiæ declaratus Patronus, ubi plausu nunquam deficiente, ejus præclara gesta subliminiorem in hac suprema, Regiaque Urbe dignitatem prædicunt, & indicant. Casus est. E. G.

In anno 1715. D. Franciscus Ruffo Balneariæ Dux suum condidit testamentum, in quo D. Carolum ejus primogenitum heredem in feudalibus burgensaticisque universalem instituit, secundò verò genitis providit, ut D. Antonio in Prelatura constituto continuarentur satisfactio scutorum Romanorum bismille in quolibet anno, & pro una vice ducati quincentum; D. Dominico titulo legati annuos ducatos 1500., & pro una vice ducatos quin-
23 centum cum nonnullis armentis. Idemque legatum D. Josepho reliquit, cui Romæ degere eligenti in totidem Romanam pecuniam ejus legatum commutavit, alia scuta biscentum annua adjungens, & pro una vice tercentum; alia quoque ejus uxori, aliisque personis legavit.

Huic dispositioni Primogeniti voluntas minimè forsan obsequens, legitimæ successionis viam elegit, petendo, & obtinendo præambulum ab intestato in feudalibus a M. C. V., sed quum petente Ill. Ducissa ejus matre testamentum paternum aperiri deberet, dictus D. Carolus Primogenitus solemnem protestationem Notario exibuit, in qua post dispositionis paternæ narrationem, atque suppositorum gravaminum eidem per testatorem illatorum, expresse protestatus fuit se dictum testamentum non acceptare, sed illud impugnare, nullum, invalidumque declarari facere, omnia ejus jura reservando proposita, & proponenda, instandoque, dictam protestationem in actu aperturæ inseri debere, nec ejus copiam edi, nisi huic protestationi adnexam, & adjunctam. Eodem die a Ducissa Matre, Primogenito, & secundogenitis fuit subscriptum solitum concordiæ præliminare, quo legata D. Dominico, & D. Josepho debita ad ducatos 1300. moderata fuerunt, & quo specifice promissum fuit, publicum, & solemne instrumentum de prædictis celebrari pro partium cautela; quod instrumentum nunquam fuit stipulatum, nec conventio executioni mandata; imo excitatis antiquis controversiis, diversimode in anno 1718. finierunt prævio instrumento, in quo d. Primogenitus protestationem contra paternam voluntatem, & successionis legitimæ electionem emologavit, dictumque solium penitus se recusare declarans, voluit, ut per dictum instrumentum neque testamenti paterni, neque dicti folii privati, sive albarani ulla intelligatur facta acceptatio, vel ratihabitio, tanquam notoria gravamina continentium.

Satisfecit intereà Primogenitus D. Josepho annuos ducatos 1300. *pro ejus vitalitio*, ut dixit, usquè ad annum 1722., in quo suspensa solutione, supplicationem tunc temporis Proregi porrexit D. Joseph, & obtinuit rescriptum, unus ex olim R.Can-
cella-

cellariam Regentibus absque velo judiciario provideret, qui plura decreta ad solvendum servata forma chirographi, sivè albarani edidit; sed obteoto præambulo *ex testamento* à Primogenito anno 1724. in aliona Banca, nulla facta mentione præamouli *ab intestato* aoni 1715. petiit D. Joseph solutionem servata forma testamenti paterni à Primogenito jam acceptati, cui petitioni terminum impartitus foit, & interim solutionem decrevit servata forma chirographi; In eadem petitione D. Joseph petiit liquidationem portionum eidem spectantium super omnibus bonis hereditariis; sed proposito gravaminis remedio à Primogenito, causa siluit, quia Dominus Regens Delegatus, bas cognitiones extra suæ commissionis limitea esse, animadvertit.

His stantibus comparuit in M. C. V. D. Joseph petens præambulum ab iotestato, & obtinuit pro quarta parte juxta filiorum numerum, quia electa à Primogenito successionis legitimæ via; ipsi etiam
24 hæc patebat in burgensaticis succedendi; quare commissa hereditate in S. C. immissiooem juxta præambuli decretum petiit.

Huic instantiæ opposuit Primogenitus chirographum concordiæ, solutiones factas, instantias D. Josephi coram Regente Delegato Mazzacca-
25 ra, eius decreta, mutationem voluntatis ejusdem Primogeniti per secundum decretum præambuli ex testamento, ex quibus terminus ordinarius dari deberetur. S. C. tamen decrevit, *quod M.C.V. iterum procederet ad expeditionem præambuli auditis omnibus interesse habentibus, & interim citra præjudicium jurium ambarum partium liberavit ducatos bismille d. D. Josepho in causam declarandam*: hujos decreti vi institit Primogenitus io M. C. pro confirmatione præambuli *ex testamento*, & D. Joseph *ab intestato* pro tertia nunc portione, stante morte secuta D. Dominici ejos fratris. Fondabat primo d. D. Joseph, quod cum Primogenitus sprevisset te-
26 stamentum paternum, electa successione legitima, aperuit viam D. Josepho succedendi in burgensaticis, neque in ejus præjudicium ad testamentum habeat ulterios regressum, quod hoc jus non sit soblatum D. Josepho per chirographum, ex actione legati, petitiones coram Regente Delegato, aut per ejus enunciata decreta.

Quoad primum allegabatur per dictum Regalis Patrimonii Patronum, tunc pro dicto D. Josepho causam agentem D. Nicolauo Pasca, textus *in l.*
27 *si filius* 23. *ff. si quis omiss. caus. testament.*, in quo demto testamento per electionem successionis legitimæ factum a filiis heredibus institutis, fit locus alteri filio exheredato, ut ex Hirner. docet Accurs. *in Gloss. vers. acceperunt, & in l. si filio emancipato ult. ff. de liber. & postbum.*

Item *in l. posthumus* 6. *§. si quis ff. de inoffic. testam.*, ubi Bartol. *in summor.* sobdidit: *Rescissio*
28 *facto per Judicem od petitionem unius, etiam si ejus non intersit, prodest omnibus*. Et Jo: Brunemann. notavit: *cujus ratio est, quia rescisso testamento, fit locus successioni ab intestato*, Forner. *de success. ab intest. lib. 1. cap. 8. num.* 14. Brisius *od banc legem*. Insuper *in l. qui repudiantis* 17. *ff. eod.*, quia rescisso testamento, alter quoque ad successionem vocatur, ubi Cujac. scripsit. *Quid enim vicit secundus. Ut rescinderetur testamentum patris, ut intestatus fieret pater, hic est exitus querelæ inofficiosi testamenti. Intestato igitur patre facto, consequens est, utrumque vocari ad legitimam hereditatem patris ab intestato*, ubi Aoton. Faber. *in Ration.*

Allegabatur quoque textus *in l. mater decedens ff. de inoffic. testam. l. non putavit §. non est novum ff.*
29 *de bonor. possess. contra tabul.* -- Ivcio de Franch. *decis.* 667. exemplo nostræ consuet. *Si fi testato* Sed rejectis exemplis supereminet perclarus *text. in l. filium emancipatum* 60. *ff. de acquir. hered. & l.* 3. *C. de impuber. & aliis substit.*, & primæ l. verbis brevitatis gratia prætermissis, hæc secunda restrictiora refero: *Heres instituta matris testamento, si successionem ex testomento omisisti, & ab intestato bonorum possessionis jus habere voluisti, substituto locum quin feceris, in dubium non venit.*

Ratio hujus dispositionis principaliter defertur ex Pomponii responso *in l. illud* 76. *ff. de acquir. heredit.* his verbis: *sicuti si legitimam velim ad me*
30 *pertinere, cum sciam testamento mibi relictam, videbor ante repudiare testamentum, & ita legitimam acquisivisse*: Ita ut non detur locus successioni legitimæ, quoties habetur testamentum juxtà *text. l. quamdiu* 2. *ff. eod.* Secunda ratio est, quia per testamenti repudiationem, ex quo aperta est via successoribus legitimis, nec heres in eorum præjudicium potest consilium commutare, *l. nemo potest* 76. *ff. de reg. jur. l. ult. ff. de pact. l. stychum §. fin. ff. de novationib.*; neque hi demto testamento heredis egent auxilio, ut eorum portionem legitimam obtineaot, *l. post mortem §. ult. ff. de bonor. possess. contr. tabul.* Ludovic. Roman. *cons.* 125. *num.* 2. Jason. *in l. ult. num.* 1. *C. de Codicill.* his verbis, *Secunda ratio, quia postquam quis cæpit agere ex testamento, acquisitum est jus venientibus ab intestato: & in eorum præjudicium non licet variare per l. 1. §. 1. ff. de pact.*, & Præs. de Franch. *cit. decis.* 667.

Et licet hæc juris dispositio omnibus accepta, Bertolin. *cit. l. nec is. l. filium, & l. illud.* Paul. de Castr., & Aretin. *in eadem l. filium*. Hyero-
31 nim. Gratus *lib. 1. cons.* 157. *num.* 13. Donell. *lib. 7. cap. 7. lit. C. & cap.* 8. Barbos. *lib. 3. cap. 55. axiom.* 3., aliisque penes Brunemann. *in cit. l. illud* 78. & Cacheran. *dec. 54. num.* 2. limitationem patiatur, quoties heres, qui legitimam successionem elegit, testamentum nesciret, *l. nec is, §. ignorat, l. Clodius ff. eod.*

Hæc tamen limitatio cadit io casu, *l. filium* 60. *& l. mater decedens*, quo electio successionis legitimæ fert secum totalem filii exclusionem per existentiam substituti, sed non in præsenti, in quo sicut heres non potest heres non esse contra regulam, *l. & si sine §. sed quod ff. de minorib. & l. ei, qui solvendo* 88. *ff. de hered. instituend.*, ita nequit de novo acquirere rem jam quæsitam contra aliam re-
32 gulam, *l. non ut* 120. *de reg. jur. & l. 3. ex pluribus ff. de acquir. possess.* Et in quo Primogenitus omnem notionem dispositionis paternæ etiam ante aperturam testamenti, & illicò post paternum funus habuit, ut in instrumento anni 1717. ipsemet clarissimis verbis fassus fuit.

Insuper in Primogenito, tanquam filio præsumitur testamenti scientia, quia verisimile non vi-
33 detur, tam conjunctum sanguine defuncti valetudinem, conditionem, & statum ignorasse, Bald. *cons. 395. lib. 3. col. octavi §. Fratris ff. una cognat.* ubi Cujac. &c. Si hæc de conjunctis, quid in filio, qui juxtà *Gloss. in l. cum her's ff. de liberation. legat.* est una, eademque persona; quæ presumtio juris onos ignorantiam probandi in adversarium
34 transmittit, Guid. Pap. *cons.* 32. *col.* 8. & Roland. a Valle *to.* 1. *cons.* 19. *num.* 39.

Præsumitur quoque scientia, quia accessit Pri-
35 mogenitus ad domum paternam paulò post factum testamentum, & tempore mortis fuit præsens, quæ præsumptio vincit contrariam, quæ ex ejus absentia deduci posset, Anchoran. *cons.* 170. *num.* 7. Alexand. *cons.* 213. *lib.* 2. *num.* 13. Soccin. *cons.* 265. Bald. *d. cons.* 395. *& Rot. Rom. par.* 10. *recent. dec.* 165. *num.* 3.

Præsumitur etiam scientia ex facti importantia, quia agebatur de bonis magni momenti, Vincent.
36 Ondendeus *lib. 2. cons.* 80. *n.* 52. Roland. a Valle *cit. cons.* 19. *num.* 45. Rot. Rom. *par.* 8. *recent. dec.* 153. *num.* 10. Item ex tempore, quia Testator dispo-

sposuit in ultima ejus infirmitate, cujus non est
major sermo, ac frequentior: Loquuntur Medici,
37 Patres animæ assistentes insinuant, conjuncti soli-
citi, amici curiosi cum vicinis, famuli nimium
exploratores divulgant; in filio postmodum, de cu-
jus interesse omninò agitur, stupiditatem, inactio-
nem, ignorantiam præsumemus; Mascard. to. 2.
concl. 1104. nu. 4. Jason. *lib.* 1. *cons.* 107. *num.* 12.
Grammat. *dec.* 36. *num.* 15. Menoch. *lib.* 6. *præ-
sumpt.* 23. *num.* 63.

Additur quoque nobilitas Testatoris, quæ magis
notoria ejus gesta reddit, præcipue in loco ejus ju-
38 risdictionis, *Cap. tuam de ordin. judic.*, *ubi* Abb. *in
s. notab.* Tiraquell. *in tract. de nobilit. cap.* 37. *n.* 11.
v. facta nobilium Mascard. *de probat. conclus.* 879.
num. 28. Et in loco parvo, in quo etiam minuta ne-
gotia habent speciem notorii, & quilibet scit quan-
ta ova faciunt gallinæ cujusque, Card. de Luca *disc.*
34. *de usur. num.* 11. imo testamentum fuit scriptum
39 à Rationali ejus domus, & subscriptum à testibus
subditis, Roman. *cons.* 482. Gabriel. *de reg. jur. concl.*
5. *num.* 33.

Camill. de Medic. *cons.* 40. *num.* 65. cum Socin.
Jun. cons. 97. *nu.* 11. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 92. n. 66.
lib. 1. & 371. *nu.* 19. *lib.* 4 Bursatt. *cons.* 33. *n.* 5.
lib. 1. Surd. *dec.* 221. *n.* 11. Anna *cons.* 112. scri-
psit, in filio præsumi scientiam, matrimonium, ex
40 quo natus est, more magnatum contractum fuisse
ea qualitate personarum, conjunctione sanguinis,
cohabitatione, & urgentia scientiæ, & esse decisum
nondum in testamento, sed in materia donati ius
antiquissimæ refert Rot. *Roman. par.* 8. *decis.* 185.
253. *num.* 18. & *par.* 10. *dec.* 161. Et unum testem
sufficere ad probandum *part.* 4. *dec.* 142. *n.* 7. Surd.
dec. 221. *num.* 11. Natta *cons.* 231. *num.* 2.

Sed Primogenitus assertam ignorantiam non pro-
41 bavit, quod ipsi incumbebat, tamquam ejusdem
intentionis fundamentum, *l. exceptionibus ff de pro-
bat.* dec. 10. 1. *cons.* 236. *num.* 14. Felin. *in cap. vi-
gilanti de præscript. col.* 3. Mascard. to. 2. *cons.* 870.
42 *num* 39. Et etiamsi probasset, nimis crassa, & su-
pina fuisset, quia ipse unus nesciret, quod omni-
bus patebat, *l. regula ff. de jur. & facti ignorant.*
Glos. *in cap. eos v. affectata de temp. ord. in* 6.; Imo
fuisset malitiosa, quia agebatur de facto, quod
omnino sciendum erat antè aditionem, Bartol. *in l.
is potest ff. de acquir. hered.*, punibilis, & dolosa,
Mascard. *cit. concl.* 879. *num.* 7. 16. 17. &c. Oddo
de rest. in integr. qu. 67.

Primogenitus autem non solùm notitiam testa-
menti indicavit, sed etiam impugnavit, & de fal-
sitate notavit in citato instrumento: Hæc perseve-
rantia duos producit effectus ex *l. si quis fugitivus
§. idem ait ff. de ædilib. edict.* Primus, ut consulto
43 egisse præsumatur; Secundus, ut ejus ignorantia
non possit excusari, Cæphal. *cons.* 76. *num.* 9. Surd.
cons. 374. *nu.* 27. Rot. *Rom. part.* 1. *recent. dec.* 331.
num. 4. & *par.* 10. *dec.* 265.

Neque audiendus Adversarius dicens præambu-
44 lum obtinuisse tantùm in feudalibus, quæ patri-
monium distinctum cum burgensaticis faciunt, De
Luca *disc.* 22. *de feud.*, & absque ejus mandato spe-
ciali: Quia feuda hereditaria, vel mixta formant
separatum assem hereditarium, quando Feudata-
rius duos diversos heredes sibi scribit, unum in
feudalibus, alterum in burgensaticis, aut quando
heres legitimus contra voluntatem defuncti suc-
45 cedit, De Ponte *cons.* 52. *n.* 10.; non vero quan-
do testator suum scribit heredem in feudalibus, &
burgensaticis, illum, qui a lege, & investitura
vocatur, quia hoc casu in feudis ex *pacto*, & *provi-
dentia* potest filius prima retinere, secunda verò re-
cusare, *cap.* 1. *an agnatus*, *vel filius*, itant impossi-
bile sit, ut heres possit habere feudum non adeundo
hereditatem, Anna *alleg.* 30. *num.* 22. de Curte *re-
sol. feudal. cap.* 1. *num.* 85. Joann. Andr. de Giorg. *al-
legat.* 8. *num.* 25.

Si igitur hereditas non potest scindi, & partim
adiri, partim verò repudiari, quomodo potest pri-
mogenitus heres esse in feudalibus, non verò in
46 burgensaticis? *l.* 2. *ff de acquir. hered.* & *l. si ex asse eod.*
Glos. *in l.* 1. *ff. eod* & *in l.* 2. Cum Bartol. *in d. l.* 1.

Neque obstat alia oppositiò, quod præambulum
obtinuerit Procurator absque mandato speciali, sed
cum generali *ad lites*: Primo quia jus D. Josephi
non fundatur in præambulo, sed in hereditatis adi-
tione, quæ in primogenito tanquam suo herede actu
47 expresso non indigebat, *l. in suis heredibus ff. de
suis & legitim.* & *l. in suis* 11. *ff de liberis*, & *po-
stum.* Eoque magis, quia se immiscuit in heredi-
tate, Ca us *in l. necessar. ff. de acquir. hered.*, quæ
immixtio cum facta sit prævia expressa recusatione
48 testamenti, titulo heredis ab intestato facta est,
l. 1. *§. prætermittere ff. si quis omissa cau a testamenti.*

Secundo non obstat mandati specialis defectus,
quia præambulum per possessionem feudorum ca-
ptam pro ipsius executione, fuit ratificatum a pri-
mogenito, per investituram petitam in R. C., so-
lutionem relevii, & per instrumentum anni 1718.
Non obstante, quod fuerit initum cum Ducissa ma-
tre, non vero cum D. Josepho, quia confessio hoc
49 casu præjudicat respectu omnium, Bartol. *in l. his
potest ff. de a quir. hæredit. num.* 16. De Franchis *de-
cis.* 624. Qua stante ratificatione, præambulum, &
aditio censetur facta ab ipso ratificante, cum rati-
50 habitio æquiparetur mandato, Grammatic *decis.* 11.
Gratian. *tom.* 4 *disceptat. cap.* 711.

Opponit insuper adversarius, quod necesse erat,
ut primogenitus *expressè* Testamentum repudiasset,
quod nunquam fecit, quia protestatio fuit cum
albarano spatio unius diei: Sed Adversarius repu-
diationem hereditatis cum illa testamenti, & suc-
cessionis testatæ confundit, quæ nil comune habet
cum prima in nostro casu, quo heres institutus vo-
catur insimul a lege ad successionem, *l. nec his* 17.
51 *§ heres institutus ff. de acquir. heredit.* D. Joseph
nunquam prætendit primogenitum repudiasse here-
ditatem, immò ex opposito adiisse, sed *ab intestato*,
& in hac aditione fundat ejus intentionem. Et ne-
scitur quibusnam verbis clarioribus recusationem
testamenti declarare debuisset primogenitus, nisi
illis, quibus in protestatione anni 1715., & in
instrumento anni 1718. usus fuit, & non solum
iterum, & secundo fecit, sed pluries, & non *pa-
lam*, & *convocatis amicis* juxta textum, sed in duo-
52 bus publicis instrumentis, ut indubitate ejus fir-
ma, & deliberata voluntas patefieret, *l. Divus
ff. de militar. testam. §. plane instit. eod. tit. l. Pam-
philo propositum*, *de legat.* 3. Bartol. *in l. Gerint.* 13.
ff. de acquir. hered. Mant c. *lib.* 12. *de conjectur. tit.*
24. *num.* 23., quæ omnia repudiationem expres-
sam hereditatis inducerent, *l. filii matrem ff. ad
S. C. Tertull. l. pro herede*, *l. recusari*, *ff. de acquir.
hæred.*, ad repudiationem solius testamenti non
sufficient?

Neque ex promissione satisfactionis legatorum
in albarano promissæ inducitur voluntatis mutatio,
& testamenti acceptatio, quia legata solvi debent
etiam ab illo, qui spreto testamento successionem
53 legitimam eligit, *l.* 1. & *tot. tit. ff. si quis omissa
caus. testam.*

Opponit demum Adversarius textum in *l. filium*,
& *in l. heres* correctum esse ex *§. si quis vero l. ult. C.
de Codicill.*, in quo limitatur regula in extraneis,
& ascendentibus, & descendentibus conceditur fa-
54 cultas convolandi ex testamento ad codicillum,
ex actione directa ad obliquam.

Respondetur, Leges non corrigi ex identitate
rationis, Bartol. *in Auth. quas actiones C. de sacros.
Eccles.* & *l. præcipimus §. fin. C. de appellat.*, imo
ne-

neque ex majoritate . Alesand. *lib.* 2. *cons.* 145.
num. 9. Et nota est monitio Justiniani *in l.* 2. §. *con-
trarium autem C. de vet. jur. enucl.* , qua docet , in
55 ejus Codice non repetiri Leges contrarias . Ce-
terum extrema legum prædictarum sunt diversa ;
In leg. enim ultima prohibetur transitus a testa-
mento ad codicillum per contrarietatem actionum .
Gloss. *v. præclusisse* . Camill. de Medic. *cons.* 40.
num. 6. *& seq.* , Odiern. *controv.* 18. *num.* 1. Non
simpliciter , sed secundum quid , idest ex remedio-
rum contrarietate ex eadem scriptura manantium ;
ideoque si heres post electionem viæ directæ con-
volare velit ad obliquam non ea clausula codicilla-
ri in testamento posita nascentem , sed ex codicillo
separato , bene quidem potest , non obstante regula
textus ; Idem De Medic. *cons.* 40. *num.* 30. ; Sed
in *l. filium* , *&* in *l. heres* prohibetur filio a via in-
testata ad testatam recurrere , etiam si actiones , &
remedia ex fontibus diversis nascantur. Bartol. *in l.
ex sextante ff. de except. rei judic.* Et in *l. ultima* puni-
tur in herede ignorantia , per quam viam sibi ma-
gis proficuam eligere nescivit , quare fas erat , ut
ab hac Lege excusarentur descendentes . In *l. filium*,
& in *l. heres* supponitur deliberata , firmaque vo-
luntas in filio utendi via intestata . Est ergo igno-
rantia scientiæ adeò affinis , & conjuncta , ut ex
una ad alteram possit argui , non ad supplendam ,
sed ad legem corrigendam ? Ne desit auctoritas ,
videndus pro omnibus Odierna *in cit. controv.* 18.
num. 64.

Quo ad secundam propositionem D. Josephi fun-
datur , quam vim esse in scriptura , quæ decoratur
titulo , *Preliminari dell' accordo , che dovrà farsi*?
Tempus futurum actus imperfectionem apertissi-
56 me ostendit , ita in casu *l. Julianus* 66. §. *his ver-
bis ff. de legat.* 3. sub varbo *fiet* , & in *l. Pater fi-
lium* §. *fundum eod. tit.* , ubi Scævola definit non
subjectum esse fideicommisso fundum , cujus alie-
natio prohibita fuit a Testatore his verbis : *Ita
enim fiet , ut fundus de nomine vestro nunquam exeat* ,
ita Modestinus *in l. Titia cum testam. de legat.* 2. &
57 Paul. de Castro *cons.* 137. *lib.* 2. dixit verba de fu-
turo dispositionem non inducere , quia omittuntur
animo declarandi , quod in futurum quis facere ve-
lit . In materia contractuum , docuit Alexand. *in
l.* 1. *cons.* 77. *num.* 3. Bartol. , Bald. , & Salicet. *in l.
Judæorum C. de sentent. & interloc.* De Castro in *l.
Titia* §. *Titia* , *de legat.* 2. Laderchius *cons.* 101.
num. 1. *&* 3.

Neque dicatur , in reliquis rebus necessariis pro
contractus perfectione scripturam continere perfe-
ctam conventionem ; quia etiam in casu *l. in ven-
dentis C. de contrah. empt.* circa finem , in quo a ven-
ditore dictum erat , *vellem rem vendere pro decem* ,
& ab emtore responsum erat *ego vellem emere* , con-
ventio in omnibus aliis erat perfecta ; Accursius
vero respondit non valere , quia ponitur verbum
temporis imperfecti , quod rem imperfectam signi-
ficat , ad differentiam alterius casus , in quo dictum
esset , *volo vendere rem pro decem* ; idem decisum a
Rota Florentina penes Urceol. *in tract. de tran-
sact. qu.* 69. Et in casu Oltradi *cons.* 119. , quo te-
stator vocavit duos testes , & quendam Clericum ,
a quo scribi fecit accurate ejus bona , in quibus he-
redes instituit pauperes Christi , & nonnulla lega-
58 vit ab herede præstanda ; deinde eosdem testes
rogavit , ut ab aliquo Tabellione ejus dispositio-
nem describi facerent , eamque in formam redige-
ret , idem Oltradus consuluit dispositionem non
subsistere , etiam si sit causa pia , quia revera non
fuit testamentum , sed præparatio ad testandum .
Capyc. Latr. *dec.* 140. unanimiter amplexus , qui
in fine , ita refert quoque in S. C. decisum .

Subditur , quod in folio prædicto præliminari
dictum fuit , ut de contentis in ipso publicum sti-
pulari deberet instrumentum omni solemnitate val-
latum ad sapientium consilium ; quæ clare indicant ,
59 subscribentes contrahere non voluisse , sed ad con-
tractum præparari , quo nunquam celebrato , nul-
lius roboris extitit conventio præparatoria . *l. con-
tractus C. de fid. instrument.*

Et licet variæ fuerint DD. opiniones enunciatam
l. interpretantium , Joannis , Accursii , Azonis ,
Pauli , &c. ita ut Brunemannus dixerit , *optandum
60 esse , ut Princeps has , & similes lites per constitutiones
locales definirent* : nihilominus omnes conveniunt ex
his verbis imperfectionem contractus certo certius
denotari , & sat esse , ut instrumentum *de substantia
contractus* reputetur . Decius *cons.* 11. *&* 340. im-
pugnans Paulum de Castro dixit , *nam sufficit nobis* ,
*quod dispositio , & ordinatio , de qua agitur , in futu-
61 rum tempus suspendatur* . Idem ex Rot. Rom. pœnes
Seraphin. *dec.* 854. & pœnes Mangilium *de subhastat.
dec.* 20. Card. de Luc. *de alienat. disp.* 44. *num.* 2. Ea-
dem scribit Speculat. *in tit. de empt. & vendit.* §. 1.
nu. 10. Fab. *in* §. 1. *instit. de empt. & vendit.* Salicet.
in d. l. contractus , *&* in *Auth. sed novo jure C. si cer-
tum pet.* Gizzarell. *dec.* 72. *nu.* 3. Onded. *lib.* 1. *cons.*
52. *num.* 21.

Eoque magis , quia albaranum fuit subscriptum
brevi horarum spatio , in Terra Balneariæ , ubi de-
ficiebat sapientum numerus , & gravia continebat :
quare etiam habito respectu ad qualitatem contra-
62 ctus , constat , pactum de stipulando instrumento
non appositum fuisse pro cautela tantùm , sed pro
transferenda perfectione ad tempus stipulationis .
De Luca *de alienat. disc.* 70.

Insuper tempore subscriptionis albarani D. Joseph
erat minor annorum xxv. , & Clericus , Ill. Ducis-
sa erat mulier , & primogenitus Feudatarius : Pri-
mi obligatio egebat Judicis decreto , & confirma-
tione , ne daretur locus quæstioni , an *Const. mino-
rum jurà* etiam Ecclesiasticas personas complectatur.
secundæ regia dispensatione , & tertii regio assensu
63 pro cautela Ill. Ducissæ , D. Dominici , & D. Jo-
sephi , ideò celebrari debebat cum omnibus solemni-
tatibus ad *sapientium consilium* , quibus non adim-
pletis imperfecta est conventio , Rota Rom. *part.* 21
64 *recent. dec.* 520. *nu.* 5. De Luca *de alienat. disc.* 61.
num. 2.

Sed pars ex adverso insurgit dicens , hoc folium ,
sive albaranum executionem obtinuisse per multo-
rum annorum spatio , per legatorum satisfactionem :
Hæc tamen oppositio nimium inanis apparet , quia
primogenitus annuos ducatos 1300. satisfecit non
pro albarano , sed *pro vitalitio* D. *Josephi* , nec nomi-
navit albaranum , quia illud semper impugnavit ,
ut ex instrumento 1718. , & D. Josepho compete-
bat vita , & militia super feudis , & legitima su-
per burgensaticis , quæ erat majoris quantitatis ,
65 quare solutiones magis in aliam , quam in istam cau-
sam debeant imputari ? *l. neque natales* , *C. de pro-
bat. l. non hoc C. unde legitim.* Ruin. *tom.* 2. *cons.* 91.
nu. 20. Surd. *dec.* 221. *nu.* 3. Cyriac. *controv.* 139.
nu. 35. Rot. Rom. *dec.* 135. *part.* 1. *recent. nu.* 13.
& part. 13. *decis.* 14. *num.* 28. *& dec.* 50. *nu.* 9. *&
par.* 16. *dec.* 52. *num.* 7.

Neque opponendi sunt actus a D. Josepho facti
coram olim Reg. Mazzaccarra , quia , quum aliud
non esset , nisi amicabilis arbitrator ex vi ejus De-
legationis sunt nulli . *Cap. venerabilem* , *de offic. De-
66 legat. Cap. cum dilectus de rescript. cui de præbend. Cap.
Pisanis de restit. spoliat. l. diligentes ff. mandati* . An-
charan. *cons.* 108. *num.* 3. Vanti. *in tract. de nullit.*
§. *de nullit. ex defect. jurisdict. delegat. num.* 91. : Sed
re vera hi actus sunt extrajudiciales , & ad majorem
cautelam a D. Josepho formiter revocati in instan-
tiis præsentatis in S. C. , & in M. C. V. , quod opti-
mè

Digitized by Google

mè facere poterat, quia nunquam a primogenito
fuerunt acceptati; imo impugnati. Purpurat. *in l.*
67 *postquam Cod. de pactis*, Gabriel. *lib. 1. comm. conclus.*
tit. de confess. concl. 2. Mascard. *de probat. concl.* 346.
num. 16.

Albaranum non disponit de legato paterno, aut
de vita, & militia, *& l. si pars* 10. *§. illud notissi-*
mum, *l. nihil interest*, *l. adverso §. tutoribus ff. de*
inoffic. testam., & DD., qui docent, illum, qui
voluntatem defuncti per petitionem, & exactio-
nem legati approbavit, non posse testamentum im-
68 pugnare, de querela *inofficiosi testamenti* minime
loquuntur; imò inter eos quæstio acta fuit, an li-
mitari debeat in eo, qui ex ignorantia petiit lega-
tum. Paul. *in l. mater decedens ff. de inoffic. testam.*

Leges autem permittunt post acceptum legatum
non tantum falsum arguere testamentum, sed &
non jure factum contendere. *l. post legatum ff. de iis*,
quæ ut indign. cum Gloss. Paulus *in l. postquam lega-*
tum ff. de petit. heredit. Et differentia querelæ inoffi-
69 ciosi testamenti, & nullitatis est, quia querela est
beneficium juris privati concessum a Lege filio,
præcipuè ut vindicetur ab injuria a Patre per exhe-
redationem accepta, ita ut magis injuriæ, quàm
pecuniæ persecutionem habet, quamquam pecuniam
secum trahat. Cujac. *in l. Papin.* 8. *ff. de inoffic. te-*
stam.; ita ut possit eidem beneficio renunciare, di-
spositionem paternam approbare recipiens legatum
vigore ipsius: Sed nullitas ex solemnitatis defectu
est juris publici, cui nec libens potest privatus re-
70 nunciare, quia de ejus voluntate non pendet testa-
mentum, vel non, quando est falsum, vel non
jure factum; Gloss. *in l. post legatum v. contende-*
re &c. Bartol. *in eadem l.* & Paulus ait in isto casu,
etiamsi scienter accepto legatum, non prohibeor po-
steà dicere nullum, postquam non fuit in mea pote-
state validare.

Superminet omnibus *Comment.* Fabri dicentis:
Quemadmodum testamenti factio est juris publici, *idest*
legibus præsertim XII. *tabularum*, *sine quibus non pos-*
sit homo testari l. 3. *infra qui testam. facere poss.*; *ita &*
71 *validitas testamentorum non aliunde*, *quam a legibus*
pendere solet l. ita institutio 32. *ff. de heredib. instit. Et*
consequenter sicuti nemo potest facere, *quin Leges in suo*
testamento locum non habeant l. nemo potest 55. *ff. de le-*
gat. 2.: *Ita nec in potestate*, *& arbitrio cujusquam le-*
gatarii, *aut alterius esse potest facere*, *ut valeat testa-*
mentum, *quod non valet*, *aut è contra*, *ut non valeat*,
quod valet, *ne alioquin eveniat*, *ut privatorum volunta-*
tes legum authoritate censeantur l. ultim. infra de suis,
& legitimis; *Cum igitur fieri possit*, *ut quis sive per ju-*
ris, *sive per facti imperitiam consecutus sit legatum ali-*
quod ex eo testamento, *quod postea falsum*, *vel injustum*,
& aliqua de causa non jure factum fuisse appareat; *non*
ideò prohibendus est hereditatem petere ab intestato, *for-*
te vel filius sit, *vel proximus agnatus*, *vel alius deni-*
que, *qui ab intestato succedere possit*. Ita quoque in ca-
su fortiori decidit Rot. Rom. *in Romana hereditatis*
de Borrelli 26. *Junii* 1606. *cor. Ludovisio decis.* 271.,
72 in quo post receptionem legatorum potuit testa-
mentum impugnari juxta interpretationem Baldi,
Angeli, & Pauli de Castro *in citat. l. postquam ff. de*
petit. heredit. Præcipue, quia agebatur de impugna-
tione testamenti, non per viam querelæ inofficio-
si, sed per viam nullitatis ejusdem.

Si igitur ex deductis, qui legatum obtinuit, po-
test hereditatem petere *ab intestato*, etiam testamen-
tum impugnando, quare D. Josepho non licebit ad
73 ad successionum legitimam ejus Patris concurrere,
cujus testamentum, non ejus opera, sed heredis
evanuit? In nostro casu absunt obstacula, quæ in al-
legatis casibus occurrunt, tacita scilicet testamenti
acceptatio, ejusque impugnatio acceptanti prohibi-
ta. Primum, quia omittens Primogenitus causam
testatam, hereditatem adiit *ab intestato*, testamen-
tum omninò evanuit, perindè ac Pater ab intestatò
decesserit, intestatus enim est non tantùm qui testa-
mentum non fecit; sed etiam cujus ex testamento
hereditas adita non est. Paul. in *l. intestatus* 64. *ff.*
de reg. jur. *Ulpian. in l. intestati ff. de suis*, *& legit.*
74 Et licet legata ex edicto Pretoris substineantur in
pœnam fraudis ab herede adhibitæ. *l.* 1. *& tot. tit.*
si quis omiss. caus. testam.; attamen quia legatarius
75 interesse non habet in heredis institutione, quæ
est caput, & fundamentum testamenti. *l.* 1. *§. fin.*
76 *de vulgar. l. proximè ff. de his*, *quæ in testam. delen.*
§. ante heredis instit. de legat., ejus factum, & ra-
tihabitio nil conferunt ad testamentum substinen-
dum, quia hoc casu legata solvuntur, & quasi te-
stamento non rescisso, filius tamen succedit ab inte-
77 stato. *Gloss. in Aut. ex causa C. de liber. præterit.* Se-
cundum deficit, idest testamenti impugnatio, quæ
facta est ex opera Primogeniti, non D. Josephi, qui
reducta successione ad causam *intestati*, privari ne-
quit, absque injuria legitima competenti.

Bald. *in l. si pars §. illud ff. de inoff. test.* quærit, an
legatarius post consecutionem legati possit de nulli-
78 tate testamenti dicere, quia heres defecit in solem-
nitatibus infra tempora a statuto præscripta, &
affirmativè respondit, *quia quæstio sumit originem ex*
facto heredis. Jacobus Mandelli de Alba in *cons.* 600.
in casu fortiori omninò videndus mordicus substi-
net, posse testamentum improbari post legati peti-
tionem. Ex omnibus igitur allegatis juribus, in-
stantiam D. Josephi in jure, & in facto fundatam
esse, evidenter apparet.

Compilato termino super præambulo impartito,
& plenè causa in aula discussa, fuit datus terminus
ordinarius super omnibus hinc indè prætensis, &
79 interim ordinatum sequestrum super quarta bono-
rum burgensaticorum parte, etiam, quo ad fructus
penes quem reperiebantur cum ejus obligatione in
forma, quod patet ex process. M.C. Vicar.: His stan-
80 tibus, Partes, prævio publico instrumento, com-
promissum inierunt in personam D. Dominici Cara-
vita, tunc temporis Advocati, cum potestate deci-
dendi, & arbitrandi tam de jure, quam de facto,
qui auditis trium annorum spatio juribus ambarum
partium, tandem ejus edidit laudum, quo co nde-
navit Ill. Ducem Primogenitum ad solvendum in
81 beneficium D. Josephi Episcopi Lyciensis ejus Fra-
tris in satisfactionem omnium prætensionum an-
nuos ducatos 2200. ejus vita durante, & ducatos
7000. pro una vice tantum, videlicet ter mille
promptuariè solvendos, & quatuor mille quando-
cumque, cum correspousione interesse ad rationem
quinque pro centenario in anno 1735.

Adversus hoc laudum primogenito potiùs fa-
vorabile, tria nullitatum capita proposuit: Primo
enim intendebat declarari nullum tanquam contra-
rium scripturis, & decretis in actis existentibus.
82 Secundo tanquam gravamina notabilissima infe-
rens, habito respectu Patrimonii Ill. Ducis Balnea-
riæ D. Francisci. Tertio quod fuerit laudum præ-
dictum prolatum absque cognitione causæ, & cum
notoria læsione; Ideoque executioni non deman-
dandum.

Hæ nullitates in S.C. propositæ, ni causæ studio
fallar, laudi executionem impedire non possunt;
Laudum enim, aut compromissum, aut necessa-
rium, aut voluntarium debet revideri, sine figura
judicii, & sola facti veritate inspecta, neque ejus
executionem aliud impedit, nisi solus dolus ex pro-
83 posito, & reipsa in promptu probatus. *Pragm.* 2.
de arbitris; eoque magis, quando compromissa fiunt
prævio publico instrumento, omnibus clausulis exe-
cutivis vallato, renunciatione remediorum, ex pa-
cto expresso, quod de eisdem cognosci non possit,
nisi data laudo integra, ac totali executione. Ete-
nim licet quesitum sit inter Doctores, an hæc pacta
aditum

Digitized by Google

aditum omnino præcludant appellationi, reductio-
84 ni ad arbitrium boni viri, & nullitatum remedio,
De Marin. *lib.* 2. *resol. cap.* 119. Staiban. *resol.* 167.
Omnes tamen concordant dandam esse laudo promptam, expeditamque executionem; maximè quando nullitates non sunt claræ, & manifestæ ex eisdem actis, itaut ulteriori non indigeant probatione
& hanc esse stylum in judicando servatum ab om-
85 nibus Tribunalibus fatentur Joseph Ludovico *decis.*
27. *nu.* 36. Mastrill. *in decis.* 90. Anton. Meren. *lib.*
21. *contr. cap.* 47. *num.* 8. Card. de Luc. *decis.* 11.
de judic. num. 7. inter nostros Vincent. de Anna *in consil.* 60. Præs. de Franch. *decis.* 50. *num.* 1. Regena Rovit. *cons.* 41. *lib.* 2. *nu.* 10. Consil. Staib. *in citat. cap.* 167. Theodor. *alleg.* 77. *num.* 18. & 111. *vers. sed circumscripta.* Marant. *fin. part.* 6. *act.* 2. *n.* 37.
& 39. Altimar. *in tractat. de nullitat. rubric.* 5. *quæst.*
41. *num.* 10. Marad. *in observat.* 7. *nu.* 47.

Et certum est, quod arbiter poterat judicare secundum jus, & conscientiam quæcumque voluerat, neque ejus decreta antecedenter prolata præjudicant
86 facultati ejusdem, ita ut secundum ipsa debeat laudum dirigere, Surd. *dec.* 185. Franc. Mart. *dec.* 466. Anna *singul.* 113. Capyc. Latr. *consult.* 70. *num.* 6.

His præmissis respondetur nullitatibus à Primogenito productis, & quoad primam, quod scilicet laudum sit contrarium decretis publicisque scripturis in actis existentibus, nullius esse roboris fatendum est; quia si hoc veritati niteretur, probaret, quod Ill. Dux, licet D. Josepho conjunctus in gradu a Regia Pragmatica expresso, habens pro se jura tam clara, ad compromissum non posset adstringi;
87 non vero quum compromissum acceptaverit, laudum esse nullum; Primò quia quilibet potest juri suo renunciare; Secundò quia eum compromissum juxtà doctrinam Bartol. *in l. si societatem §. arbitrorum ff pro socio, & in l. qui fuit §. si jussu ff. de his, qui not. infam.* Emmanuelis Valeron. *tract. de trans-*
88 *fact. tit.* 2. *qu.* 4. *num.* 8 Camill. Borrell, *tom.* 1. *sum. tit.* 63. *de compromiss. num.* 5. sit vera, licet imperfecta transactio, ab eo indubiè remanet facta novatio actionis nascentis a sententia, & ab instrumentis, *l. ut responsum C. de transact.* Capyc. Latr.
89 *consul.* 79. *num.* 7. Rovit. *in Pragmat.* 1. *de arbitr. num.* 41. Mascatell. *Gloss. gradum in pr. addit. n.* 7.
& 8. Maradei *in obser.* 7. *sup. Pragm. n.* 7. Altimar. *tract. de nullitat. sent. rubr.* 9. *qu.* 16. *num.* 26. Surd. *dec.* 185. *num.* 12. & 14. *&c.*

Quænam tamen sunt hæ scripturæ, & decreta, in quibus arbitri manus intingere non licuisset? Si de illis in S. C. factis, omnia sunt interlocutoria, & Ill. Duci contraria, quia D Josepho viam aperuerunt, ejus jura experiendi; & successio intestata fuit semper reservata; Si de illis M. C. V. cæci vident etiam utilitatem D. Josephi. Quoad scripturas vero *Prag.* 4. *de dilat.* §. 10. permittit nul-
90 lam dicere sententiam contrariam scripturæ publicæ, authenticæ, & in actis præsentatæ, sed contrarietas debet esse *clara, & evidens*, quod dici non potest de testamento, & albarano, quæ termino ordinario subjecta fuerunt, Merlin. *cap.* 2. *lib.* 2. *nu.*
8. Petra *in rit.* 181. *nu.* 20. Altim. *de nullit. sent. rubr.* 9. *qu.* 16. *nu.* 14. Maradei *observ.* 7. *num.* 9. Galeot. *tom.* 1. *controv.* 53. *n.* 17.

Ceterum si laudum sit nullum, quia testamentum, & albaranum perfectæ executioni non demandavit, injustissima fuissent decreta S. C., & M. C. V., quibus instantia Ill. Ducis termino ordinario provisa fuit, & meridiana luce clarior res est, Ju-
91 dicis potestatem restrictionem esse illa arbitri, notissimumque est consilium datum bonam foventi causam a Seneca *cap.* 7. *lib.* 3. *de benefic.* ab Annæo Robert. relatum *cap.* 7. *lib.* 1. *rer. judicat.*, & a Camill. Borrell. *in suum decis. tit.* 63. *de compromiss.*
nu. 42. his verbis: *Ideò melior videtur conditio causæ bonæ si ad Judicem, quam ad arbitrum mittitur; quia*
92 *illum formula includit, & certos, quos non excedat terminos, ponit: Huic uber, & nulla adstricta vinculis religio, & detrahere aliquid potest, adiicere, & sententiam suam, non prout lex, & justitia suadet, sed prout suadet immunitas, aut misericordia, regere.*

Neque sustinetur secunda nullitas, quod habito respectu ad vires patrimonii læsionem enormissimam laudum contineat. Primò quia juxtà magis favorabilem sententiam laudi executio impediri non potest, nisi remedio nullitatum, quæ ex iisdem actis surgunt, neque altori indagine, extrinsecaque pro-
93 batione indigeant, Theodor. *alleg.* 77. Marant. *par.* 6. *prax. art.* 2. *num.* 36. Montan. *controv.* 57.; eoque magis, quando compromissum prævio publico instrumento initum fuit, Rovit. *cons.* 51. *to.* 2. *num.* 10. Card. de Luca *disc.* 11. *de judic. num.* 6. & 7. Marad. *observ.* 7. *Prag.* 1. *de arbitr. num.* 74.

Sed relicto ordine judicii, licet indispensabili, ad justitiam transeamus; D. Joseph non tenebatur coram arbitro scripturas exhibere opulentiam paterni patrimonii probantes, quia illam ignoret? quis feuda, quis burgensatica, quis stabilia, quia
94 semoventia? Ut jura D. Josephi revera paterent, opus erat bonorum valorem, & pretium liquidare, quod fieri debebat prævio appretio, & dispendio majori, quod exigebat amicabilis compositio; sufficiens tamen judicium factum fuit ab arbitro exhibitione computorum Rationalium domus, pretio emptionum &c. neque debita hereditaria læsionem inducebant, quia non liquidata, & eorum multissima erant supposita, & illiquida, ut in facti allegatione constabat, quod brevitatis studio libenter omitto: non est tamen prætermittenda oppositio facta a Primogenito, quod ex inventario facto in anno 1724. appareat læsio; sed inanis est, quia pri-
95 mogenitus adiit hereditatem paternam in anno 1751. neque requirebatur præambulum, quia aditio surgit ex sola immixtione, & hereditariorum bonorum possessione, & dubitatur tantùm, an aditio fuerit *ex testamento, an ab intestato*;
96 Utcumque sit, quid prodest inventarium factum in anno 1724.? Inventarium probat existentiam, & qualitatem bonorum, non valorem, qui a perito
97 debet explicari, & heres tenetur solum describere bona, Rot. *Rom. par.* 16. *recent. dec.* 83. *nu.* 6. & *dec.* 382. *par.* 19. multoque minus contra tertium probat, Bartol. *in l. Tutor. qui repertorium ff. de admin. Tutor.* Capyc. *dec.* 107. Mascard. *conclus.* 938. *num.* 9 Bursatt. *cons.* 9. *n.* 25. *lib.* 1. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 2. *num.* 7.

Et adversarius dicens, quod arbiter debebat terminum ordinarium impartiri, ut fecit olim Reg. Mazzaccara, cum auctoritate *Card. Tusci*, & *Sabell.*, confutatur a lectura compromissi, Borrell.
98 *tit.* 63. *summ. dec. n.* 162. & 363. Marcia. *cons.* 4. *tom.* 2. *num.* 5. Ex omnibus igitur allegatis D. Joseph confirmandum esse laudum a S. R. C. sperat.

Hæc causa juxta allegata, fuit decisa in Banca
99 Culloli penes Scribam Imbrognum, referente Sapientissimo D. Consiliario D. Jo. Antonio Castagnola.

Et hæc in materia præambulorum adnotare, & observare censui, de quibus ultima Regia Pragmatica minime locuta est, præterquam de dirictibus ab Actuariis exigendis pro eorundem expeditione, E. G.

§. V. Per la Vicaria Civile. *num.* 22.

100 XXII. *Sentendosi infinite doglianze per gli esorbitanti dritti, che si prendono dagli Attuarj di Vicaria per la spedizione de' decreti de' Preamboli, volendo esiggere a misura della maggiore, o minore opulenza dell'eredità, ordiniamo perciò, che per li diritti non si possa esiggere più di quello stà tassato nella pandetta della Vicaria, che si conserva dal Segretario.*

✠ 101 Solet insuper M. C. V. decretis præambulorum

rum de hereditatibus Neapolitanorum, aliorumque bona intra diſtrictum Neapolis habentium hanc clauſulam adponere: *ſalvis juribus, quæ pro medietate bonorum antiquorum agnatis competunt*; Pro huius intelligentia breviter animadvertendum eſt, in hac Civitate circa bonorum ſucceſſionem duas extare conſuetudines, unam ſcilicet *ſi quis, vel ſi qua de ſucceſſionibus ab inteſtato*, de qua cap. ſeqq.; alteram vero *de ſucceſſionibus morientis ſine filiis ex teſtamento*, quæ ſic diſponit. *Et ſi teſtator filios, ſeu liberos, & deſcendentes ex eis in infinitum non habet, poteſt de bonis paternis, & maternis, & aliis ab agnatis, & cognatis ſibi obvenientibus diſponere, juxta velle uſque ad medietatem ipſorum bonorum; reliqua autem medietas perveniat ad proximiores agnatos, prout in capitulis de ſucceſſionibus ab inteſtato dictum eſt: de bonis vero per eum adquiſitis poteſt diſponere pro arbitrio voluntatis.*

Ut ergo quis valeat bonorum antiquorum medietatem vigore conſuetudinis conſequi, plura in judicio probare opus eſt, videlicet: ſe eſſe agnatum, vel cognatum, & proximiorem: bona hereditaria eſſe antiqua, & quod ab ſua ipſius linea obvenerint, eaque ſint in hujus Civitatis diſtrictu ſita. Quibus omnibus probatis, ſervatiſque ſervandis, ſequens interponitur decretum: *die--- Neapol. Per M.C.V. viſis petitione fol.--- informatione capta fol. --- citatione per edictum fol. --- ac omnibus actis, fuit proviſum, & decretum, prout M.C. declarat medietatem bonorum antiquorum infra hujus Civitatis diſtrictum ſitorum, & conſuetudini ſubjectorum in hereditate quond. T. de T. remanſorum, ſpectare, & ſpectaviſſe T. de. T. agnato proximiori, proinde dictus T. de T. immittatur in poſſeſſionem pro medietate bonorum antiquorum in actis deductorum. Hoc ſuum &c.*

✠ 102. In Regno forjudicatorum bona, nullis extantibus aſcendentibus, vel deſcendentibus, in fiſci ærarium deſcribuntur; qui ſi extent, & ſint tertio gradu conjuncti, cum fiſco pro æquali portione admittuntur, ut ex *conſtit. Forjudicatorum bona*, patet. Neapolitani tamen ſpeciali privilegio fruuntur eis conceſſo per Regem Catholicum anno 1515., ut eorum bona propter forjudicationem non publicentur, ſed filiis, agnatiſque cedant, ut *ex regni cap. 14.* Merito igitur factum eſt, ut in noſtris Curiis habito pro mortuo forjudicato, in beneficium legitimorum ſucceſſorum præambuli decretum interponatur; addita tamen cautione *de reſtituendis bonis ſuperveniente gratia Principis, vel in irritum facta forjudicationis ſententia. Xav. Grat.*

A D C A P. II

De Præambulis ab inteſtato, & cum beneficio Legis, & inventarii.

1. *Quid probandum pro obtinendo præambulum decedentium ab inteſtato.*
2. *Septem Teſtes de auditu æquivalent duobus de viſu.*
3. *Teſtes quid deponere debent?*
4. *Formula præambuli ab inteſtato.*
5. *Formula præambuli in beneficium nepotum.*
6. *Formula præambuli in beneficium Monacorum.*
7. *Actio directa ſuccedendi competit Monaco, utilis Monaſterio.*
8. *Filiis abſentibus debet reſervari portio in decreto.*
9. *Formula dicti decreti.*
✠ 10. *Formula præambuli ab inteſtato vigore conſuetudinis neapolitanæ.*
11. *Infra quod tempus debet heres inventarium conficere?*
12. *Quomodo bona deſcribenda ſint?*
13. *Mulier, ruſticus, & aliæ perſonæ privilegiatæ reſtituuntur adverſus inventarium non confectum, vel non rite factum.*
✠ 14. *Filius, vel alius cui legitima debetur, eam non amittit, ſi inventarii confectionem omiſerit.*
15. *Major etiam reſtituitur ex clauſula generali.*
16. *Dictæ cauſæ quinque ſunt: ſi pro parte hereditatem adivit.*
17. *Si teſtator bona hereditaria deſcripſerit.*
18. *Si creditores malitioſe poſtmodum comparuerunt.*
19. *Si ex juſta cauſa nequiverit heres inventarium conficere.*
20. *Si antecedenter a Judice fuerint bona hereditaria deſcripta.*
✠ 21. *Heres cum beneficio legis, & inventarii obligans ſe proprio nomine, & in ſolidum juvatur beneficio inventarii.*
✠ 22. *Heres gaudet beneficio ceſſionis bonorum.*
23. *Milites quoque excuſantur.*
24. *Heres in feudalibus etiam inventarium tenetur conficere.*
25. *Formula inventarii heredis feudatarii.*
26. *Formula Banni.*
27. *Formula notificationis ejuſdem.*
28. *Formula alterius Banni pro tempore inventarii conficiendi.*
29. *Formula affictionis, & defictionis ejuſdem.*
30. *Formula deſcriptionis bonorum feudalium, & burgenſaticorum.*
31. *Formula deſcriptionis creditorum, & debitorum hereditatis.*
32. *Formula mandati procurationis ſpecialis pro inventario conficiendo.*

IN præambulo decedentium ab inteſtato probanda
eſt ab herede mors aſcendentis non ſolum cum fi-
1 de Parochi, ſed etiam per duos teſtes de viſu, & in
illorum defectum per ſeptem teſtes de auditu, ſive
publica voce, & fama, qui in hoc numero illis de
2 viſu æquivalent. Dicti teſtes debent deponere,
quod T. ſit filius ſuperſtes, vel plures, ſi adſint,
& quod natus ex T. de T. mortuis, ſcientiæ cau-
ſam allegantes, quia concives, vicini, cohabitan-
3 tes &c. & quod T. de T. cum T. de T. reputaban-
tur ab omnibus legitimi conjuges, Odofred. *in l.
Carbonianum, C. de Carboniano edicto.*

Capta dicta informatione interponitur decretum præambuli ab inteſtato, prout ſequitur.

In cauſa interpoſitionis decreti præambuli ab inteſtato qu. T. de T. petiti pro parte T. de T., ut ex actis.

4 *Die . . . . Per M.C.V. viſis comparitione fol. . . . .
teſtium depoſitionibus fol. . . . ., ex quibus conſtat, T. de
T. eſſe mortuum, & eccleſiaſticæ ſepulturæ traditum;
fuit proviſum, & decretum T. de T. fore, & eſſe de-
clarandum, prout præſenti decreto declaratur here: uni-
verſalis, & particularis qu. T. de T. ab inteſtato cum
beneficio Legis, & inventarii, & ad ſuccedendum in
omnibus bonis in hereditate prædicti T. de T., mobilibus,
mobilibus, ſtabilibus, auro, & argento, actualligentiis,
debitorum nominibus cum facultate exigendi credita
etiam per medium Banci, ac quaſcumque obligationes in-
cuſandi, ſive hereditaria inſtrumenta liquidandi virtu-
tus M. C. V., aliaque faciendi, quæ citra jus, & no-
men hereditarium fieri non poſſunt.*

Si adſint fœminæ additur in decreto: *cum onere dotandi T. de T. ſororem, vel ſoror. &c.*

Si adſint nepotes ex filio præmortuo una cum patruo dicitur. E. G.

5 *Die . . . . Per M. C. V. viſis comparitione fol. . . . .
interponatur decretum præambuli ab inteſtato quondam T.
de T. in beneficium T. de T. ejus filii pro una ex duabus
portionibus, & in beneficium T. de T. prædicti qu. T.
de T. nepotis ex perſona T. de T. filii præmortui pro alia
parte, ſalvo jure cujuslibet reſpectu clericorum, tam in
judicio univerſali, quàm in judicio particulari.*

Si heres ſit Monacus in Religione ſucceſſionis capace, fit decretum E. G.

*Die . . . . Per M. C. V. viſis comparitione fol. . . . .
6 teſtium depoſitionibus fol. . . interponatur decretum præ-
ambuli qu. T. de T. ab inteſtato in beneficium Venerabi-
lis Monaſterii T. ex perſona Reverendi Patris T. de T.
ſalvo jure cujuslibet in judicio univerſali, & particula-
ri &c.*

Dicitur in decreto ex perſona Rev. T. de T., quia

actio

actio directa succedendi competit Monaho, non Monasterio, quod tantùm utilem habet, ita communiter
7 DD. in l. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst. Bald. in Auth. ingressi, C. de Sacros. Eccles. Montan. controv. for. 20. num. 13. ad 16., non obstante opinione Canonistarum *in cap. præsentia extra de Prohibit.*

Si aliquis filiorom sit absens, vel alii compareant ad petendum præambulum, alii verò non, tunc pro
8 præsentibus interponitur decretum, & absentibus reservatur provisio facienda, quibos jura a Judice salvantur, *l. servum quoque 33. §. ex contrario ff. de Procur. & l. hoc edictum 1. ff. de negot. gest.*

Formula enunciati decreti.

D*Ie.... Per M. C. V. visis comparitione fol..... testium depositionibus fol..... interponatur decre-*
9 *tum præambuli qu. T. de T. ab intestato in beneficium T. de T., & T. de T. pro duabus ex tribus portionibus, salva provisione facienda pro tertia portione in beneficium T. de T., quando ipse, vel ejus persona legitima comparuerit &c.*

✠ 10 Quoniam hujus regni leges, quæ de intestatorum successione loquuntur non parum differunt a jure consuetudinario hujus Civitatis, factum inde est, ut hæc diversa succedendi ratio, aliam exhibeat decreti præambuli Praxim, scilicet: *die --- per* M. C. V. *visis comparitionibus fol. --- citatione per edictum fol. -- testium depositionibus f. - interponatur decretum præambuli qu. T. de T. ab intestato pro medietate in beneficium A. de B., & pro alia medietate in beneficium A. de C. in bonis extra districtum hujus Civitatis; in bonis vero intro districtum hujus Civitatis consuetudini subjectis obuentis d. qu. T. de T. ex parte N. N. Patris in beneficium prædicti A. de B. cum onere dotandi sororem, sororesve; in bonis vero eidem perventis ex parte N. N. matris in beneficium prædicti A. de C. cum onere similiter dotandi sororem. Hoc suum &c.* Hujus decreti praxis descendit ex *cons. si quis, vel si qua de succes. ab intestato, quæ sic se habet: si quis, vel si qua ab intestato decesserit, filiis, seu liberis, legitimis non extantibus, tunc proximiores ex parte patris succedunt in bonis omnibus defuncti, præterquam in bonis, quæ obvenerunt ei defuncto a matre, vel ab aliquo ex linea materna, in quibus proximiores ex parte matris succedunt.* Qualis autem succedendi ordo in bonis paternis, maternisque servari debeat, & quæ requirantur ad cognoscendam qualitatem bonorum in hereditate ultimi defuncti remansorum, consule Josephum Sorge *emul. forens. tom. 6. cap. 16. num. 8. Xav. Grat.*

Adita hereditate cum beneficio Legis, & inventarii, debet bona heres adnotare, & inventa-
11 rium conficere infra trimestre a die aditæ, & captæ possessionis hereditatis, non verò a die interpositi decreti præambuli; & hoc probat in praxi, Capyc. Latr. *dec.* 129. *tom.* 2. *num.* 4. 15. 16.

Bona describenda sunt in inventario numero, pondere, mensura, qualitate, & quantitate; ita fru-
12 mentum, oleum, vinum mensuratur, argentum, cuprum, aliaque ponderantur; Gemmas vero æstimandas esse probat Roland. a Valle *in tract. de inventar. quæst.* 110. Cancer. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 2. *de inventar. nu.* 53. Staib. *resol.* 93. *cent.* 1.

Mulier, Rusticus, aliæque personæ privilegia-
13 tæ restituuntur adversùs inventarium non confectum, vel non ritè factum, justa urgente causa, ut si mulier sit virgo, vidua, pauper, vel in claustro detenta, aliave, &c., Thor. *in compend. dec. par.* 3. *V. Mulier heres instituto a fratre, & in supplement. v. restitutio in integrum conclus.* 289. *n.* 81.

14 ✠ Et si heres fuerit filius, vel alius, cui legitima debetur, & inventarii confectionem omiserit, non per hoc legitima privatur; prout perbelle firmant Card. de Luca *de legit. & detract. discurs.* 25. *num.* 6. Capyc. Latr. *cons.* 131. *num.* 37., & Reg. Rovitus *cons.* 95. *Xav. Grat.*

Verùm etiam major ex generali clausula, *si qua*
15 *mihi justa causa*, potest restitui ad inventarium non confectum, quæ causæ quinque numerantur. E. G.

Prima est, si heres hereditatem adivit pro dimi-
16 dia, tertia, aut quarta parte, quando ei plus, vel integre spectabat, Verall. *par.* 2. *dec.* 68. *num.* 85 *rubr.*

17 Secunda, si bona hereditaria descripta fuerunt a Testatore in ejus ultimo testamento, Puteu. *dec.* 404. *num.* 6.

18 Tertia est, si hereditas apparebat pinguis, & lucrosa, & existimabatur, non adesse creditores, qui latentes postmodum comparuerunt; excusari debet heres, ne sit in damno, qui credebatur in lucro, Rubeus *in adnot. ad dec.* 1. *Rot. Rom. par.* 8. *recent. num.* 80. *in anno* 1641.

19 Quarta est, si heres obtinuerit decretum præambuli cum beneficio legis, & inventarii, quod conficere, vel complere nequivit justa ex causa, bello, peste, &c., quia his casibus non supponitur fraus in herede, Prævidell. *tract. de peste, & ejus privileg.* Marchin. *tract. de bello divino.* Ripa *tract. de peste, & remediis ad eam curandam &c.*

Quinta est, si antecedenter a Judice ad creditorum
20 instantiam, sive alia de causa descripta fuerunt bona hereditaria, Giazarell. *dec.* 54. *nu.* 4.

21 ✠ Heres, qui hereditatem adivit cum beneficio legis & inventarii non teneri ultra vires hereditarias pro debito defuncti proprio, privato, & principali nomine, modo tamen expresse beneficio inventarii non renunciaverit, decisum fuit junctis aulis a S. R. C. hoc modo videlicet: *Congregato S. R. C. --- fuit provisum & decretum heredem cum beneficio legis, & inventarii obligatum pro debito defuncti etiam proprio, & principali nomine, & in solidum sub quibusvis aliis clausulis, non teneri ultra vires hereditarias, nisi expressa, & specialis renunciatio beneficii inventarii prædicti interveniat, cum obligatione satisfaciendi ultra vires hereditarias. Verum facta discussione inventarii, executio etiam fiat in bonis propriis, & de persona, quatenus ad eum pervenerit de bonis hereditariis. Hoc suum &c.* Videsis Reg. Sanfel. *tom. decis.* 212. *n.* 18. *Xav. Grat.*

22 ✠ Pro complemento notandum est heredem, qui hereditatem adivit absque inventario, miserabili beneficio cessionis bonorum gaudere posse, *l. ult. §* 14. *C. de jure deliber.*, cum enim heres in universum jus defuncti succedat, inde sequitur, quod sicuti defunctus, ita & heres bonis cedere valet. X. G.

23 Milites, quibus jura in omnibus summopere favent, excusantur ob requisitas solemnitates in inventario ab eisdem non servatas, *l. fin. Cod. de jur. deliberar.* Georg. Acac. Encuhelius *de privileg. militiæ, &c. lib.* 2. *cap.* 17.

Heres in feudalibus quoque tenetur inventarium
24 conficere, & in eo adnotare omnia bona feudalia, & burgensatica, cujus formula videbis modo, quo subnectam. E. G.

Inventarium omnium bonorum remansorum de hereditate, & post mortem quond. Ill. Ducis ..... ut infra &c.

D*Ie 21. mensis Aprilis 1738. Murroni, & coram opportunis &c. A preghiere a noi fatte per parte del magnifico Dott. T. de T. commorante: ed accasato in questo predetta Terra di Murrone Procuratore* signanter *alle cose infrascritte dell' Eccellentissima Signora D. Te-*
25 *resa .... Vedova del quondam Illustre Signore D. Gio: Francesco.... olim Duca di detta Terra, e Madre, Tutrice, ed Amministratrice dell' Eccellentissimo Signore D. Giacinto .... suo figlio primogenito, D. Carlo, e D. Mario .... similmente suoi, e del fudetto quondam Illustre Signor D. Gio: Francesco .... Figli, ed eredi* ab intestato, *cioè detto Eccellentissimo Signore D. Giacinto primogenito nelli beni feudali, e nelli burgensatici detti Eccellentissimo Signore D. Giacinto con detti Illustrissimi Signori D. Carlo, e D. Mario, così dichiara-*

ti in virtù di decreto di preambolo spedito per la G.C. della Vicaria in Banca del magnifico Attuario Nicola .... sotto il dì 20. del mese di Decembre del caduto anno 1737, *in virtù di mandato di procura per* Epistolam, *rogato per mano di me Notaro sotto il sudetto dì* 21. *d'Aprile dell' anno* 1738., *quale originalmente si conserva nel presente atto, ed appresso s' inserirà &c. personalmente ci siamo conferiti questo sudetto giorno* 21. *del corrente mese di Aprile del corrente anno* 1738. *giorno di Mercordì ad ore* 22. *avanti la porta della Parrocchial Chiesa di S. Michele Arcangelo di detta Terra, ed ivi giunti, il detto magnifico Antonio in detto nome ha asserito, come li mesi passati, e proprio sotto il dì* 25. *del mese di Novembre del cadato anno* 1737., *quando passò da questa a miglior vita il detto Illust. Signor D. Gio: Francesco ab* intestato; *dubitando, che le ragioni, che li sudetti Eccellentissimi Sign. D. Giacinto, D. Carlo, e D. Mario suoi figli, ed eredi hanno, e tengono sopra l'eredità di detto quondam Illustre Signore D. Gio. Francesco loro padre, non si confondessero, e restassero quelle defraudate, ed acciò non fossero tenuti de* propio; *Ha determinato la detta Eccellentissima Signora Vedova D. Teresa nel nome sudetto detta eredità adire col beneficio della legge, ed inventario, e per tale effetto è comparso in detta G.C. in detta Banca, è fatta istanza esserle lecito fare detto inventario, per decreto del Signor Giudice .... è stato ordinato, che alla Vedova Eccellentissima Signora D. Teresa in detto nome sia lecito quello fare. E per l' effetto predetto sono stati spediti bandi, e citazioni per li certi, ed incerti creditori, e quelli emanati per li luoghi soliti in dette citazioni, e bandi descritti, che in detto dì Mercordì* 21. *del corrente Aprile alle sudette ore* 22. *si ritrovassero avanti la porta sudetta della sudetta Parochial Chiesa per vedere il sudetto atto di adizione, conforme dal sudetto bando, e relazioni in piedi di essi descritte, li tenori delli quali bando, e citazioni in quest' atto si conservano, ed appresso s' inseriranno; Ed essendo le sudette ore* 22. *giorno di Mercoledì* 21. *del mese di Aprile del corrente anno* 1738., *in detto luogo aspettato, se forse comparisse alcuno, che pretendesse avere interessi sopra detta eredità, non è comparsa persona veruna; E volendo detto magnifico Antonio nel nome sudetto procedere* formiter, & legitimè *all' adizione di detta eredità, e confezione di detto inventario, ha dichiarato, e dichiara col nome sudetto colle riserbe di detto bando, e citazioni contenute, in virtù del presente, che li sudetti prenominati Eccellentiss. Signori D. Giacinto, D. Carlo, e D. Mario vogliono essere eredi di detta quondam Illustre Signore D. Gio: Francesco loro padre in virtù di detto decreto di preambolo a loro beneficio spedito, col peso di dotare le loro sorelle sopra tutti, e qualsivogliano beni feudali, e burgensatici* respectivè, *ragioni, entrate, dovunque siano site, e poste, seu situate, e poste, ed in qualsivogliano luogo consistentino, con detto beneficio della legge, ed inventario, colla riserva della deduzione, e restituzione di qualsivogliano ragioni, che a detto Eccellentiss. D. Giacinto, D. Carlo, e D. Mario suoi figli, ed eredi, di detto quondam Ill. D. Gio: Francesco sopra detta eredità, per qualsivogliano cause li competano, e possono competere, a consiglio del loro Savio, acciocchè le loro ragioni, che hanno, e tengono, non si confondano, e siano tenuti* ultra vires *di detta eredità, con riserbarsi le ragioni senza pregiudizio alcuno.*

Li tenori di Bando, e citazioni sono tali, cioè:

CAROLUS DEI GRATIA
Utrinsque Siciliæ Rex, Hispaniarum Infans, Dux Parmæ, Placentiæ, Castri &c. ac Magnus Princeps hereditarius Hetruriæ, &c.
Nicolaus Cajetanus Aquilæ Aragoniæ &c. Dux &c. ac Magnus Regni Justitiarius &c. Regens, & Judices M. C. V.

B*Ando, e commandamento da parte della Gran Corte della Vicaria, e del gran Mastro Giustiziero di quella, e del presente Regno; E perchè li mesi passati, a pro-*
16 *in l. qui testam. §. Mulier ff. qui testam.* libenter sua-
debatur ex simplici apoca de recepto, tum quia
minime credebat oegandas cautelas ab ejus affini-
bos, quas ipsimet subscribebant, tum denique
quia in illis locis exigunt Notarii directus excessivos
pro qualibet simplici scriptura, ut accidit D. An-
toniæ, quæ pro copia Testamenti ejus viri ducatos
viginti Notario solvere coacta fuit, *fol.* 178.

Nec insuper obstat, quod apocha ducatorum 104.
ad complementum ducatorum 114. non sit facta in
beneficium dotantis, & a Viro, sed a D. Nicolao;
etenim quoad primam partem commune est axio-
ma: Qui per alios facit, per se ipsum facere vide-
tur: & bene tollitur obligatio dotantis, quoties
ejus debitum solvitur a suo debitore. Quoad secun-
dam partem non mirum, quod fuerint soluti fratri
Viri, tum quia ipsi fuit delegata hæc exactio,
tum quia ipse etiam subscripsit pacta nuptialia, &
se debitorem in solidum cum Viro constituit in re-
ceptione ducatorum mille, tum denique, quia
hodie est Tutor testamentarius Pupillæ ejus Neptis
filiæ quondam Josephi Antonii.

17 Sed etiam dato, quod hæ summæ non essent sa-
tisfactæ, neque apparerent apocæ de recepto, etiam
heres teneretur ad solutionem ducatorum quingen-
tum, complementum dotium D. Antoniæ: Nun-
quam enim in jure in dubium revocatum fuit,
dotem non exactam, aut Viri negligentia, etiam
levi deperditam, in omni dissolutionis casu dota-
tæ restituendam esse *Text. in l. si extraneus* 34.
ff. de jure dotium; ubi *imputabitur marito, cur
enim non convenerit maxime si ex necessitate, non ex
voluntate dotem promiserat; nam si ex voluntate
utrumque parcendam marito, qui eum non præcipita-
vit ad solutionem, qui donaverat*. De quo Textu
differens Cujac. *num.* 6. *ad §. quoties culpa Viri ac-
cidit lit.* D. dicit *Benignitatem, quam in alio im-
portune, & inconsulto exercuisti in fraudem meam,
hanc solam tibi vitio vertere possum; Unde divortio
facto a marito, recte mulier imputabit marito, cur
dotem maturius non exegerit ab extraneo, qui com-
promiserat, & datum ab eo repetet perinde atque si
eam exegisset, culpa pro exactione est*.

Et licet *Textus* limitetur ab Ursillo *ad Afflict.*
in *decis.* 242. *num.* 2., a Regent. de Marin. *cap.*
14. *resolut. lib.* 1. *num.* 3., *&* a Præsid. de Franch.
decis. 424. *num.* 3., qui concorditer sustineut,
quod si dos non exacta constituta fuerit ab ipsa
18 muliere, aut ab ejus Patre, hoc casu dilatio,
quam dat maritus mulieri, aut Socer in dotis
exactione, retorqueri non debet in ejus damnum;
quod magis ampliatur, si facile exigi non pote-
rat absque notabili damno debitoris; Verum enim
verò ubi mariti mora versatur in heredes dotan-
tis, quibus non transit beneficium *l. si extraneus*,
ut ex relat. de Franch. d. decis. num. 5.; tunc mo-
ra, & negligentia imputatur marito, & conse-
quenter mulier dos non repetita, aut omissa re-
stituenda venit.

Quod si in casu præsenti D. Antonia non fuit,
quæ se ipsam dotavit, neque fuit ejus Pater, qui
dotem constituit, sed illa ab Anna Galiano pro-
missa fuit Tutrice Benedicti Gratioli, quæ neces-
sario tenebatur eam dotare, attenta *Textus* dispo-
19 sitione, quomodo evitari poterit dotis solutio
ab herede Josephi Antonii in beneficium D. An-
toniæ pro integra summa ducatorum 800. minime
exacta ob negligentiam sui Viri, qui nullam de-
bebat conniventiam habere erga dotantem tem-
pore, quo Tutrix erat, & Benedictum, ut Pa-
tris heredem, cujus nomine fuit dos promissa?
Si insuper post triennium concurdatum in capi-
tulis, & terminatum in mense Februarii 1725.,
supervixerit Joseph Antonius usque ad mensem
Octobris 1728., poterat hoc tempore in jus vo-
care Benedictum jam majorem factum, solutio-
nisque compotem, indubie quidem dotis residuum
satisfactum esset: igitur aut persona Galianæ,
aut Gratioli hereditario nomine consideretur,
nil prodest Textus beneficium, certum est vo-
luntariam dilationem dotis promissori a Viro
concordatam præjudicare juribus D. Antoniæ mi-
nime

nime posse ; omni igitur jure condemnari debet
heres Josephi Antonii ad solutionem ducatorum
octincentum, etiamsi nullam summam recepisset.
In secundo capite ostendebat D. Antonia tene-
ri heredem Josephi Antonii ad solutionem an-
tefati constituti pro tertia parte integrorum
dotium ducatorum 1800 ,pro quibus ad assigna-
mentum in beneficium ejus D. Antoniæ teneri.
Quomodolibet decidatur a S. C. articulus ante-
cedens , aut heres Anna Theresia ad integros
ducatos octincentum vigore dicti Textus expres-
se condemnetur, aut decidatur teneri ad solven-
dam summam , quæ realiter appareat exacta ex
apocis verificatis ; semper tamen ad integrum
antefatum in capitulis constitutum pro tertia
20 parte promissarum dotium , licet non integre
exactarum tenetur, Salicet. in *l. constante Cod. de
donat. ant. nupt.* ex ratione : *Quia ex sola promis-
sione mulier dicitur dotem habere l. cum poss. §. 1.
vers. si vir ff. de administr.* Tut. *& C. de rei
uxor. action.* cum paria sint dare , & promittere
l. finali in fine C. ad l. f.kid. Et fides , quæ a
marito dotante præstatur respectu dotis promis-
sæ , eundem gignit effectum , ac si dos soluta
fuisset , Ang. *l. in simil. instit. de rer. divis. &
l. & vendidi ff. de contrab. emption.*, & a marito
uxori non alia de causa constituitur antefatum ,
nisi in meritum pudicitiæ , & virginitatis, Sylv.
nupt. fol. 73. *v. Divini non est nubendum.*
Sed prætermissis enunciatis doctrinis , & ra-
tionibus certum est , antefatum integre deberi,
quamvis dos promissa non integre soluta sit ,
quoties pro certo tempore promissa fuit ob mor-
tem viri , nec dos satisfacta ; etenim non mulieri
imputatur , quod ante terminum dos non fuit
satisfacta , quando vir sponte concessit dilationem
21 illam solvendi infra certum tempus , quod re-
spicit commodum mulieris , non Viri , ut in ter-
minis decisum pluries fuisse a S. C. testatur Af-
flict. *dec.* 332. Ursill. *ad Afflict. in fine*, Georg.
alleg. 35. Ricc. *collect.* 87. Rovit. *cons.* 50. Roc-
co *resconf.* 39. *lib.* 2. & plenius Staib. *obser.* 1. *de
interesse anteph.*
Si igitur integre debetur antefatum dotium
constitutarum moriente Viro in termino præfixo
in capitulis respectu solutionis dictarum dotium,
quanto magis debetur, quoties maritus vita de-
ficit post terminum præfixum ; neque habuit di-
ligentiam in dotis exactione , ut in præsenti ca-
su , pro quo omnes DD. unanimiter scribunt
Textui *Legis si Extraneus* nixi ; ideoque ulterius
progrediendo , credo etiam , quod prætentio D.
Antoniæ pro assignamento dicti antefati in hac
Civitate , valde rationabilis sit ; & æquitati con-
22 sona , quippe si est in electione Viduæ , vel re-
cipere interesse antefati ab heredibus sui Viri ;
vel prætendere proprietatem cum fidejussione eam
restituendi ipsis heredibus , ob Tex. in *l.* 2. *de
usufr. earum , quæ usu consum.* ; cum sit semper
in ejus voluntate exigere proprietatem , quamvis
inceperit exigere interesse juxta normam tot de-
cisionum S. C. relatarum a Præsidente de Franch.
decis. 472. *num.* 42. a Capyc. *decis.* 64. & ab aliis
authoribus relatis a Staiban. *qu.* 3. *de interesse
antef.* Multo magis ob æquitatem in præsenti
casu condemnari debent heredes Josephi Anto-
nii Liotti ad faciendum assignamentum in hac
Civitate in beneficium Antoniæ habitantis in hac
eadem Civitate ad evitandum incommodum con-
tinuò litigandi.
In tertio capite demonstrabatur , deberi D. An-
toniæ interesse dotium , & antefati a die obitus
ejus viri , & ratio , iuxta quam liquidari debe-
ret , non obstante , quod terminus impartitus non
fuerit compilatus.

Sicut omni hæsitatione caret , quod dotium in
tempore non satisfactarum debetur dotatæ inte-
resse , etiam non conventum , in pœnam moræ
23 regularis , aut irregularis debitoris ; ita etiam
certo certius est , antefati retardati interesse de-
beri , De Franch. *dec.* 217. Huic nixa veritati
D. Antonia petiit interesse decursum dotium , &
antefati a die obitus viri sub die 25. Octobris
1728. , quam impugnare minime valens adver-
sarius insurrexit dicens , hoc interesse compensan-
dum esse cum alimentis ministratis usque ad men-
24 sem Maii 1742. D. Antoniæ a dicta herede ,
etiam ex *dec. d. Præs. de Franch.* 217.
Sed res nostra longe se hàbet cum casu a *Præs.
de Franch.* descripto ; ubi quum ageretur de Nea-
politana Consuetudine : *Viro mortuo* : pro quo ha-
bitum fuit , quod anno luctus decurso , quoties
vidua ab heredibus defuncti mariti alimenta re-
cipere prosequitur , atque cum ipsis habitare ,
25 non potest ejus dotium interesse hoc medio tem-
pore decursum prætendere. Quod tamen limita-
tur ab *Amendol.* , quoties uxor a viro fuit reli-
26 cta Domina , & Patrona , atque usufructuaria ,
quod juxta *Bulgar.* opinionem nil aliud importat,
quam alimenta.
Præsens tamen casus non subjacet consuetudi-
ni ; quia neque conjuges Neapolitani , neque pa-
cta nuptialia consuetudini Neapolitanæ subjectæ
fuerant , neque matrimonium Neapoli fuit con-
tractum : Et licet , hypothesi facta , locum ha-
beret in hac facti specie consuetudo ; articulus
tamen ex diversis principiis esset pertractandus ,
vel *Amendol.* opinione , vel clara *Textus disposi-
tione in l. unic. §. sciendum Cod. de rei uxor. act.* :
ibi : *Sciendum itaque est Edictum Prætoris , quod
de alterutro introductum est* , in ex stipulatu actio-
ne cessare : *itaut uxor , & a marito relicta recipiat,
& dotem consequatur , nisi specialiter pro dote ei ma-
ritus ea dereliquerit , quum manifestissimum sit , te-
27 statorem , qui hoc non addiderit , voluisse eam com-
pensari* . Quibus ex verbis manifeste deducitur , nisi
maritus claris verbis animi sui sententiam ape-
riat , quod scilicet legatum uxori relictum doti
velit compensari , utrumque mulierem acceptu-
ram , quemadmodum a S. C. decisum olim fuit
pro vidua Andreana Gaeta contra heredes Pauli
de Ilemia , qui sibi dotes , & dotale interesse suo
tempore non solutum , pendere fuerunt coacti ;
quamvis alimenta sibi legati nomine a defuncto
viro relicta ab heredibus etiam accepisset : Ita
Ursill. *Ad Affl. dec.* 44. *num.* 19.
Neque aliter in antefati materia ab eodem
S. C. decisum accepimus . Ita enim decrevit in
causa Ducissæ Castrovillaris cum Duce ejus pri-
vigno , qui licet opponeret compensationem lega-
ti præfatæ Ducissæ relicti ab ejus viro cum præ-
28 tenso antefato ; hac tamen oppositione contem-
pta , ad antefatum solvendum fuit damnatus , *ex*
Reg. de Mar. *ad Revert. dec.* 356. *num.* 1. *in fin.*
Hujus autem decisionis ratio hæc fuit , verum
certumque a S. C. fuit probatum , quod Barto-
lus docuit in *Auth. præterea C. unde vir & ux.*,
nimirum antefatum , quum sit debitum voluntà-
rium , siquidem profectum ex contractu , cum
laudato legato non esse compensandum ; Eadem
prorsus fuit ratio *dec.* 44. *Ursill.* innixæ super *l.
un. §. sciendum* . Cujus textus vi ideo & dos , &
legatum a marito relictum deberi fuit decisum ,
quia maritus putatur voluntarius debitor dotis ,
juxta doctrinam *Bart.* , & Doctorum apud De-
cium in *Auth præterea , ubi nu.* 11. idem Decius
rationem assignat : *quia potest maritus habere uxorem
sine dote : unde si exigit dotem , obligatur ex facto suo
voluntarie ad restitutionem* ; Non ita vero in *l. si
cum dotem §. si pater , ff. sol. matr.* , ex qua patet

Oo 2 habe-

habetur necessarius debitor dotis, *quia tenetur dotare filiam, l. fin. de dot. promiss. & l. qui lib. ff. ritu nupt*: Quare si pater dotem filiæ præstitam recuperare non posset, eam iterum dotare teneretur: & idcirco utrique tam patri, quam filiæ competit actio ad dotem recuperandam: Quum itaque pater necessarius dotis debitor dicatur, dote legatum compensatur: priori vero specie, quum maritus sit non necessarius, sed voluntarius debitor dotis, cum legato dos compensatur.

Hac doctrina exposita, penitus diluitur fortis obiectio adversarii, qui inficiari nequit, D. Antoniæ Gratioli a defuncto viro alimenta in testamento fuisse legata, ex quo nullam satis aptam, claramque coniecturam potest colligere, defun-
29 ctum Josephum Antonium cum alimentis interesse dotis, & antefati compensatum voluisse, contento penitus, & neglecto uno, vel altero dubio, verbo ibi forsan apposito: In dubio enim nunquam præsumitur, maritum compensandi gratia legatum uxori reliquisse, Dec. *cons.* 46. *col.* 2., Soc. *cons.* 10. Alex. *cons.* 7., Paris. *cons.* 95. & *Affl. d. dec.* 44. qua asserit, compensationis conjecturam hanc esse, si nimirum maritus totam suam hereditatem uxori relinqueret; eo vel magis, quia in alimentorum legato nunquam compensationi locus est, Jul. Cæs. Calv. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 7., Cyriac. *contro.* 34. *num.* 25. & Capyc. Lat. *dec.* 25. *num.* 7. & 8.: Et adde, in ultimis dispositionibus semper impropriam esse compensationem, *Gl. in l. unam ea familia §. sed si uno de leg.* 2., & *Dec. in d. Auth. præterea*.

Quicquid autem sit de præfatis rationibus, quæ luce clariorem efficiunt D. Antoniæ prætensionem, ipse mihi, ni causæ studio fallar, certissime persuasi, articulum hunc jam fuisse decisum per textum in *l. si pater pro filia ff. de collat. dot.*: ex quo sancitum accipimus, filiam præter dotem, accipere etiam legatum sibi relictum a patre, licet is in filiam necessarius debitor habeatur: quia vero dos filiæ debita in numerata pecunia, legatum autem in specie consistebat, jure optimo sancivit Jurisconsultus in adducta L., compensationi locum non esse, utpote quæ inter speciem, & quantitatem esse non potest, *l. si convenerit* [illegible] *ff. de pign. act.*, Socc. *jun. cons.* 60. *num.* 3. [illegible] *discept. for. cap.* 490., & Staib. *observ.* 80. [illegible] *num.* 22. addit, quando debitum, quod compensari vult, credito compensando non coæquatur, tunc compensationem minime admitti,

Si ergo tam dos dictæ D. Antoniæ debita, quam dotis, & antefati interesse sunt in numerata pecu-
30 nia: contra vero alimentorum legatum sibi relictum, legatum in specie: qua poterit ratione compensatio admitti, repugnantibus, & tot textuum sanctione, & tot Doctorum auctoritate? Et quamvis, facta hypothesi, prædicta alimenta legata non fuissent, quænam æquitas pateretur, ea cum interesse compensari, quum D. Antonia, quoad fuit cum defuncti viri fratribus, & duabus puellis patris heredibus commorata, rei domesticæ rationibus sedulam semper operam dedit; filias pupillas educavit, tribus mariti fratribus præsto fuit, curas, quas fœmineus sexus patiebatur, suscepit: & quicquid vel ad utilitatem, vel ad ornamentum familiæ faceret, non prætermisit; familiæ, inquam, Potentiæ, & opulentia, & numero non ultimæ; Nunc autem tot præstitis servitiis, curisque posthabitis, dum præfati interesse solutionem a die mortis mariti expostulat, sibi compensatio libere obiicitur; Eo quod ergo lucrum ab alimentorum legato sibi a marito relicto cœpisset, si hæc singulis annis quadraginta aureorum quantitatem non excedunt, habita ratione loci omni rerum copia exuberantis, cum dotis, & antefatum interesse esse compensanda, quod quinque saltem pro singulis centenariis exigendo, centum ducatis, & amplius æstimabitur; Supremi hujus Senatus æquitas, fides, & justitia; quæ omnibus æque patet, nullo pacto sinet, D. Antoniam hujusmodi interesse fraudari, quibus suis necessitatibus subveniat, neve absolvi permittet Annam Theresiam, heredem, eiusque Tutorem, postquam innumeris eam molestiis, tantisque ad litem prosequendam impensis afferunt &c.

Super hac autem petitione obiicere posset adversarius, non compilato termino super dictum interesse impartito, eam nunc S. C. non posse decide-
31 re. Verum, respondeo, verum quidem est terminum non esse compilatum; sed non propterea nequit S. C. ad decisionem procedere: Duobus punctis clauditur hoc caput. Prius spectat articulum, an debeatur interesse a die mortis Josephi Antonii Liotti, quod punctum etiam non exitu compilationis termini, nihil vetat quin decidatur. Posterius vero pertinet ad liquidationem interesse, quod etiam, ni fallor, sine præfata liquidatione potest decidi; si enim pro ducentis ducatis dotalibus solvit Tutrix ducatos quatuordecim propter annuam moram ad rationem septem pro singulis centenariis; Et Aiellæ, ubi contractus matrimonialis, & pacta nuptialia fuerunt celebrata, ad eandem prorsus rationem exigitur interesse dotale; liquidatio jam facta est, neque aliæ probationes exiguntur. Quod si dictarum scripturarum nulla omnino ratio haberi velit, ipso S. C. decreto jam fuit punctum hoc sancitum. Non inficior, terminum super interesse, & dotis, & antefati cecidisse; & tamen, dum fuit pertractatum, & discussum remedium restitutionis in integrum ab herede petitum adversus decretum *solvat* pro mille aureis dotalibus, & antefato *pro tertia parte* dictorum aureorum mille, S. C. licet terminus non esset compilatus, proprio decreto liquidavit præfatum interesse ad quinque pro quovis centenario, servata forma consuetudinis Neapolitanæ; quod decretum transivit in rem judicatam, licet ex parte D. Antoniæ adversum idipsum servatæ fuissent rationes: quum enim in
32 hac causa locum non habeat consuetudo Neapolitana, antefati interesse in nostro Regno eandem ratione liquidatur, ac illud dotis, Merlin. *contr.* 10. *lib.* 2. Marcian. *discept.* 93. Rosa *consult.* 55.; Imo aliquoties accidit, ut propter moram solutionis a S. C. liquidatum fuisset vel decem pro singulis centena-
33 riis, Gramm. *dec.* 103., Merl. *d. controv.*, & Molfes. [illegible] *quæst.* 12. Quia vero S. C. liquidavit juxta consuetudinem interesse antefati, etiam non compilato termino: ad ejusdem consuetudinis normam etiam dotale interesse liquidandum esse speramus, ut tandem finis & impensis, & liti imponatur, licet hoc ipsum in præjudicium dictæ D. Antoniæ vergeret.

Si vero, quod minime credimus, Supremi Senatores solita æquitate inducti, heredem ad solutionem reliquorum aureorum 800. damnandam non esse censerent, sed ad eas tantum quantitates, quæ vere, & realiter a quond. Josepho Antonio exactæ, & debitæ reputantur; hoc casu, ne prædicta D. Antonia indotata remaneat, & in suis juribus præjudicata, omni ratione adstringendus est ad solutionem deficientium quantitatum una cum interesse a die moræ, vigore dictorum pactorum nuptialium executivarum, adstringendus, inquam, est Benedictus Gratioli, cujus nomine Tutrix Galliano dotem constituit, & promisit: eo vel magis quia idem Benedictus sub die 19. Novembris dictam Tutricem a tutelæ administratione absolvit, & liberavit, ratificans quidquid ab eadem fuerat confectum, qua de causa nihil est, quod obi-

obiicere valeat adversus præfatum pactorum nuptialium instrumentum.

Prædictis, cæterisque rationibus, quas ne Supremos Senatores tædio afficiat, & molestia, silentio prætermittit, confisa D. Antonia Gratioli, certissimè sperat damnatum iri heredem sui mariti Annam Theresiam Liotti ad solutionem reliquorum dotalium aureorum 800., quemadmodum in primo capite: factum iri assignationem antefati pro tertia parte integrarum suarum dotium, aureorum scilicèt 1800., aut in proprietate solutum iri cum consueta satisdatione: sic in secundo: Tandem pensum iri interesse dictarum integrarum dotium, & antefati a die mortis sui viri, liquidandum juxta formam Neapolitanæ consuetudinis: & pro iis quantitatibus, a quibus solvendis fortasse heres absolvetur coactum iri D. Benedictum Gratioli: quod in tertio puncto fuit probatum.

Proposita hac causa in S. R. C. sub die 16. mensis Martii currentis anni 1739. ab alias meritissimè commendato Reg. Consiliario D. Tiberio de Fiori, auditisque Advocatis ambarum partium, editum fuit sequens decretum.

In causa magnificæ D. Antoniæ Gratioli cum Rev. D. Nicolao Felice Liotti Tutore Testamentario magnificæ Annæ Theresiæ Liotti, & mag. D. Benedicto Gratioli, ut ex actis. Die 3. Mensis Martii 1739. Neapoli facto verbo de prædictis in S. R. C. per Dominum Militem U. J. D. D. Tiberium de Fiori Reg. Cons. & causæ Commissarium. Visis omnibus actis; Per S. R.
34 *C. provisum est, quod Anna Theresia Liotti heres quond. Josephi Antonii Liotti faciat depositum in publico Banco ad dispositionem S. R. C. ducat. quatuor centum quinquaginta quatuor cum dimidio pro complemento dotium receptarum per quond. Josephum Antonium Liotti ejus Patrem, & in eodem tempore solvat in beneficium Antoniæ Gratioli interesse tam dictorum ducatorum 454. 2. 10, quam aliorum ducatorum mille ad rationem ducatorum quinque pro qualibet centenario a die obitus dicti qu. Josephi Antonii Liotti, usque ad diem depositi respectivè, & nihilominus eadem Anna Theresia solvat in beneficium dictæ Antoniæ Gratioli interesse antefati pro tertia parte dictorum ducatorum 1454. 2. 10. ad rationem ducatorum quinque pro centenario a die mortis dicti Josephi Antonii, deductis a quantitatibus prædictis interesse dotium, & antefati quantitatibus receptis, ac liberatis in beneficium dictæ Antoniæ, pro quo effectu fiat calculum per Scribam Causæ salva provisione faciendo respectu aliorum ducatorum. Nec non visa supplicatione fol. 273. Benedictus Gratioli vigore capitulorum matrimonialium faciat depositum penes acta modo, quo supra aliorum ducatorum 345. cum dimidio ad complementum integrarum dotium dictæ Antoniæ, & solvat in beneficium ejusdem interesse dictorum ducatorum 345. cum dimidio ad eandem rationem ducatorum quinque pro centenario a die obitus D. Josephi Antonii Liotti, salva provisione facienda respectu interesse decursi a die contracti matrimonii dicti quondam Josephi Antonii cum dicta Antonia Gratioli, comparente persona legitima, hoc suum: Porcelli, Custodes Act. Mag.: Gratianus Scriba.*

Post editam nostram adjectionem huic capitulo, causa prædicta iterum proposita fuit in Aula S. R. C. loco restitutionis in integrum, & sequens decretum emanatum fuit, quod lectoris notitiæ dandum censuimus, v3.

Die 27. Mensis Maii 1740. Neap. Facto verbo de prædictis in S. R. C. per Dominum Militem U. J. D. D. Tiberium de Fiori Regium Consiliarium, & causæ
35 *Commissarium. Visa supplicatione fol 23. Per S. R. C. declaratum est non esse deferendum petitæ in integrum restitutioni pro parte magnificæ Annæ Mariæ Theresiæ Liotti. Verum interesse dotium currat a die post obitum Josephi Antonii Liotti; necnon ipsa supplicatione fol. 24. dicta Anna Maria Theresia Liotti heres dicti qu. Josephi Antonii Liotti faciat assignamentum pro interesse Antefati in beneficium Antoniæ Gratioli in loco contracti matrimonii etiam stante consensu partium in Aula proposita, & respectu aliorum deductorum in dicta supplicatione fol. 24. moneantur partes ad audiendam provisionem faciendam per S. R. C. hoc suum &c. Porcelli Segretarius.*

AD CAP. II.

De Praxi refectionis domorum pro cautela dantis pecuniam.

1. *AD obtinendam prælationem crediti pecuniæ datæ pro domorum refectione quatuor concurrere debent.*
2. *Primum, ut constet de reparationis necessitate.*
3. *Secundum, ut verè in hanc causam impendatur.*
4. *Tertium, ut detur cum hoc speciali pacto.*
5. *Quartum, ut in concursu creditorum seperiatur facta refectio, quando res est in patrimonium deducta.*
6. *Decretum pro recognitione rei reparandæ.*
7. *Aliud decretum visa relatione.*
8. *Refecto prædio, debent expensæ iterum recognosci.*
9. *Decretum pro dicta nova recognitione.*
10. *Decreti formula, quod præferatur.*

✠ 11. *Transcribitur capitulum Regiæ Pragm.*

CReditor pecuniæ datæ pro domorum refectione, ut ceteris etiam anterioribus creditoribus præfe-
1 ratur, quatuor copulativè concurrere debent. Primum, ut constet de refectionis, & reparationis necessitate; & ideo in praxi hic ab Authore nostro tradita recognitio ædificii Tabulario, & perito com-
2 missa observatur, Merlin. *cap.* 29. *num.* 10. Amat. *resolut.* 3. *num.* 63. Mart. *dec. Sen.* 11. *num.* 5.

Secundum requisitum est, ut creditoris pecunia
3 verè, & realiter in causam enunciatæ refectionis impendatur, *l. procuratoris §. si duos v. planè ff. de tribut. tract.*

4 Tertium est, ut specialiter detur hoc pacto, quod super re refecta, & reparata, sive ejus pretio hypotheca contrahatur.

5 Quartum requisitum est, ut refectio repériatur facta in concursu creditorum, *l. sunt ff. quibus mod. pign. sivè hypothec. contrahat.*, sed quando res reparanda est in patrimonium deducta, praxis est, quod Curator patrimonii exponat Domino Commissario reparationis necessitatem, quod intendat pecuniam mutuo recipere, pro qua habenda mutuans hypothecam cum prælatione petit, in cujus instantiæ calce interponitur decretum. E. G.

6 *Die, &c. Per Militem U. J. D. D. T. de T. Regium Consiliarium, & causæ Commissarium visis actis, partibusque auditis, provisum, & decretum est, quod accedat Tabularius prævia buxola eligendus, qui auditis omnibus interesse habentibus, ac M. U. J. D. D. T. de T. Curatore patrimonii T. de T. recognoscat, & referat ad finem providendi &c.*

Facto accessu, prædioque recognito, factaque relatione, interponitur aliud decretum, E. G.

Die & per D. &c. visis decreto interposito fol. - - -,
7 *relatione magnifici Tabularii fol. - - - ac ejus notificatione, fol. - - - - provisum, & decretum est, quod liceat T. de T. Curatori reci[pe]re summam pecuniæ in relatione prædicta contentæ; verum deponatur in publico Banco ad finem expendendi pro domus enunciatæ refectione cum a[p]ochis a Domino causæ Commissario subscribendis, hoc suum, &c.*

Prædio refecto debent expensæ iterum recogno-
8 sci, ut omne arceatur dubium tum circa illarum veritatem, & existentiam, tum circa quantitatem, & decernitur: v3. *Die &c. provisum, & decretum*
9 *est, quod iterum accedat Tabularius, qui impensas prædictas recognoscat, & referat ad finem providendi &c.* Qua recognitione, & relatione facta per S. C. interponitur decretum pro cautela dantis pecuniam, hoc modo:

Die

Die &c. visis comparitionibus, relationibus Tabularii fol. - - - - illarumque notificationibus fol. - - - - provi-
10 *sum, & decretum est, quod T. de T., qui pecuniam credidit super prædio in actis deducto, sive ejus pretio, præferatur omnibus creditoribus pro summa contenta in relationibus fol. - - - -*

✠ 11. Tabularios prævia boxola eligi debere, præscripsit Rex Carolus regali constitutione anni 1738. *sub rubr. S. R. C. §. 3. n. 7.* his verbis: *Ed affinchè non si commetta alcuna frode intorno all' elezioni si fanno de' Tavolarj precedente bussola, ad resti ad arbitrio delle parti di avere il perito che loro piace, e con ciò porsi in rischio la ragione de' colliriganti: vogliamo si debba da oggi avanti far detta bussola in casa, e presenza del Presidente del S. R. C. dal Segretario di detto Tribunale, senza che il medesimo possa esiggere altro diritto di quello, che presentemente si esigge.* Alteram pragmaticam, quam idem Rex Carolus pro Tabulariis, eorumque juribus edidit, *tom. 3. hujus prac. cap. 32.* exscriptam habebis. Xav. Grat.

A D C A P. III.

De Testium depositione ad futuram rei memoriam deponentium.

1. *Testes examinati ad futuram rei memoriam possunt iterum examinari in termino.*
2. *Parte non citata, non probant.*
3. *Nec faciunt indicium.*
4. *Facultas hujusmodi Testes examinandi quibus permittatur?*
5. *Coram quo Judice sunt recipiendi hujusmodi Testes?*
6. *Testes inviti non possunt recipi.*
7. *Quando possunt examinari?*
8. *Hoc examen etiam in Galliis usu receptum est.*
9. *Testes pro causis in S. R. C. vertentibus examinantur per Examinatores speciales.*
10. *Transcribitur Decretum Spectabilis Præsidis S. R. C.*
✠ 11 *Capitulum Regiæ Pragm. recensetur.*

Testes examinati ad futuram rei memoriam ante litem contestatam, possunt iterum in termino
1 examinari, & recipi, Abb. *in cap. fraternitatis in 17. limit.* penes de Franch *dec. 668. num. 4.* Ricc. *collect. dec. 692. super Auth. sed & si quis C. de testib.*

Testes examinati ad æternam rei memoriam non solum non probant, si examinentur parte non cita-
2 ta, sed etiam si adsit defectus legitimæ eorum ætatis, Rot. *collect.* a Farinac. *in dec. 37. & dec. 39.*, Imò nec faciunt aliquod indicium, Crescen. *in dec. 2.*
3 *de testib.*, nec probant criminaliter, ut ait Ricc. *sub n. 7.* sed tantùm civiliter, Jaffred. *in dec. 198.*

Facultas autem examinandi testes ad perpetuam rei memoriam non omnibus permittitur, sed iis tan-
4 tum, qui in possessionem alicujus juris reperiuntur, ac etiam iis, quibus agendi facultas delata est, Mynsinger. *cent. 4. observ. 71. & observ. 72.* Gayll. *prat. observ. 92. & seq. lib. 1.*

Testes prædicti examinandi sunt coram Judice
5 Rei, coram quo lis ageretur, si inciperet, Bart. *in l. societatem §. Arbitrorum n. 20. ff. pro soc. & in l. cum ii §. transactiones nu. 1. ff. de transact.*

Inviti testes ad æternam rei memoriam examinari
6 non possunt, Bart. *in §. amabilis num. 3. Auth. de sanct. Episc. Auth. Presbyteros num. 3. C. de Episc. & Cleric.* Et examinantur non solùm quando de morte, absentia &c. dubitatur, sed etiam super nego-
7 tio, quod de facili tradi potest oblivioni, Bartol. *in l. Carbonianam §. duæ autem n. 9. ff. de Carb. edic.*

Examen testium ad futuram rei memoriam ubique gentium usu receptum est: In Galliis vocatur *Exa-*
8 *men ad futurum*, onde provisiones pro hujusmodi examine dicuntur Gallicè: *Lettres d'examen à futur.* *Monf. Ant. Le Maistre Olaidoye* v11.

Pro testibus examinandis in nostro Sopremo Tribunali S. R. C. adsunt Examinatores specialiter de-
9 putati, quibus examen testium necessariò committi debet, & in qualibet causa prævia boxola eligun-tur; pro istis, eorumque officio adsunt plures Regiæ Pragmaticæ, ac decreta interposita per Spectabiles Præsides S. R. C., & præcipuè illud sub die 16. mensis Martii 1741. tenoris sequentis E. G.

All' Illustrissimo Signor Presidente del S. R. C. Illostre Marchese Signor D. Vincenzo d' Ipolito.

Li Regj Esaminatori del S. R. C. sopplicando espongono a V. S. Illostrissima, come in esecuzione dello Regie Prammatiche emanate *pro tempore*, de' Decreti interposti dalli antepassati Signori Presidenti di detto S. C., e della Regal Costituzione emanata dalla S. M. (Dio guardi) nel passato anno 1738. viene proibito a' Mastri d' Atti, Scrivani, ed Attitanti di detto S. C. di poter esaminare nelle Cause, che in quelle si agitano, e anche minime di delegazione, sotto le pene nelle medesime commionate. E come choè pervenuto a notizia de' Supplicanti, che detti Mastri d' Atti, Scrivani, ed Attitanti, si fan lecito nelle medesime esaminare; Per tanto ricorrono da V. S., e la supplicano restar servita ordinaro alli suddetti Mastri d' Atti, Scrivani, ed Attitanti, che in esecuzione di dette Regie Prammatiche, Decreti, e della Regia Costituzione, non ardiscano esaminare nelle soddette Cause sotto quelle pene pareranno a V. S. Illustrissima, ed il tutto *ut Deus &c.*

Die 16. *mensis Martii* 1741. *Neap. &c.*

10 *Per Illustrem Marchionem Spectabilem Dominum Præsidem S. R. C., Viceque Protonotarium D. Vincentium de Ipolito; Visis Regiis Pragmaticis ad Regios Examinatores dicti S. R. C. pertinentibus sub tit. de offic. S. R. C., Decretis interpositis per retrò Spectabiles Præsides dicti S. R. C., & signanter sub die 30. Julii 1667. per Illustrem Marchionem Matonj D. Didacum Bernardum de Zeusia, & sub die 8. Februarii 1700. per D. Felicem Lanzina Ulloa; Visa Regali Constitutione emanata per S. R. M., sub die 14. Martii 1738. & re rescripto Memoriali; fuit provisum, & decretum, quod citra præjudicium pœnarum incursarum, ac jurium competentium dictis Regiis Examinatoribus contrà transgressores, circa exposita in eodem Memoriali, servetur nedum caput 5. §. 111. enunciatæ Regalis Constitutionis, juxta sui seriem, continentiam, & tenorem; verum etiam omnes supradictæ Pragmaticæ, & Decreta, in omnibus, in quibus per relatam Regalem Constitutionem non fuit derogatum; pro quorum observantia Actorum Magistri, Scribæ, & alii quicumque Actitantes non audeant intus hanc Civitatem, & ejus Casalia, nec etiam de partium consensu, examinare Testes, nec principaliter Depositiones recipere in omnibus Causis in dicto S. R. C. vertentibus, licet minimis, & summariis, sub pœna ducatorum viginti per quemlibet, & Carcerationis pro prima vice, ac pro secunda vice, privationis officii: Nec sub iisdem pœnis audeant Testium, vel principalium Audientiam in partibus committere absque renunciatione Regiorum Examinatorum, nisi in Causis infra summam ducatorum termille, quod eis tantum liceat in Causis dictam summam excedentibus, quando Examinator electus noluerit in partibus accedere, vel fuerit renunciatum Examini; & proindè in conscribendis Decretis utantur tantum solita formula*: quod testes examinandi, recipiantur per unum ex Regiis Examinatoribus S. R. C. prævia Boxola eligendum: *Nec sub iisdem pœnis relinquant in decretis prædictis spatium vacuum pro commissione examinis; Sed tantummodò eis liceat examinare, ubi accesserint in partibus cum magnificis Causarum Commissariis, servata forma dictæ Regalis Constitutionis: Et ut præsens decretum magis innotescat,*

sent, *licent dictis Regiis Examinatoribus illud imprimi facere, & affigi, tam in Valvis S. R. C., quam in aliis locis, ubi opportunius videbitur, hoc suum &c.*

DE IPOLITO PRÆSES.

Porcell'li Secretarius.

Die vigesim a tertia mensis Martii 1741. *Gio: Battista Marino Portiero del S. C. ho notificato tutti li magnifici Mastri d' atti, Attitanti, e Scrivani del S. C., e lasciato copia a tutti.*

✠ 11. Novissime pro Regiis Examinatoribus S. R. C. hæc fuerunt præscripta per eundem Regem Carolum cit. *pragm.* §. 3. *sub rubr. S. R. C. n.* 5. *In quanto alla commessa dell' esame de' Testimonj in Regno, vogliamo, che il Commessario della causa, senz' aver bisogno della renuncia de' Regj Esaminatori del S. R. C., possa commetter detto esame a chi stimerà più proprio nelle cause, che importano la sommma di ducati tremila a basso. E resti parimente in arbitrio del Commessario nelle cause, che eccedono la detta somma di ducati tremila, qualora l' Esaminatore eletto non voglia uscire ad esaminare, di commettere ad altri l' esame, senzachè il eletto Esamiatore eletto possa pretendere altro sotto qualsivoglia pretesto. E per le cause in questa Città, e Casali, e per tutto il Regno, nelle quali si faccia l' accesso de' Ministri, possa il Giudice far esaminare i Testimonj dallo Scrivano della causa: e nell' altre, nelle quali dovranno esaminarsi dagli Esaminatori, non possano questi esigger più di carlini due per Testimonio. Xav. Gras.*

A D C A P. IV.

De insinuatione donationis.

1. *INsinuatio quid sit?*
2. *An requiratur Judicis decretum, vel sufficiat præsentio?*
3. *Coram quo Judice facienda sit insinuatio?*
4. *Potest fieri etiam post donationem.*
5. *An possit renunciari insinuationi cum juramento?*
6. *Conciliantur Doctorum opiniones:*
7. *Insinuatio non requiritur in donatione facta ab illo, qui habet merum Imperium.*
8. *Nec in donatione remuneratoria cum limitatione.*
9. *Nec in facta contemplatione matrimonii.*
10. *Nec in facta causa mortis.*
11. *Non requiritur in donatione facta ad pias causas.*
12. *Nec requiritur in donatione facta a Principe, vel coram eo.*

INsinuatio nil aliud est, quam decretum illud Judicis, cum quo fieri debet donatio, quæ summam
1 ducatorum quincentum excedit, Capye. *dec.* 230.
Papo. *lib.* 11. *tit.* 1. *arrest.* 17.; ideoque praxis inolevit, ut in donationum instrumentis apponatur de stylo Notariorum renunciatio *Legibus*, quæ donationes prædictam summam excedentes causa cognita coram Judice fieri jubent §. *Aliæ autem inst. de donat. l. jubemus*, *l. sancimus C. de donat.*, ut dicetur infra &c.

Bartolus autem *in l. Modestinus* 23. *de donat.* scri-
2 bit, sufficere Judicis præsentiam, nec illius decretum requiri in donatione, ideoque insinuationem nil aliud esse, nisi facere redigi donationem in scriptis coram Judice, *l. donat. in fin. l. in donationibus*, & *l. sancimus Cod. de donat.*, & idem Bart. *num.* 3. ait, Judicem non debere adhibere causæ cognitionem, & posse fieri apud quemcumque Judicem, etiam cui non subest donator, nec res donata, quia hoc in mera voluntate donatoris consistit, *l. lata in fin. C. eod.*:
3 licet contrarium dicat Salicet. *in l. testamentum C. de testam.* & *quemad. testam.* cum aliquibus tamen limitationibus, quas vide cum Guid. Pap. *in dec.* 325.

Insinuatio potest fieri etiam post donationem fa-
4 ctam, *l. fin.* §. *pen. C. de donat. ante nupt.* An possit insinuationi renunciari cum juramento; Dubium est inter DD., alii negant, quia non potest renunciari illis legibus, quæ in humanis actibus certam inducunt solemnitatem, magis, quia insinuatio inventa est ad humanas fraudes vitandas, Bartol. *in l. nemo*
5 *potest ff. de legat.* 1. *l.* 1. *cum glos. C. de don.* Verall. *in dec.* 286. *par.* 1. Cayll. *observat.* 39. *lib.* 2. Polid. Ripa *in observat.* 51. Alii vero affirmant, quia juramentum supplet insinuationis defectum, Bart. *in l. si quis pro ff. de eo fidejus.* Thoming. *in dec.* 51. Bald.
6 *dec.* 29. Capp. Tholos. *dec.* 372. Franc. Marc. *dec.* 326. Guid Pap. *dec.* 359. Sed hæ opiniones conciliantur, quod affirmativa procedat, quando in specie insinuationi fuerit renunciatum, negativa vero quando generaliter, Magon. *in dec. Rot. Florent.* 64. *num.* 23. & 65.

Insinuatio non requiritur in donatione facta ab il-
7 lo, qui habet merum imperium, seu a Judice ordinario, Franc. Marc. *dec.* 326. Capyc. *dec.* 303. *n.* 11.

Secundò non requiritur in donatione remunerato-
8 ria, seu facta ob causam; sed requiritur causæ expressio; limitatur in donatione inter vivos facta in vim legati, Capp. Thol. *in dec.* 382. Mynsing. *observ.* 75. *cent.* 3. & 4.

Tertio donatio, quæ fit contemplatione matri-
9 monii non insinuatur, Montex. *dec. Rot. Arago.* 10. Intrigliol. *dec.* 20.

Quartò donatio facta causa mortis, & dotis causa,
10 Gram. *dec.* 213. Guid. Pap. in *dec.* 610.

Quintò donatio facta ad pias causas, ut puta pro
11 puella maritanda, vel alio pietatis opere conficiendo, Ant. Fab. *in dec.* 12. *tit. de donat.* de Amat. *in dec. March.* 42.

Sextò non insinuatur donatio facta a Principe,
12 quia ipse tamquam sacrarium legum eodem facto dispensationi legis assentitur, & nonnulli volunt etiam hoc procedere in donatione facta coram Principe, Franc. Marc. *dec.* 549. *part.* 2.

A D C A P. V.

De emancipatione filiorum.

1. *EMancipatio probari debet, alias non presumitur.*
2. *Nec creditur Patri, & Filio emancipationem asserentibus.*
3. *Quid si filius vivat per decennium seorsim a patre?*
4. *Emancipatio debet fieri cum scriptura.*
5. *Deperdita probatur per Testes.*
6. *Emancipatio non potest ad unum actum fieri.*
7. *Fiet etiam per actum publicum.*
8. *Formula dicti acti publici.*
9. *Nec Pater, nec filius inviti coguntur ad emancipationem.*
10. *Emancipationi renuncians, non regreditur in patriam potestatem.*
11. *Pater non potest sibi reservare usumfructum in bonis adquirendis per filium in emancipatione.*

✠ 12. *Superadditur emancipatio Regis Ferdinandi Domini nostri.*

EMancipatio tamquam res facti debet proba-
1 ri, nisi enim contrarium probetur, filius semper in potestate præsumitur, *l. si emancipat. C.*
2 *de collat. l. si filius ff. de probat.* Nec creditur Patri, & filio emancipationem assentientibus, Soccin. *cons.* 23. *col.* 3. *vol.* 4. Sed si per decennium filius vivat seorsim a Patre, an præsumatur emancipa-
3 tus, affirmat Angel. *in l. sed etsi ff. de adqu. hered.* sed negat. Affl. *dec.* 183. Sed de Franch. *dec.* 10. *num.* 3. distinguit!

In emancipatione necessario debet intervenire
4 scriptura, *l. jubemus C. de emancip. l. si de emancipatione C. de fid. instrum. cum gloss.* Sed si scriptura fit
5 deperdita, potest probari per testes *d. l. si de emancipatione*

Digitized by Google

cipatione C. de fid. instrum.

Emancipatio uou potest fieri ad unum actum
6 tantum, sed debet esse generalis, Tiraq. in *l. si unquam v. largitus num.* 282. *Cod. de revocand. donat.* Houded. *cons.* 32. n. 9. *vol.* 1. de Franch. *dec.* 646. *num.* 16. *& dec.* 32 *num.* 13. quia non recipit divisionem *dec.* 546. *num.* 12.

Fieri potest emancipatio non solum per actus
7 juridicos juxta formulas a Riccio traditas, sed etiam per publicum actum coram Notario, Judice ad contractus, & testibus modo, qui sequitur. E. G.

Die &c. costituito nella nostra presenza il magni-
8 fico T. de T. della Terra T. in Provincia... agente, ed interveniente alle cose infradicende per se, suoi eredi, e successori da una parte &c., ed il Signor T. di T. figlio del detto T. de T. per se, suoi eredi, e successori dall' altra parte.

L' istesso magnif. Signor T. di T. Padre non per forza, n dolo alcuno &c. ave asserito avanti di Noi, che ritrovandosi il magn. T. di T. suo figlio legitimo, e naturale costituito in età legitima, per alcune cause degnamente moventi la sua mente, ha richiesto dal detto N. N. suo Padre di esser dimesso, emancipato, totalmente liberato dalla Patria potestà, e sciolto da' suoi vincoli, e ragioni; e volendo perciò detto T. di T. suo Padre far cosa grata al cennato suo figlio, quindi è, che oggi predetto giorno spontaneamente, e per ogni miglior via l' ha dimesso, ed emancipato, liberato, ed assoluto dalla sua paterna potestà, e vincoli, facendo detto suo figlio avanti di Noi uomo libero, cittadino Romano liberato, ed esente dalla sua paterna potestà, e patrie ragioni.

Dimodoche da oggi in avanti detto T. di T. suo figlio possa, e vaglia come emancipato, uomo libero, è Romano, e come ogni Padre di famiglia stare, e comparire in giudizio qui, ed in ogni luogo, ove meglio gli parerà, e piacerà senza volontà, consenso, o autorità di esso T. di T. Padre, comperare, vendere, contraere, pattuire, testare, codicillare, nominare, causare, litigare, obligare se, suoi eredi, e successori, e beni tutti, o in parte, e fare tutte, e qualsivogliano altre cose, come ogni uomo libero.

E vuole espressamente detto T. di T. Padre di certa sua scienza, e volontà, che la presente emancipazione, e liberazione vaglia, e tenga per ogni miglior via, e ragione, e modo, con li quali deve, e può valere, come se fosse fatta con decreto, autorità di Giudice, Magistrato, o di Principe, e ancorchè vi mancasse qualsivoglia solennità di legge, e di fatto, quale ha voluto, che si abbia come apposta, fatta, e vallata, acciocchè il detto T. di T. suo figlio consegui sca il suo intento &c. Volendo ancora espressamente, che nelle cose favorabili si abbia, come figlio di famiglia, circa le quali non s' intenda al medesimo inferito pregiudizio alcuno, quia sic &c.

Promettendo detto T. di T. Padre &c., ed obligando se &c. d' aver sempre grata, rata, e ferma la predetta emancipazione, e tutte, e singole cose apposte, contenute, e dichiarate nel presente strumento &c., e non fare il contrario per qualunque ragione, causa, anche per vizio d' ingratitudine &c.

Pro quibus omnibus observandis, obligavit se, bona omnia præsentia, & futura &c. constitutione precarii &c., & sic juravit in forma &c. & renunciavit &c.

Pater invitus non potest cogi ad emancipatio-
9 nem, neque filius invitus emancipari, sed ambo-rum consensu fieri debet, *§. praeterea Instit. tit. quib. modis jus patr. potest. solvit.*

Filium emancipationi renunciantem in patriam
10 potestatem non regredi tenet Philipp. Corneus *cons.* 218. *lit. F. vol.* 4.

Reservatio usufructus in bonis adquirendis per
11 filium facta per Patrem in emancipatione inania est, & non substinetur, quia per emancipationem jus hoc extinguitur, quod reservatio non conservar, quia non potest tribuere jus, quod non habet, sed tantum conservare quod habet, Guid. *Pap. qu.* 171. Aym. *cons.* 33. *nobiles* 6. *col. num.* 26. *vol.* 1. Hyeronim. a Laurentiis *dec.* 88. *col.* 2. *num.* 4. *v. alius verò* penes de Franch. *dec.* 32. *num.* 24. Galeot. *lib.* 2. *controv.* 30. *num.* 72. Oldrad. *cons.* 214.

12 Forma emancipationis omnium celeberrima, & præstantissima ea quidem est, quam Rex Carolus, hinc ad Hispaniarum solium profecturus, dedit Ferdinando filio suo novenni, ut utriusque Siciliæ Regem, & Dominum nostrum crearet, eo abhinc tempore liberum, omnique patria, & Regia potestate solutum. Eam vero hic præstat referre verbis ipsiusmet Regiæ constitutionis, & emancipationis, quæ sunt hujusmodi.

CARLO III.

Per la grazia di Dia Re di Castiglia, Leone, Aragona, delle due Sicilie, Gerusalemme, Navarra, Granata, Toledo, Valenza, Galizia, Majorca, Siviglia, Sardegna, Cordova, Corsica, Murcia, Jaen, Algarves, Algezira, Gibilterra, delle Isole Canarie, delle Indie Orientali ed Occidentali, delle Isole e Continente del Mare Oceano; Arciduca d' Austria; Duca di Borgogna, Brabante, Milano, Parma, Piacenza, e Castro; Gran Principe Ereditario di Toscana; Conte di Absburg, Fiandra, Tirolo, e Barcellona; Signore di Biscaglia, e Molina, &c.

F*Ra le gravi cure, che la Monarchia delle Spagne, e delle Indie, dopo la morte dell' amatissimo mio Fratello il Re Cattolico Ferdinando VI. Mi ha recato, è stata quella, che è venuta dalla notoria imbecillità della mente del mio Regal Primogenito. Lo Spirito de' trattati di questo secolo mostra, che si desideri dall' Europa, quando si possa eseguire senza opporsi alla Giustizia, la divisione della Potenza Spagnuola dall' Italiana. Vedendomi perciò nella convenienza di provveder di legittimo Successore i miei stati Italiani nell' atto di passare alla Spagna, e di sceglierlo tra i molti Figli, che Dio Mi ha dato, Mi trovo nella urgenza di decidere qual de' miei Figli sia presentemente quel Secondogenito atto al Governo de' Popoli, nel quale ricadono gli Stati Italiani senza l' unione delle Spagne, e delle Indie. Questa convenienza per la quiete di Europa, che voglio avere, perchè non si allarmi nel vedermi indeciso continuare nella mia Persona la Potenza Spagnuola, e Italiana, richiede che fin da ora Io prenda il mio partito rispetto all' Italia. Un Corpo considerabile composto da me de' miei Consiglieri di Stato, di un Camerista di Castiglia, che qui si trova, della Camera di S. C., del Luogotenente della Sommaria di Napoli, e di tutta la Giunta di Sicilia, assistito da sei Medici da Me deputati, Mi ha riferito, che per quanti esami, ed esperienze abbia fatto, non ha potuto trovare nell' infelice Principe uso della Ragione, nè principio di discorso, o di giudizio umano, e che tale essendo stato fin dall' Infanzia, non solamente non è capace nè di Religione, nè di Raziocinio presentemente, ma neppur apparisce ombra di speranza per l' avvenire; conchiudendo questo Corpo il suo parere uniforme, che non si deve di Lui pensare, e disporre, come alla Natura, al Dovere, ed all' effetto Paterno si converrebbe. Vedendo Io dunque in questo momento fatale cadere per Divina volontà il Diritto, e la Capacità di Secondogenito nel mio Terzogenito per natura l' Infante D. Ferdinando, e insieme*

la di

Lui età pupillare, a Lui, ed alla di lui Tutela ho dovuto pensare per la traslazione de' miei Stati Italiani, come Sovrano, e Padre, che non stimo di esercitar la Tutela, e la Cura del Figlio, che divenga Sovrano Italiano, mentre Io lo sono di Spagna.

Ed affinchè il presente Regio Editto venga a notizia di tutti, e da nessuno possa allegarsene causa d'ignoranza; vogliamo, che il medesimo colla Bolla, e coll' intero Trattato si pubblichi ne' luoghi soliti e consueti di questa Fedelissima

Città,

Città e Regno; ritornando nella nostra Regal Segretaria di Stato colle dovute relate. Ed in pubblica testimonianza il medesimo Regio Editto è stato da Noi firmato e suggellato col sugello delle nostre Regali Armi, e roborato dall'infrascritto Duca di Montalegre, Cavaliere del nostro Regal Ordine di S. Gennaro, Nostro Consigliere, e Segretario di Stato o del Dispaccio. Dato in Napoli in dì 29. Luglio 1741.

CARLO.

Locus ✠ Sigilli.

Giuseppe Giovacchino di Montealegre.

V. De Ipolito Præs. S. R. C. Vice-Protonot.

Dominus Rex mandavit mihi
Josepho Borgia a Secretis.

A dì 3. Agosto 1741. Io Paschale Moccia Lettore delli Regi Bandi dico di avere pubblicato il soprascritto Trattato, ed Editto con li Trombetti Regali nelli luoghi soliti e consueti di questa Fedelissima Città di Napoli. Paschale Moccia.
Faccio fede io Notar Giuseppe de Palma di Napoli, come il sudetto Trattato, come anco l' Editto è stato questo giorno 3. Agosto 1741. pubblicato per i Luoghi soliti di questa Città dal suddetto Pasquale Moccia Lettore de' Regj Banni, ed in fede ho segnato.

Locus ✠ Signi.

SUMMORUM PONTIFICUM GREGORII XIV, BENEDICTI XIII, CLEMENTIS XII, ET BENEDICTI XIV CONSTITUTIONES

De Immunitate Ecclesiarum.

✠ 3. Cum aliàs nonulli Prædecessores nostri, & præsertim fel. rec. Sixtus Papa Quintus, necnon Pius etiam Quintus, sancto zelo ducti, diversas facultates & indulta extrahendi, etiam in casibusquibusdam à jure non permissis, ex Ecclesiis criminosos & delinquentes, compluribus secularibus Principibus, eorumque Curiis & Magistratibus, sub variis modis & formis, concesserint; prout in illis plenius continetur: experientia postmodum docuit, tum ob diversitatem & differentiam hujusmodi indultorum, tum quia plerique eorundem Principum Ministri ea hoc illis diversimode, etiam latius quàm par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuerunt, illisque abuti cœperunt; subortam esse non mediocrem in aliquibus locis, libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ perturbationem & confusionem; alibi verò ne ipsos quidem laicos Indultis hujusmodi uti voluisse, aut potuisse, quod populis, inveterata erga Ecclesias reverentia, devotis, & assuetis scandali potius, quàm quietis occasionem præberent. Illud etiam absurdum sæpenumero secutum est, ut infimæ interdum conditionis laici non modo juris, sed etiam literarum penitus ignari & imperiti, dum, quasi potestates, aut ministri Curiæ secularis in aliquo Castro, aut Oppidulo jurisdictionem exercebant, facultatum & indultorum hujusmodi limites longè excesserint, eaque suo arbitratu in sensus minus rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos detorserint, & illorum prætextu, quicquid sibi in mentem venit, attentare præsumpserint, in grave jurisdictionis, & immunitatis ecclesiasticæ præjudicium, locorum, & personarum divino cultui dicatarum contemptum, ipsius divinæ Majestatis offensam, & scandalum plurimorum. Quare pro commisso nobis à Domino pastoralis officii munere prædictis absurdis & scandalis obviare, ac differentias hujusmodi ad uniformem regulam reducere, omnemque dubitandi, ac perperam interpretandi occasionem dilucida declaratione submovere, abusus tollere, & ne Ecclesiastica jura plane conculcentur, & negligantur, opportune providere decrevimus, prout etiam dictus Sixtus Prædecessor noster iisdem de causis motus statuere decreverat, licèt morte præventus hoc adimplere nequiverit: ita tamen ut quando præsens temporum calamitas, & nimia, quæ jam invaluit, perversorum hominum malitia id exposcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora, ultra id, quod prisca illa majorum nostrorum disciplina, & vetus sacrorum Canonum norma præscripserat in quibusdam casibus, congrua moderatione adhibita, permittamus.

Indulta varia extrahendi confugas a Pontificibus concessa.

Abusus indultorum dat causam constitutioni.

Hac itaque nostra perpetuo valitura constitutione omnia & quæcumque privilegia, indulta, & gratias tam per prædictum Sixtum, ac Pium V, quam alios quoscumque nostros Prædecessores, aut nosmetipsos, Sedemque Apostolicam, ejusvè Legatos super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis, Domibus regularibus, & secularibus, locisvè sacris, aut religiosis, aliisque in casibus à jure permissis, hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudolentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex causis urgentissimis ac necessariis, & æquipollentibus in casibus in jure expressis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extensis, perpetuò, vel ad certum annorum elapsum tempus, seu ad vitam alicujus Principis, aut beneplacitum, seu aliàs quomodolibet concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innovata, ac usu recepta, literasque Apostolicas sub plumbo, aut in forma Brevis, seu aliàs quomodocumque desuper confecta, quarum tenores hic haberi volumus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis, sublata penitus omni differentia, ita ad unam tantum formam reducimus, & moderamur.

Indulta extrahendi moderatum.

Ut laicis ad Ecclesias, locaque sacra & religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac violatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quivè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Eccl., earumvè Cœmeteriis committere non verentur,

Immunitate non gaudent laici grassatores, depopulatores, occidentes, & mutilantes in Eccl. & cæmet. prædicto.

aut

Digitized by Google

[illegible] occidentes, assassini, hæresis, & læsæ Majestatis rei.

aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassini, vel hæresis, aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis rei, Immunitas Eccles. non suffragetur. Sed universis & singulis venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatis tam secularibus, quam cujusvis Ordinis regularibus, districtè præcipiendo mandamus & præcipimus, ut laicos in casibus prædictis delinquentes ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos, & alia loca supradicta sacra, seu religiosa respectivè confugientes, & in eis se recipientes atque morantes, qui prædicta delicta, eorumvè aliquod, judicio suo commisisse videbuntur, quando à Curia seculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris & Officialibus Curiæ secularis absque irregularitatis nota, aut alicujus censuræ ecclesiasticæ incursu tradi & consignari curent & faciant, & quilibet eorum curet & faciat.

Episcopis privativè tribuitur facultas extrahendi in casibus permissis.

Ne autem Curiæ secularis prædictæ Ministri facultate illos olim, ut præfertur, per se, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi sibi attributa, & per præsentes revocata, abutantur: volumus, dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia secularis, ejusque Judices, & Officiales, ab Eccl., Monasteriis, locisque sacris prædictis laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem in nullo ex casibus supradictis sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, etiam si aliàs Ordinarii sint, aut nullius Diœcesis, aut Conservatores ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat: occurrente autem casu in loco exemto, & nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem devolvatur hæc cognitio, & non ad alios, capere, extrahere, aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dictæ personæ ecclesiasticæ requisitæ illos in delictis superiùs expressis culpabiles tradere, aut capturæ & carcerationi intervenire & assistere recusaverint, tuncque reverentiæ Ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit cum scandalo & tumultu, extrahere curent.

Confugæ in carceribus Episcopalibus detinendi.

Quodque delinquentes laici prædicti, postquam, ut præfertur, ab Ecclesiis, locisvè sacris extracti & capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuta & firma carcere, ac opportuna custodia data illis, si opus fuerit, per Curiam secularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæque seculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verè crimina superius expressa commiserint, tuncque demum de mandato Episcopi per Judicem Ecclesiasticum Curiæ seculari, quacunque appellatione postposita, consignentur.

Hæresis cognitio ad forum Ecclesiasticum pertinet.

De crimine verò hæresis cognitio ad forum Eccl. tota pertineat, neque in ea Curia secularis se quoquomodo intromittat;

Sicuti etiam prohibemus, ne contra ecclesiasticas personas seculares, aut cujusvis Ordinis, vel Militiæ etiam S. Johannis Jerosolymitani regulares, quoquomodo etiam vigore prædictorum privilegiorum, indultorum, aut concessionum, quæ omnia ad terminos juris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant, illasvè ab Ecclesiis, Monasteriis, Domibus, locisque sacris, aut religiosis, etiam in casibus in hac constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad forum Eccl. pertinentibus, aliàs quam de jure, & per privilegia eisdem Ordinibus, aut Militiis concessa permittitur, quomodolibet præsumant.

Contra Ecclesiasticos tam seculares, quam regulares laici nullimodè procedant.

Quod si quis quacumque dignitate, & auctoritate præditus præmissorum, aut alio quovis prætextu quicquam præter, aut contra hujus nostræ constitutionis tenorem attentare præsumserit, declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, juris, & immunitatis ecclesiasticæ violatores per sacros Canones, & Conciliorum generalium, nostrorumque Prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate; in quavis causa, & instantia judicari, & definiri debere, necnon irritum decernimus, & inane, si secus super his per quoscumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contravenientes excommunicantur, & forma promulgationis præscribitur.

Non obstantibus præmissis tam Sixti, & Pii Quinti, quàm aliorum quorumcumque Prædecessorum nostrorum litteris Apostolicis, privilegiis, indultis, & facultatibus &c. Datum Romæ in Monte Quirinali, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo nonagesimo primo, Nono Kal. Junii, Pontificatus nostri anno Primo.

B E N E D I C T U S

E P I S C O P U S

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cura Pontificis pro immunitate servanda exponitur.

EX quo divina disponente clementia ad supremum universi Christiani populi regimen assumti fuimus, considerantes debitum, quo obstringebamur, Ecclesiarum, sacrorumque locorum Immunitatem sartam tectam, inviolatamque ubique custodiendi inter graviores suscepti apostolici ministerii curas merito recenseri; diu multumque rationes, ac media nobiscum expendere non omisimus, quibus ipsa Immunitas in pristinum venerationis & reverentiæ locum restitui posset, ac

in

in omnibus Orbis catholici regionibus ita observaretur, quemadmodum prisca illa majorum nostrorum disciplina, & vetus canonicarum sanctionum norma præscripsit.

Greg. XIV sensus refertur.

Dum hæc sollicito animo revolveremus, in oculos primum incurrit celebris illa constitutio a fel. rec. Gregorio PP. XIV prædecessore nostro edita, quæ incipit: *Cum alias*, qua quidem constitutione idem Gregorius prædecessor pro pastorali zelo suo hunc ipsum in scopum intendens facultates & indulta, a quibusdam Roman. Pontificibus, ac præsertim a S. Pio V & Sisto etiam V prædecessoribus item nostris, tunc suis concessa aliquibus Principibus, eorumque Officialibus, & Magistratibus extrahendi, ac abducendi ab Ecclesiis, aliisque locis immunibus certorum criminum reos & delinquentes, reformavit, moderatusque fuit. Simul autem delictorum frequentiæ, unde publica tranquillitas maxime perturbatur, occurrere volens, ac impedire quantum licebat, ne aliqua graviora a pravis hominibus patrarentur sub certa Immunitatis spe, quam ex confugio ad loca immunia sibi parabant, nonnulla expressit & explicavit crimina & casus, in quibus laicos delinquentes ecclesiastica Immunitate nequaquam gaudere voluit & decrevit; ac insuper Judices constituit, qui in occurrentibus casibus an delictum esset, nec ne in eadem Gregoriana constitutione exceptum, cognoscere & declarare deberent; certamque demum formam in extractione prædictorum delinquentium a locis immunibus observandam stabilivit, & inviolabiliter ab omnibus perpetuo observari mandavit, quemadmodum in prædicta constitutione anno Incarnationis Dominicæ 1591. nono Kalend. Jun. promulgata uberius continetur.

Controversia super Gregorianæ Bullæ intelligentia.

Quoniam vero post editam hujusmodi constitutionem ob varias Doctorum eam interpretantium sententias, & variam itidem Curiarum ecclesiasticarum in illius executione praxim multiplices contentiones super vero, rectoque ejus sensu inter ecclesiastica, & secularia Tribunalia exortæ fuerunt; quamplures Romani Pontifices, ac præsertim piæ mem. Clemens IX, Clemens X, & Clemens XI prædecessores similiter nostri de præfatis contentionibus dilucida casuum exceptorum explicatione submovendis non semel, sicut accepimus, deliberarunt; faciliorem que insuper eos probandi, & declarandi methodum, ut ejusdem Gregorii prædecessoris mens plenius executioni demandaretur, Curiis ecclesiasticis præscribere cogitabant; sed ab aliis distracti curis, ac interim morte præventi destinata perficere nequiverunt.

Confirmatur constitutio Gregorii XIV.

Hinc igitur est, quod Nos omnino expedire arbitrantes ut ejusmodi controversiis finis aliquando imponatur, eorumdemque prædecessorum pio, atque salubri proposito inhærentes, motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione eam omnibus & singulis in ea contentis, atque dispositis amplissime confirmamus, approbamus, & innovamus, & quatenus opus sit, criminum in illa exceptorum reis & delinquentibus Immunitatem ecclesiasticam suffragari nequaquam debere iterum se de novo decernimus, & declaramus. Præterea non absque gravi animi nostri dolore animadvertentes ob auctam, atque in dies invalescentem perversorum hominum malitiam sæpe ac sæpius nonnulla alia gravia crimina perpetrari, quæ non minus quam illa in Gregoriana constitutione, ut præfertur, excepta publicam quietem perturbant, proinde ad delinquentium audaciam, ac ejusmodi delictorum frequentiam, quantum fieri poterit, coercendam, pro apostolici muneris nostri debito ea, quæ inferius explicabuntur, statuenda censuimus.

Grassator pro unica grassatione asylo non gaudet.

Cum itaque prædicta Gregoriana constitutione cautum sit, ut publicis latronibus, viarumque grassatoribus, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, aut viatores ex insidiis aggrediuntur, immunitas ecclesiastica minime suffragetur; non levis autem inter Doctores emerserit controversia, an quis ex unico actu publicus latro & grassator dici possit, vel plures ad id actus requirantur, nos ejusmodi controversiam dirimere intendentes unicam tantum grassationem in via publica, aut vicinali admissam sufficere adhoc, ut quis publicus latro & grassator dici valeat, dummodo tamen grassati mors, aut membrorum mutilatio secuta fuerit, tenore præsentium definimus & declaramus. Insuper ab ecclesiasticæ Immunitatis beneficio excludimus atque repellimus, & pro exclusis atque repulsis haberi volumus nedum eos, qui homicidia, aut mutilationes membrorum in Ecclesiis, earumve cæmeteriis committere audent, quemadmodum in Gregoriana constitutione sancitum est: verum etiam eos, qui stantes in Ecclesia, vel cæmeterio interficiunt stantes extra Ecclesiam, vel cæmeterium, aut ipsis membrum mutilant; necnon eos, qui stantes extra Ecclesiam, aut cæmeterium occidunt stantes intra Ecclesiam, vel cæmeterium, aut iis membrum mutilant. Ac eos tandem, qui confugientibus vim inferunt, atque ipsos ab Ecclesia, aliove loco immuni violenter extrahunt & abducunt: declarantes in quatuor præmissis casibus ejusmodi reos non illius tantum Ecclesiæ, quam violarunt, sed cujuscumque etiam alterius Ecclesiæ Immunitate gaudere nequaquam posse, aut debere.

Occidentes, vel mutilantes in Ecclesia, vel de Ecclesia.

Extractores.

Assassini tam mandatarii, quam mandantes.

Ad hæc in crimine assassinii non modo mandatarios, qui in ipsamet Gregoriana constitutione aperte excipiuntur, sed etiam mandantes, qui certum præmium, aut mercedem sive in pecunia, sive in aliis rebus tradiderint, aut promiserit, quamvis promissio nullum habuerit effectum, dummodo assas-

Interficientes animo præmeditato ac deliberato. Falsificantes literas apostolicas.

ſſinium re ipſa patratum fuerit, ab eccleſiaſticæ Immunitatis beneficio excludimus, ac pro excluſis perpetuo haberi volumus & mandamus.

Excludimus pariter, repellimus, atque privamus ejuſdem Immunitatis privilegio interficientes proximum ſuum animo præmeditato, ac deliberato. Falſificantes literas apoſtolicas. Miniſtros Montis Pietatis, vel alterius publici telonii, aut banci pro depoſitis Principis, privatarumque perſonarum deſtinati, furtum aut falſitatem in prædictis locis committentes, cujus ratione arca pecuniaria ita minuatur, ut propæ ordinariæ locus ſit. Conflantes, adulterantes, vel tondentes quaſcumque monetas aureas, vel argenteas etiam Principum caeterorum, quotieſcumque in loco, aut Provincia, ubi crimen admittitur, liberum habeant uſum & commercium, vel ipſas monetas conflatas, adulteratas, aut detonſas ſcienter ita expendere & erogare præſumentes, ut fraudis conſcii, atque participes cenſeri poſſint. Illos demum, qui ſub nomine Curiæ ſeſe introducunt in alienas domos animo ibidem perpetrandi rapinas, eaſque reipſa committunt, cum homicidio, aut mutilatione membrorum alicujus ex domeſticis earundem ædium, vel etiam extranei, quem ibi forte reperiri contigerit, dummodo homicidium, vel membrorum mutilatio ſequatur.

In telonio, vel banco furtum, aut falſitatem committentes.

Monetarii.

Nomine Curiæ rapientes cum homicidio, vel mutilatione.

Ceterum cum diuturna experientia compertum fuerit Curias eccleſiaſticas in caſibus, qui hactenus evenerunt, difficulter probare, & conſequenter declarare potuiſſe delictum, pro quo quis ad Eccleſiam confugerat, fuiſſe comprehenſum in numero excepto, aut propter variam earundem Curiarum praxim, & varias pariter opiniones Doctorum, qui antedicti Gregorii prædeceſſoris mentem quoad normam ab ipſo præſcriptam recipiendi probationes, & procedendi ad declarationem criminum exceptorum interpretari voluerunt: ſtatuimus, præcipimus & mandamus nullam in hoc de cetero haberi rationem cujuſcumque interpretationis ejuſdem Gregorianæ conſtitutionis, quæ a quocumque Doctore prodierit, neque praxis a quibuslibet Curiis, aut Tribunalibus invectæ: imò nec quaruncumque declarationum, quæ ab hujus almæ Urbis noſtræ Tribunalibus, ſive etiam a Congregatione venerabilium Fratrum noſtrorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Immunitati eccleſiaſticæ præpoſitorum emanaverint, quatenus præſenti noſtræ conſtitutioni adverſentur, ſed in occurrentibus caſibus normam hic a nobis præſcribendam inviolabiliter ab omnibus obſervari volumus & ſancimus.

Variæ opiniones, & praxes in criminum exceptorum qualitate probanda & declaranda improbantur.

Quotieſcumque igitur Curia eccleſiaſtica a Curia ſeculari fuerit requiſita, ut laicum aliquem delinquentem a loco immuni extrahi, ac illi conſignari faciat, eaque ſuper delicti excepti qualitate, ac perſonæ reitate ſubminiſtrata, vel acquiſita ſint indicia, quæ ad capturam decernendam ſufficere videantur; tunc Curia Eccleſiaſtica ad ejuſdem delinquentis extractionem ab Eccleſia, aliiſque locis immunibus ope ac medio ſuorum executorum, implorato etiam, quatenus opus ſit, brachii ſecularis auxilio, & cum interventu perſonæ eccleſiaſticæ ab Epiſcopo deputandæ procedere teneatur, extractumque ad ſuos carceres aſportari, ac ibi ſub tuta cuſtodiâ detineri curet & faciat. Ubi verò ex proceſſu informativo deſuper conficiendo conſtet de crimine excepto, ac inſuper adverſus eundem extractum talia reſultent indicia, ut crimen ab eo fuiſſe patratum moraliter credi poſſit (quæ quidem indicia juxtà regulas juris vocantur ultra torturam) eo tandem caſu præfatum extractum Miniſtris & officialibus Curiæ ſecularis tradere & conſignare poſſit, ac debeat, exacta tamen, receptaque priùs ab ipſis obligatione in forma juris valida reſtituendi extractum Eccleſiæ ſub poena excommunicationis latæ ſententiæ Nobis, ac pro tempore exiſtenti Romano Pontifici reſervatæ, quatenus idem extractus indicia contra ipſum acquiſita in ſuis defenſionibus purget ac diluat. Quod ſi ea minimè purgaverit, & vere delinquens repertus fuerit; Curiæ ſeculari in ipſum tali caſu, ut juris eſſe cenſuerit, agere atque procedere liceat.

Cum indiciis ad capturam Judex eccleſiaſticus reum extrahit, & aſportat ad ſuos carceres.

Cum indiciis ultra torturam Judex Eccleſiaſticus reum conſignet Judici ſeculari cum obligatione reſtituendi ſi purgaverit indicia.

Præterea conſiderantes ſæpe dictum Gregorium prædeceſſorem in ſua conſtitutione optimo quidem jure ſanxiſſe, ut ſoli Epiſcopi, & non alii Epiſcopis inferiores, etiam ſi locorum Ordinarii ſint, aut nullius Diœceſis, aut Conſervatores a Sede Apoſtolica ſpecialiter, vel generaliter deputati, cognoſcere & declarare valeant, an delicta, pro quibus inquiſiti ad loca immunia confugerunt, & in eis ſe receperunt, ſint necnè de genere, ac numero exceptorum: Nos providam ejuſmodi diſpoſitionem approbantes & confirmantes, eique inhærentes motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, tenore præſentium quibuſcumque Magiſtratibus, Officialibus & Miniſtris ſecularibus, necnon quibuſvis aliis perſonis cujuſcumque gradus & conditionis exiſtant, etiamſi Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quavis mundana dignitate, aut auctoritate præfulgeant, diſtrictè interdicimus ac inhibemus, ne hujuſmodi cauſis vel conficiendo proceſſus, vel inquiſito extrahendo a locis immunibus, vel declarando crimina ab eis admiſſa eſſe de exceptis in Gregoriana, aut in præſenti noſtra conſtitutione, ullo pacto ſeſe ingerant aut immiſceant: quod ſi ſecus quidquam attentare præſumſerint, ex nunc omnia in contrarium præmiſſorum gerenda irrita, & inania, nulliuſque roboris vel momenti perpetuò fore, ipſoſque attentantes in cenſuras, & alias poenas a ſacris canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis adverſus eos, qui juriſdictionem eccleſiaſticam quoquo modo lædunt ac violant, inflictas incurrere decernimus & declaramus. Volentes, intendentes, ac expreſsè mandantes, quod omnimoda cognitio, atque judicium de criminibus in Gregoriana conſtitutio-

Epiſcopis privative competit declaratio immunitatis.

stitutione exceptis, & a nobis superiùs explicatis, tum etiam de aliis, quæ in præsenti nostra constitutione adjicienda, & similiter excipienda duximus, quemadmodum, ut prælertur, adjecimus, & excepimus, ad Episcopos tantum privative quoad omnes alios perpetuò spectet, atque spectare debeat, & donec ipsi in occurrentibus casibus declaraverint delictum esse de exceptis, & cetera omnia a nobis superius constituta adimpleverint, inquisitos Ecclesiæ, vel alterius loci sacri, ad quem confugerunt, Immunitate gaudere tutò debere, ac in ea conservandos & manutenendos esse statuimus, præcipimus & mandamus.

Observantia Bullæ Episcopis omnibus demandatur.

Universos demum, & singulos venerabiles Fratres nostros Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, quos hujus nostræ constitutionis executores deputamus, in visceribus Domini nostri Jesu Christi hortamur, & paterna caritate admonemus, ut quanti momenti sit hoc negotium, seriò cogitantes, in occurrentibus casibus qualitatem testium, & probationum pondus summo studio, ac vigilantia scrutentur, omnemque fraudem & dolum procul arceri satagant: quin etiam sacerdotali pectore quotiescumque opus fuerit, iis omnibus obsistant, qui ejusdem constitutionis executionem, ac observantiam quomodocumque temerario ausu impedire præsumerent. In reliquis porrò casibus tam in hac nostra, quàm in Gregoriana constitutione non exceptis, memores, quàm acriter semper, & qua eximia, ac prorsus singulari animi fortitudine majores nostri pro ecclesiastica libertate, ac Immunitate pugnaverint, nihil de illa imminui permittant, neque sacris juribus labem ullam irrogari patiantur, sed ea pari sanè zelo, atque constantia tueri curent: at omni tamen tumultu ac perturbatione caventes, ne jactantiæ causa potius quam miserationis, & justitiæ titulo ecclesiastica privilegia asserere velle videantur.

Irritantia attentata.

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque semper valida, firma, & efficacia existere, ac fore, suosque integros, atque plenarios effectus ubique sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter & inconcussè observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosvè quoslibet quavis præeminentia, & potestate fungentes, ac functuros, sublata iis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatur, promulgatio in urbe sufficiens pronunciatur, fidesque transumptis accommodatur.

Non obstantibus Cancellariæ nostræ Apostolicæ regulis, necnon quorumcumque prædecessorum nostrorum literis Apostolicis, privilegiis, indultis, & facultatibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, sexto Idus Junii, Pontificatus nostri anno secundo.

CLEMENS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Detestabilis homicidiorum frequentia movet Pontificem ad Sanctionem.

IN supremo Justitiæ solio, meritis licèt imparibus, per ineffabilem Divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam constituti, tametsi subditos nostros caritatis potius vinculò, quàm legum severitate in officio continere semper optaverimus, considerantes tamen crebra, quæ in temporali S. R. E. ditione, ac etiam in hac alma Urbe nostra patrantur homicidia, ac succrescentem in dies virorum sanguinum immanitatem, qui posthabitis gravissimis prædecessorum nostrorum sanctionibus, ac omnis divini, humanique Juris planè obliti, quinimmo vel feris ipsis animantibus, utpote in genus suum minimè sævientibus crudeliores, passim levissima etiam quandoque de causa proximum suum depascuntur, ejusque cruore quasi musto inebriantur, nedum corporibus mortem inferentes, sed non rarò animabus quoque pretiosissimo Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi Sanguine redemptis (si non sint armis spiritualibus divina præveniente gratia munitæ) æternam perditionem procurantes, cogimur, licèt inviti, nova, validioraque quærere, & adhibere remedia, quibus tam exitiale ac detestabile flagitium de eadem Urbe, ac finibus universæ ditionis præfatæ, cujus peculiaris cura, ac tutela Nobis a Domino commissa est, propulsetur atque exterminetur: eas in primis ineuntes rationes, per quas omnis spes ac fiducia impunitatis, quæ illecebra peccandi persæpe esse solet, delinquentibus adimatur, ut quos a tam atroci scelere nec Dei timor, neque humana necessitudo, nec fraterna caritas retrahit, pœnarum temporalium (sibi quocumque præcluso effugio, ac evadendi aditu) necessario subeundarum formidine deterriti, tandem ab effundendo proximi sui sanguine manus abstineant.

Hinc est, quod Nos non minùs ex injuncto Nobis divinitus Apostolicæ sollicitudinis munere, quàm publicæ tranquillitatis ac securitatis studio, multorumque ad Nos identidem delatis querimoniis excitati, post maturam, quam super ea re cum nonnullis ex venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, & dilectis filiis Romanæ Curiæ Prælatis ad id à Nobis specialiter deputatis, qui rem ipsam jussu nostro diu, atque accuratè discusserunt, habuimus deliberationem, de illorum consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac in Urbe prædicta, aliisque civitatibus, terris, & locis Nobis, & eidem S. R. E. in temporalibus mediatè, vel immediatè subjectis perpetuò valitura constitutione, quæ infra sequuntur, ut serpenti morbo hujusmodi occurramus,

Digitized by Google

mus, statuenda & ordinanda duximus.

Sanctiones contra homicidas editæ confirmantur

Ac primùm quidem omnes, & singulas constitutiones a fel. rec. Pio II, Sixto IV, Julio II, Leone X, Clemente VIII, Julio III, Pio V, Gregorio XIII, Sixto V, Innocentio XI, Innocentio XII, ac Benedicto XIII, & quibusvis aliis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris adversus homicidas saluberrimè editas (quarum tenores præsentibus literis pro plenè, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis haberi volumus) cum omnibus, & singulis in eis contentis, quæ ipsis præsentibus contraria non sunt, harum serie approbamus, confirmamus, & innovamus, illasque adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo prætendi, vel allegari posset, restituimus, & plenariè reintegramus, atque deinceps omnino, ac inviolabiliter observari præcipimus & mandamus.

Itidem innovantur sanctiones contra deferentes, retinentes, ac vendentes arma.

Et quia haud satis est delicta prohibere, nisi etiam quæ illa patrandi occasionem, ac commoditatem præbent, providè submoveantur, omnes propterea, & quascumque prædictorum, ac præsertim Pii IV, & Pii V, necnon rec. mem. Alexandri Papæ VIII, quarum initium est = *Etsi cuncta &c.* = aliorumque antecessorum literas, & ordinationes, quibus vetatur delatio, retentio, & venditio sclopporum = *archibusetti* = vulgariter nuncupatorum, pugionum, cultrorum, parvarum sicarum, aliorumque armorum mensuræ brevioris tribus palmis, utpote ad cædem clam, & dolosè inferendam aptorum, prout quoque edictum Kalendis Jan. MDCCVIII de mandato piæ memoriæ Clementis Papæ XI prædecessoris quoque nostri promulgatum, ceteraque bannimenta hucusque publicata, antedicta, aliave similis, vel alterius generis arma in Urbe, ac ditione præfatis sub diversis etiam capitalibus pœnis prohibentia (quæ itidem præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis haberi volumus) ac omnia & singula in eis contenta similiter approbantes, ac innovantes; ne pœnarum per eorumdem decessorum literas, edictum, & bannimenta adversus illorum transgressores cujusvis in illis expressæ qualitatis & conditionis fuerint, statutarum executio ullatenus impediatur,

Inhibetur compositio, & moderatio pœnarum per arma deferentes incursarum.

tenore præsentium districtè interdicimus quibuscumque Tribunalibus, Magistratibus, ac Judicibus tam Urbis præfatæ, quam aliarum civitatum, terrarum, & locorum Nobis, & Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subjectarum, ac quibusvis ejusdem S. R. E. Cardinalium Congregationibus qualibet quantumvis ampla potestate, & authoritate suffultis, perinde ac ipsis S. R. E. Cardinalibus etiam de Latere Legatis, ne in causis delationis, ac retentionis hujusmodi armorum ulli delinquenti pœnas, quas quomodolibet incurrerunt, gratiosè remittant, aut componant, ac vel in minima etiam parte moderentur, sed eadumtaxat, quæ stricti juris fuerint, juxta præcisam formam, & dispositionem literarum, edicti, & bannimentorum præfatorum decernant, & exequantur. Quod si ex peculiaribus quandoque facti circumstantiis, vel ex qualitate personarum gratiæ, compositioni, aut pœnæ moderationi locum esse æquitate ita suadente, prudenter existimaverint, nihilominus neque tunc ad concessionem gratiæ, compositionem, aut moderationem pœnæ devenire possint, nisi prævia nostra, ac Romani Pontificis pro tempore existentis expressa approbatione, sub nullitate gestorum, ac inde sequutorum, & quoad Judices præfatos sub pecuniariis insuper, aliisque etiam corporalibus nostro, & ejusdem Pontificis arbitrio infligendis pœnis; memoratisque Cardinalium Congregationibus, ac Cardinalibus etiam de latere Legatis quamcumque facultatem, quæ eis de jure, usu, vel consuetudine, seu alias quomodolibet competere posset, in dictis causis delationis, aut retentionis armorum arbitrandi, gratiam impertiendi, & componendi, ac moderandi pœnas hujusmodi, harum serie abrogamus, & revocamus.

Pœna ordinaria irrogetur pro homicidio etiam in rixa commisso.

Præterea, sicuti in bannimentis generalibus pro Urbe præfata, ac universo statu nostro ecclesiastico editis cavetur homicidas non excusari a pœna ordinaria etiam pro homicidio in rixa commisso, si ex processu constiterit rixam ex causa irrationabili, seu bestiali, ut vocant, ortam fuisse, ita quia tantum legibus addendum venit, quantum rixarum, & homicidiorum frequentia excreverit, statuimus, ut in Urbe, ac quibuscumque Civitatibus, terris, & locis Nobis, & Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subjectis prædictis, comprehensis etiam quatuor Legationibus, ac Civitatibus Bononien., Ferrarien., & Beneventana, aliisque etiam specialem, & individuam mentionem requirentibus, occisor pœna pariter ordinaria puniatur, licèt homicidium sequutum sit in rixa, si homicida rixæ author fuerit: atque calor iracundiæ a pœna ordinaria delinquentem nusquam eximat, ubi inter tempus rixæ, ac patratum homicidium sex horarum spatium intercesserit, quod sufficere volumus, ut reus ad actus extraneos diverterit, vel divertisse debuerit; declarantes, quod ubi luculenter ex processu hujusmodi constiterit in actu homicidii nullam adfuisse rixam inter occisum, & occisorem, nec pro parte occisoris probetur intra dictum intervallum sex horarum homicidium immediatè præcedentium aliquam subortam fuisse rixam, interfector pœnæ ordinariæ omnino subjiciatur. Neve prætextu erroneæ, & nunquam approbatæ consuetudinis, sive interpretationis quispiam decipiatur, ad omnium, & singulorum memoriam seriò revocamus prædicta pœna ordinaria teneri nedum ore proprio homicidium confessos, sed etiam qui de commisso homicidio juxtà juris canonici, ac civilis dispositionem, quam in ceteris quibuscumque delictis sartam, tectamque fore volumus, convicti fuerint, quibusvis prætensis usu & stilo, rebusque judicatis in contrarium minimè attentis.

Cum-

Digitized by Google

Quavis gratia, vel habilitatio reorum prohibita fuit ab Innoc. XII in causis homicidii præmeditati, & a Clem. prohibetur etiamsi homicidium in rixa contigerit.

Cumque ad reprimendam sanguinariorum hominum audaciam, quæ jam tunc invalescebat, idem Innocentius XII prædecessor in supradicta sua constitutione incipien. = *Viros sanguinum &c.* = inter alias expressè, ac omnino prohibuerit inquisitos, processatos, condemnatos, aut bannitos, sive uti principales, sive uti mandantes, vel mandatarios, sive uti complices, aut auxilium, aut consilium, vel favorem præstantes ex causa, seu occasione homicidii, pro quo pœna ordinaria, vel extraordinaria imposita fuisset, seu imponenda foret, & quos quibuscumque futuris temporibus similiter inquiri, processari, condemnari, seu banniri contigisset in Urbe, & universa ditione ecclesiastica nullo unquam tempore, vel modo ex aliqua gratia, seu compositione, vel per viam cassationis processus remitti, seu quoquo modo gratiosè rebanniri, habilitari, seu cum eis dispensari, minusque illis aliquem salvum conductum, seu liberum commeatum (præterquam pro verò, reali, & necessario servitio justitiæ, & tunc pro eo dumtaxat tempore, quod hujusmodi servitio congrueret) concedi per quoscumque Civitatum, & locorum præfatorum Gubernatores, Provinciarum Rectores, dictæ Romanæ Ecclesiæ in temporalibus Vicarios, & justitiæ officiales, & quoscumque alios quamvis speciali & individua mentione dignos, ac etiam ipsos Cardinales de latere Legatos, quorum tamen respectu dictam suam constitutionem locum habere decrevit in homicidiis animo doloso & præmeditato commissis. Quamvis nulla suboriri possit dubitatio, quin prædicti Cardinalis de latere Legati pro eorum eximia dignitate, ac laudabili justitiæ zelo semper ea, qua decebat moderatione, ac prudenti circumspectione ante hac usi sint facultate sibi sic præservata, quoties de homicidiis in rixa, aut aliàs sine animo doloso & præmeditato sequutis actum fuit, attamen quia præconcepta spes veniæ consequendæ perversos homines animosiores, pronioresque reddit ad rixas & contentiones excitandas, & confovendas, earumque calore cædes patrandas, quò damnabilis hæc præsumptio ex eorum animis penitus evellatur, eorumque sævitia irremissibilium pœnarum metu compescatur, enarratam constitutionem, ac prohibitionem, quam idem Innocentius XII prædecessor quoad Cardinales de latere Legatos in homicidio animo doloso & præmeditato locum sibi vindicare voluit, sicut præmittitur, ad homicidia etiam in rixa & sine præmeditatione commissa per præsentes extendimus & ampliamus, itaut de cætero non liceat eisdem Cardinalibus de latere Legatis, neque etiam ipsis Cardin. Congregationibus, sine nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis speciali mandato inquisitos, processatos, & condemnatos, aut bannitos ex causa, vel occasione homicidii etiam in rixa & absque præmeditatione patrati, ea gratia, seu compositione, vel per viam cassationis processus remittere, seu gratiosè rebannire, habilitare, seu cum eis dispensare, neque illis aliquem salvum conductum, præterquam pro vero, reali, & necessario servitio justitiæ, & tunc pro eo dumtaxat tempore, quod hujusmodi servitio congruat, concedere, etiamsi pacem ab heredibus, vel consanguineis, aut filiis defuncti habuerint.

Omnibus Status ecclesiastici Ordinariis prohibetur facultas habilitandi quomodolibet homicidas, nisi post quinquennium.

Venerabilibus quoque Fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis Filiis locorum Ordinariis in ecclesiastica ditione præfata consistentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub nostræ, & Romani Pontificis pro tempore similiter existentis indignationis pœna earumdem tenore præsentium præcipimus, ne in causis homicidii sive qualificati, & animo doloso & præmeditato, sive in rixa commissi, quibuscumque reis eorum jurisdictioni & foro quavis causa subjectis jam condemnatis, seu bannitis, sive quos in futurum per eorum Curiam inquiri, processari, condemnari, seu banniri contigerit, ullam similiter gratiam, absolutionem, compositionem, cassationem processuum, pœnæ remissionem, seu moderationem, habilitationem, dispensationem, & salvum conductum, liberumque commeatum (excepto dumtaxat dicto reali, & necessario justitiæ servitio pro congruo illius tempore) impposterum impertiantur; nisi post elapsum a die admissi delicti quinquennium, & tunc in ejusmodi causis ea tantum, quæ stricti juris canonici fuerint, exequantur: decernentes quidquid contra hanc nostram prohibitionem ab eis, eorumque Curiis, necnon etiam a dictis Cardinalibus de latere Legatis, ac Cardinalium Congregationibus factum fuerit, cum inde pariter sequutis, ipso jure nullum ac irritum, nulliusque roboris & momenti fore, nec tam in judicio, quàm extra illud delinquenti, etiam ad effectum inducendi, & allegandi bonam fidem, ullatenus suffragari posse, & debere.

Pœnæ pro armorum ignitorum explosione.

Ad hæc ne ulla actio ad necem tendens, seu præordinata indulta remaneat, sancimus & ordinamus, ut pro armorum ignitorum explosione delinquens, si deliberatè exploserit, & subsequuta sit offensio, ultimi supplicii pœnam incurrat: sin autem non deliberata explosione aliquem offenderit, triremium pœnam in perpetuum subeat; & si animo quidem deliberato, sed absque alicujus offensione ejusmodi arma laxaverit, pœnæ triremium per decennium obnoxius sit: ac demum ubi nec præmeditatio, nec offensio intervenerint, simplex tamen explosio quinquennali remigatione vindicetur.

Consuetudo nominandi reos jam damnatos ut liberentur a supplicio, servatur Societatibus indulto gaudentibus, & in præmium laboris tantùm.

Ad nominationes quoque, quæ fiunt pro liberatione reorum jam damnatorum a promerito supplicio, nostræ dirigentes considerationis intuitum, in eo, quod attinet ad illas nominationes, quibus nonnullæ Archconfraternitates, aliæque Societates Urbis, & ditionis hujusmodi ob egregia, quæ assiduè exercent pietatis & cristianæ charitatis opera, ex specialis Sedis Apostolicæ concessione, quæ tamen sit in viridi observantia, potiuntur; quæque satellitibus, seu Curiæ apparitoribus pro bannitorum, & in

contu-

contumaciam condemnatorum captura in præmium laboris concedi consueverunt, nihil præter consuetudinem innovandum decrevimus; et nominationes eorumdem bannitorum, & in contumaciam damnatorum, quas ex gratia dictæ Urbis Gubernator, Cardinalium Congregationes, ac ipsi Cardinales de latere Legati executoribus justitiæ, & aliis quibuscumque attribuere solent, vires deinceps nolumus obtinere, nec nominatis ex causa homicidii in aliquo prodesse; nisi Nobis, seu eodem Pontifice pro tempore existente prius consultis, habitoque desuper nostro vel ejus assensu.

Fori privilegium non suffragatur homicidis, qui sint patentati.

Et quoniam experimento compertum est administrationem, ac cursum rectæ, & expeditæ justitiæ, qua Reipublicæ salus præcipuè innititur, summopere non turbari vel ob excessivo numero privilegiatorum vulgariter = *patentati* = nuncupatorum, vel a minùs recta intelligentia privilegiorum concessorum; proinde salvis, firmisque remanentibus decretis, ac resolutionibus, quæ temporibus fel. pariter record. Urbani Papæ VIII, & dictorum Innocentii XI, ac Innocentii XII prædecessorum, aut aliàs quandocumque ea super re emanaverunt, volumus, quod privilegium fori nemini quoruncumque privilegiatorum hujusmodi tam in Urbe, quàm in reliquo Statu ecclesiastico prædictis (officialibus, aliisque privilegistis a Congregatione pro tempore existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, ac Ministris necessariis actu inservientibus Archiepiscopis, Episcopis, ac Ordinariis prælatis, eorumque Curiis dumtaxat exceptis) pro crimine homicidii suffragetur, sed dicti privilegiati, quatenus clericali charactere insigniti, ecclesiasticæ, & quatenus laici fuerint, seculari jurisdictioni subjaceant: reservantes Nobis facultatem declarandi quinam, quotque esse debeant veri familiares dictorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & Ordinariorum, ac Officiales necessarii Curiis ecclesiasticis verum, & actuale servitium præstantes.

Pro duobus homicidiis Clericus primæ tonsuræ privilegium fori & canonis amittit, quamvis requisita sacrorum canonum servaverit.

Insuper quia ex illis etiam, qui in sortem Domini vocati sunt, quique aliis irreprehensibilis, & ab omni culpa & macula immunis vitæ, ac virtutum exemplo prælucere deberent, aliqui interdum reperiuntur adeo suæ vocationis immemores, ut impellente humani generis hoste pluribus etiam homicidiis manus suas cruentare non perhorrescant; Nos perversorum quorumcumque malitiæ obviandum esse, non indulgendum probè intelligentes, ad illorum quoque frænandam pervicaciam perpetuò itidem statuimus, quod Clericus primæ Tonsuræ nullum beneficium ecclesiasticum obtinens, tametsi conditiones Clericis hujusmodi a Concilio Tridentino præscriptas servaverit, ac servet, pro duobus tamen homicidiis animo deliberato & præmeditato per eum patratis, privilegio fori, & canonis in odium tanti excessus, & ad aliorum terrorem exuatur, & uti incorrigibilis omnino seculari potestati subjiciatur, ab ea tamquam laicus legitimis poenis plectendus. Clericus quoque in minoribus Ordinibus constitutus, nec pariter beneficiatus, nec præscripta a Concilio Tridentino servans, tam cœlebs, quam conjugatus in causis homicidii dicto privilegio fori non gaudeat; eoque privatus remaneat, neque a proprio Episcopo, seu Ordinario repeti, minùsque habitum clericalem, quem indignè abjecit, reassumere possit, nisi post totaliter expiatam admissi delicti poenam. Declaratio autem, an reus ante patratum homicidium requisita a Concilio Tridentino servaverit, ad Episcopum, aliumve loci Ordinarium omnino spectet, non retardata interim delinquentis assecuratione facienda etiam per Judicem laicum nomine Ecclesiæ, qui illum pariter Ecclesiæ nomine ad illius dispositionem retinere possit, ac debeat, donec dicta declaratio prodierit, quacumque diversa, ac etiam contraria juris canonici, & apostolicarum constitutionum dispositione, seu interpretatione, necnon consuetudine haud refragante.

Clericus in minoribus requisita clericalia non servans privatur privilegio fori in causis homicidii.

Confirmantur bullæ Gregorii XIV, & Bened. XIII de immunitate locali, eaque ad ecclesiasticos homicidas extenduntur.

Porro cum idem Benedictus prædecessor animadvertens homicidia hujusmodi suo etiam tempore increbescere, nec minus quam alia facinora in celebri constitutione d. Gregorii XIV etiam prædecessoris, quæ incipit = *Cum alias &c.* = recensita publicæ quieti officere, pro commissi sibi apostolici officii debito per prædictam suam anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXV, sexto idus Junii, cui initium est = *Ex quo divina &c.* = evulgatam constitutionem, laicos animo præmeditato ac deliberato proximum suum interficientes ab ecclesiasticæ immunitatis beneficio excluserit & repulerit, ac pro exclusis atque repulsis haberi voluerit: Nos ob gliscentem in dies quorundam ecclesiasticorum nequitiam, qui nulla proprii Status habita ratione non raro in adeo nefarium, detestandumque crimen prolabuntur, ipsorum Gregorii, & Benedicti prædecessorum constitutionibus, quas supra confirmavimus, atque innovavimus inhærentes, & quatenus opus sit, criminum in illis exceptorum reos immunitate ecclesiastica nequaquam juvari iterum decernentes, eamdem Benedicti prædecessoris constitutionem, laicos animo præmeditato ac deliberato proximum suum, sicut præmittitur, interficientes a beneficio immunitatis ecclesiasticæ excludentem, ad ipsos ecclesiasticos cujuscumque gradus & ordinis existant in Urbe, ac universa ditione Nobis & Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subjecta homicidium animo similiter præmeditato, ac deliberato patrantes extendimus quoque, & ampliamus, dummodo tamen causa admissi per eos homicidii ab illorum Judice ecclesiastico competente cognoscatur, & ab eo, si rei reperti fuerint, citra poenam sanguinis ad præscriptum sacrorum canonum condigna puniantur animadversione.

Ulterius ad varias Doctorum, qui ejusdem Benedicti prædecessoris mentem quoad personas in dicta ejus constitu-

Digitized by Google

Natu majores viginti annis, omnesque complices in crimine homicidii asylo non gaudent.

stitutione comprehensas interpretari ac explicare voluerunt, sententias & opiniones dirimendas, declaramus homicidii reos natu minores vigintiquinque, majores verò viginti annis tam laicus, quam clericus, atque omnes, & singulos sive laicos, sive clericos, qui mandatum, consilium, instigationem, auxilium cooperativum, aut aliam operam occisori præbuerint, ex quorum singulis pravis actibus homicidium evenerit, in dicta Benedicti prædecessoris constitutione comprehensos esse, ac deinceps censeri debere, eamque, quatenus opus sit, ad ipsos pariter extendimus, ita scilicet, ut illorum extractio è loco immuni, atque traditio Curiæ seculari quoad laicos ad ejusdem Curiæ secularis requisitionem fiat a Curia ecclesiastica, & clerici ab ipsa Curia ecclesiastica ex officio omnino extrahantur justa normam infra dicendam.

Pro homicidio in rixa patrato cum armis ad occidendum aptis immunitas non suffragatur, nisi fuerit casuale, vel ad propriam defensionem.

